

Postilla Gorræ in Psalmos.

N. Inv. 1333.

382

I

Laudacionem domini loquetur os meum et benedicat omnis caro
nomini sancto eius in seculum et in seculum seculi scilicet efficiens
psalmo c xliiiio In quo verbo possunt notari quatuor cause
huius libri scilicet efficiens materialis formalis et finalis Unde in hoc
quod dicit laudacionem tangitur forma sive modus procedendi in hoc libro quia iste
liber vocatur liber ympnorum quia docet nos laudare deum cum exultacione
... de eius aliqua eius potenciam in creacione rerum psalmo cxliiii Magnus
dominus et laudabilis nimis et magnitudinis eius non est finis Generacio et
generacio laudabit opera tua et potenciam tuam pronunciabunt. Unde in fine libri
invitat aves bestias et alias creaturas ad laudem creatoris psalmo
laudate dominum de celis laudate eum in excelsis etc. docet etiam laudare
eius sapienciam in creacione hominis psalmo xvii laudans invocabo dominum etc.
Et subdit de salvatore Inclinavit celos et descendit scilicet in incarnacione
et caligo glossa id est dyabolus sub pedibus eius scilicet in passione et ascendit
super cherubim et volavit scilicet in ascensione volavit super pennas ventorum
scilicet in sessione ad dexteram patris. Quomodo autem angeli laudabant luce no-
facta est cum angelo multitudo etc. laudancium et dicencium gloria in excelsis deo
et pastores reversi sunt glorificantes et laudantes deum. docet etiam laud-
are clemenciam in glorificacione electorum psalmo penultimo laudent nomen
eius in choro et tympano et psalterio psallant ei quia beneplacitum est
in populo suo et exaltavit mansuetos in salutem exultabunt sancti
in gloria et alibi deo nostro sit iocunda decoraque laudacio et subdit
quia edificavit ierusalem dominus dispersiones israel congregabit et sic patet causa
formalis seu modus agendi in hoc libro ¶ Sequitur de causa materiali
Ubi sciendum quod causa materialis tangitur cum dicitur dominum scilicet cristum Unde totus
cristus scilicet sponsus et sponsa dominus et domina cristus et ecclesia est materia
huius libri et benedicat sub hoc nomine dominus tangitur materia huius libri nam
in nullo libro sacrarum scripturarum invenitur ubi nomen domini frequencius
quam in hoc opere nominetur nam vix est ibi psalmus in quo non nominatur
dominus et ergo recte hoc nomen dominus ponitur pro causa materiali huius libri
huius dominum timere peccantes revocat ad statum penitencie psalmo xxiiii propter nomen
tuum domine propiciaberis peccato meo multum est enim quis est homo qui timet
dominum legem glossa id est correctionem statuit ei in via quam elegit ¶ 2o
amor huius domini dirigit proficientes per vias domini iusticie psalmo
Iustus dominus et iusticias dilexit equitatem vidit vultus eius et ideo
alibi dicit Benedictus dominus die cotidie prosperum iter faciet nobis scilicet viato-
ribus regulando vias nostras per iusticias suas ¶ 3o honor
huius domini exigit perfectos ad devocionem laudis perfecte psalmo laudate
dominum etc. ... magnus dominus et laudabilis nimis etc. Sic patet de causa
materiali ¶ Sequitur de causa efficiente.
Causa efficiens tangitur cum dicitur loquetur os meum vel in hoc verbo
tangitur duplex causa efficiens scilicet primaria et secundaria. Primaria seu

Prima principalis causa efficiens est deus legitur per os sanctorum luce p°
dicit locu p os sanctorum q a se s° propheta eius vii 2 R xx inde dicit
david spiritus domini locutus e p me et sermo eius p linguam meam
Secundaria aut causa et instrumentalis e ipse propheta qui ait domine
labia mea aperies et os meum annunciabit laudem tuam Istud os debet
esse mundum in vita q no decet mittum ee legisum tanti regis
vnde propheta dicit quare tu enarras iusticias et ass me et ass testamentum meum
p os tuum Secundo istud os dicit esse discretum in doctrina q recta
no ut bn iudicat de colorib Malachias ii labia sacerdotis custodiunt
scientiam et legem requirunt de ore eius angelus domini exercituum et ratium
e et Ie xv Si separaveris preciosum a vili quasi os meum eris
Tercio Istud os debet esse firmum in veritate cognita ut sic veritas
habeat firmos defensores contra perfidos impugnatores ysa xlix po-
suit os meum ut gladium acutum sub umbra manus sue protexit me
protext p v xii labium veritatis firmum erit in perpetuum de hiis tribus
dr Malachias ii lex veritatis fuit in ore eius hoc quantum ad discretam
doctrinam et iniquitas no e inventa in ore eius labiis eius
et hoc quantum ad mundam vitam in pace et equitate ambulavit
mecum et hoc quantum ad firmam perseveranciam et sic multos avertit ab
iniquitate Sed et benedicat omnis caro nomen eius in seculum et in s s
Sic tam causa finalis vn sic p elemosina data pauperi debet
dari bno et gla recipiens aut utilitas Sic de omnibus bonis
debet deo dari bno et gla q omnia bona a deo prevenit tanquam
a primo et principali principio Apoc vii° Benedictio et claritas
et sapientia et graciarum actio honor et fortitudo deo nostro in s s amen
Bno propter rerum creacionem claritas propter creaturarum gubernacionem
Sapia propter modum redimendi graciarum actio propter redempcionis actum
honor propter glorificacionem electorum virtus propter condempnacionem reproborum
et fortitudo propter preciacionem predatorum Benedicat ergo omnis caro
ergo i° ho deum ut tandem a deo benedicatur Math xxv venite bndi-
cti patris mei percipite regnum quod vobis paratum e ab origine mundi ad quod
nos perducat qui e benedictus in secula amen / hec Hugo
Cause aut istius libri prima literam alio modo p alia via exprimuntur
ut patet propheta magnus surrexit in nobis in quo verbo possunt noti
quatuor cause huius libri sicut efficiens materialis formalis et finalis
Causa efficiens e duplex principalis et instrumentalis Principalis
e ipse deus qui revelavit misteria in hoc libro descripta ut dictum est
supra qui locutus e p os sanctorum luce p° Causa aut instrumentalis
fuit david propheta cui sicut angelus omnia contenta in hoc libro fuerunt
revelata et ab eo descripta Secundum vero Ieronimum et hilarium et omnes
hebraicos doctores david no fecit omnes psalmos sed maiorem partem
plures aut alii prophete quos psalmos scripserunt sicut moyses salomon
esdras et ceteri Unde dicunt doctores nostri q esdras qui legem com-
bustam a caldeis reparavit psalmos ad unum volumen in hoc volume
congregavit no tamen dr auctor libri huius sed causa efficiens instrum-
entalis sicut magister david qui maiorem partem psalmorum fecit
totum enim a maiori parte denominatur.

Secundo in verbis predictis tangitur causa materialis seu subiecta cuius dicitur magnum. Ubi sciendum prophetia dicitur magna uno modo intensive quia scilicet clarior est cognicio prophetie et sic David dicitur magnus propheta. Unde glosa in principio super istum librum dicit alii prophete per quasdam rerum ymagines atque verborum tegumenta prophetaverunt. David autem solius spiritus sancti instinctu sine omni exteriori amminiculo suam edidit prophetiam, et iste est modus excellencior prophetie. Et iste modus magnitudinis prophetie magis pertinet ad causam formalem quia consistit in modo tractandi quam ad causam subiectivam. Alio modo prophetia seu prophetia dicitur magna extensive quia ad plura se extendit et hoc pertinet ad causam materialem et hoc modo prophetia in hoc libro dicitur magna quia quodammodo extendit se ad omnia que in sacra scriptura continentur. Quia secundum Cassiodorum totus Christus continetur ad caput et membra est subiectum [illegible] in tota sacra scriptura ut dixit, quod hic est subiectum seu materia per modum laudis propter quod dicitur liber psalmorum id est divinarum laudum. Et sic secundum doctores iste liber continet totam scripturam scilicet per modum divine laudis. Unde de magnitudine huius libri potest dici id Exodi 3 Vadam et videbo visionem hanc magnam quod verbum est Moysi qui misticus extractus de aquis qua melius est aptus ad speculationes veritatis in hoc libro contente nisi fuit extractus ab aquis voluptatum presentis vite. Ysa xxviii quem intelligere faciet dominus auditum scilicet prophetiam ablactatos a lacte avulsos ab uberibus id est a ~~corporibus~~ corporis voluptatibus.

Tercio in verbo proposito tangitur causa formalis cum dicitur surrexit. Ubi sciendum duplex est forma scilicet forma tractandi et forma tractatus est divisio libri de qua dicitur in execucione libri. Forma vero tractandi est modus agendi qui in proposito est modus deum laudandi. Laus vero divina est oracio. Oracio autem secundum Damascenum est ascensus mentis in deum qui quidem ascensus vocatur cum dicitur surrexit. Et psalmo lvj Exurge gloria mea exurge psalterium et cytara. Gloria est clara noticia cum laude et dicit exurge psalterium et cythara quod aliqui psalmi a David descripti cantabantur in musico instrumento quod vocatur psalterium, et aliqui in cythara. Quarto tangitur causa finalis cum dicitur in nobis id est ad utilitatem et ad salutem nostram. Homo enim eo quod est capax dei per cognicionem et amorem et est ordinatus ad quendam finem supernaturalem Ysa lxiiii Oculus non vidit et auris non audivit et in cor hominis non ascendit que preparavit deus diligentibus se. Et quia totaliter ad finem incognitum nullus potest se dirigere, ideo necessarium fuit aliqua divinitus hominibus revelari per que dirigerentur in finem supernaturalem. Huiusmodi autem est sacra scriptura divinitus revelata. Unde de ipsa

Ro. x. quecunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt ut per
pacienciam et consolacionem scripturarum spem habeamus que spes est certa
expectacio future beatitudinis et quia liber psalmorum continet totam
sacram scripturam per modum laudis, ideo totus certe est valde
utilis ad consecucionem future beatitudinis de qua possumus dicere
ad hunc primo erexit cornu salutis nobis in domo david pueri sui
deus benedictus erexit nobis cornu salutis i. sacram scripturam efficacem
ad consequendum salutem que est scriptura libri psalmorum in domo david pueri
sui qui david pro maiori parte fuit auctor huius libri per quem si corde
tenemus et opere compleamus habebimus in presenti graciam et gloriam in futuro quam nobis

Incipit liber ympnorum vel soliloquiorum prophete david de Xpo

Beatus vir qui [illegible] non abiit in consilio
impiorum et in via peccatorum non stetit et in cathedra pe-
stilencie non sedit. Gorras dicit quod iste liber non potest convenienter
dividi quia psalmi unius auctoris non ponuntur segregatim ad
unam partem quia inter psalmos david interponuntur plures psalmi aliorum
auctorum et inter psalmos aliorum auctorum interponuntur psalmi ipsius
david sicut videbitur in processu et item post psalmum lxxi in cuius
fine ponitur in hebreo explicavit psalmi david filii ysai po-
nuntur plures psalmi ab ipso david intitulati tamquam ab auctore
Racio autem huius secundum quod dicit glossa in prologo super psalterium quia
psalmi sunt a diversis auctoribus compositi unde nominat decem
auctores psalmorum melchisedech abraham moysen david
salomonem asaph etham et eman et iditum et esdram ab istis
auctoribus diversis compositi [illegible] per longum tempus fuerunt in
uno libro collecti et sic immiscebantur sicut scribebantur et ita iste
liber non potest dividi secundum ordinem auctorum nec etiam temporum ut patet
ex dictis nec etiam materiarum quia in diversis psalmis et diversorum au-
ctorum eadem materia frequenter tangitur et ego aliquando in eodem psalmo de
diversis materiis agitur et ergo non potest dividi artificiose iste liber nisi
in quodam generali quia primo ponitur prefacio 2o execucio 3o [illegible]
= Dia intencio actoris est [illegible] incipit in principio secundi psalmi tercia in
principio centesimi quadragesimi quinti psalmi videlicet lauda anima
mea dominum. Huius enim libri intencio est divina laudacio. Secundum glo-
ssam marginalem totalis liber iste psalmorum dividitur in tres partes
secundum triplicem statum christiane religionis ad quem intendit homines
inducere et informare. In prima parte que continet primam quinquagenam
intendit et informat incipientes quantum ad statum penitencie et ideo
terminatur in psalmo qui agit de penitencia scilicet miserere mei deus
In secunda parte informat proficientes quantum ad statum iusticie que
pars continet secundam quinquagenam et terminatur in psalmo qui agit de
divina iusticia videlicet misericordiam et iusticiam cantabo. In tercia parte que
continet terciam quinquagenam intendit informare perfectos quantum
ad statum divine laudis ideo terminatur in psalmo qui agit de divina
laude scilicet laudate dominum in sanctis eius. Prima pars continet psalmos penitenciales
et secundum hoc dividitur in quatuor partes. Primo docet et inducit ad

Cordis contricionem et hec psalmus incipit sic et terminatur in psalmo domine
ne in furore tuo etc. inclusive ubi dicit lavabo per singulas noctes
lectum meum etc. Secundo informat et inducit ad oris confessionem que
psalmus incipit in psalmo xxxi domine deus meus in te speravi etc. et terminatur
in psalmo inclusive xxxi° beati quorum remisse sunt iniquitates etc.
unde ibi ait dixi confitebor in iniusticiam meam et tu remisisti etc.
Tercio informat ad operis satisfaccionem que psalmus incipit in psalmo xxxi
exultate iusti in domino et terminatur in psalmo xxxvii domine in fu-
rore tuo arguas me etc. unde ibi ait ego autem in flagella paratus sum
Quarto informat ad perseveranciam finalem que psalmus incipit in psalmo
xxxviii dixi custodiam vias meas et terminatur in psalmo l miserere
mei deus unde ibi ait spiritu principali confirma me. Sed melius
dicitur quod qualiter earum penitencie ut dixi secundum mentem psalmorum qualiter
communiter psalmus est divisus ab alio per propriam materiam et proprium titulum
Sunt ceteris vero psalmus solus primus iste psalmus caret titulo quia est
quasi titulus et prefacio tocius libri. Subiectum istius psalmi est
quemadmodum cum ceteris scilicet totus Christus. Intencio huius psalmi est quemadmodum
similis cum aliis psalmis scilicet homines conformare Christo per primam
modus agendi est talis. Nam dividitur in duas partes principales
intelligendo de subiecto istius psalmi principali et consequenter membrorum
eius. In prima parte quo describit iusti viri idest Christi felicitatem
ut per eam attrahat nos ad bonum. Secundo impiorum infelicitates
ut per eam retrahat nos a malo ibi non sic impii non sic
In prima parte ostendit felicitatem iusti viri per tres condiciones. Primo
quia est immunis tocius mali. Beatus vir. 2° quia habet in se ple-
nitudinem tocius boni ibi sed in lege domini voluntas. Tercio
quia suam bonitatem seu utilitatem diffundit ad alios. Ibi et
erit tamquam lignum quod etc. Proximo dicit sic Tercius vir quidem
habet etc. Secundum eum quod describit Christum secundum hominem scilicet nomine
eius condicionis per oppositum condicionum primi hominis scilicet ade ut
dicit glossa et generatur tocius generis humani. Unde adam primo
peccavit contra deum propria voluntate consenciente consenciendo et
deitatem appetendo quia voluit esse ut deus ad suggestionem diaboli
Secundo peccavit in seipsum seu contra semetipsum opere morte
sibi ipsi per pomum vetiti comestionem peccando et sic iam fuit
huius peccatum cum primum 2° peccavit in proximum exemplum peccandi
posteris relinquendo et hoc erat item huius. Ubi notandum quod primo
peccatum est prave cogitacionis quas cogitaciones suggerit diabolus
propria vel mundus vel diabolus qui in talibus cogitacionibus habet ali-
quales complacencias dicitur abire idest recedere a lege divina dei et ab eius
consiliis et sequi consilium pravorum mala suggerencium sicut
sequebatur adam consilium serpentis et eius gen. 3° et istud peccatum
quod est in cogitacione solus deus videt. Secundo peccatum est in consensu
quod est in cogitacione ... homo consenciens malis seu pravis cogitacionibus
et operacionibus homo consenciens malis seu pravis cogitacionibus
ex deliberacione opere perficit peccatum huiusmodi dicitur iam stare in via

peccatorum i. consentiendo et operando peccatum et etiam peccatum est triplex quia
primum et secundum peccatum est magis infelix quam primum tertio peccatum est
in consuetudine quando homo ducit sibi peccatum in consuetudinem et non
erubescit peccare publice et tunc suum peccatum continuum sed et alios malo
exemplo verbo scandaloso trahit ad peccandum sicut pravus doctor homines
seducendo et tale peccatum est etiam triplex quia primum quod est contra deum · contra
animam propriam et contra proximum suum · ideo talis inter primos duos
est infelicissimus et scilicet sedet in cathedra pestilentie i. persistit in
mala doctrina vel consuetudine quando alios malo verbo vel malo
exemplo corrumpit ex ista littera trahitur duplex forma prima affirm-
ativa 2a negativa per oppositum prima est ista miser seu infelix
est qui abiit i. recedit a lege dei et ab consiliis eius et sequitur
consilium pravorum scilicet proprie carnis mundi et dyaboli mala suggerencium
sicut sequebatur adam consilium serpentis et eve Genesis iii magis miser est
qui post malas cogitationes et deliberatione committit peccatum talis dicitur
stare in via peccatorum / valde miser est qui peccatum [illegible] Beatus
est homo qui proximum non scandalisavit per peccatum beatior qui
numquam ex consensu et propria voluntate commisit peccatum beatissimus
qui numquam admisit in corde suo pravas cogitationes sicut fuit xpistus
de quo prima dicitur in primo versu primi psalmi quia fuit immunis
ab omni peccato non enim fuit impius in peccato prave cogitationis quas solus
deus videt et hoc tangitur cum dicitur in consilio impiorum non abiit
nec fuit peccator in semetipso peccato prave operationis qua homo nocet
sibi in via 3o quia non fuit pestilens in proximum peccato prave do-
ctrine cuiusque exempli quas sermonis quibus homo alios corrumpit
et hoc tertium tangitur dicitur et in cathedra pestilentie et dicat ergo sic
beatus vir scilicet xpistus vir ab initio conceptionis sue tam perfectorum
virium intellectualium Ieremie xxxi femina circumdabit virum quia
perfectum omni virtute Ysaie iiii apprehendent septem mulieres virum
unum i. omnes virtutes xpistum beatus etiam omnium bonorum gratui-
torum Iohannis primo vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti
a patre plenum gratia et veritate Beatus carentia omnium malorum et
culpabilium prima pars 2o quia peccatum non fecit beatitudo enim est status
omnium bonorum aggregatione perfectus secundum Boecium et beatus est cui omnia
prospera succedunt secundum glossam cui differentiam addit Augustinus et nil boni [2 admittit]
mali optat ❧ Sequitur qui non abiit scilicet longe a deo in re-
cessione scilicet dissimilitudinis pede prave voluntatis seu amoris
Augustinus pes anime amor est qui si rectus est dicitur caritas si curvus
dicitur cupiditas ❧ Secundo in consilio impiorum sive demonum ipse
carnis mundi sive pravorum hominum mala suggerentium sicut adam
seductus est consilio serpentis et eve Genesis iii / Advertendum quod multi-
plex est consilium impiorum / primum est proprie carnis de replecione vo-
luntatis et sequitur per vagationem concupiscentie Iudith xii Non
vereatur bona puella ingredi in domum meam de hoc consilio
dicitur Iob x consilia impiorum ~~dissipat~~ dissipat dominus Secundum
consilium est cupiditatis de aggregacione diviciarum istud fuit
consilium divitis Luce xii Quid faciam quia non habeo ubi
congregem fructus meos destruam horrea et faciam maiora

Iudith vii in Bethulia
[illegible]
[illegible] XX [illegible]

commisit / quod alios scanda-lizat peccato / et iste dicitur / de cathedra / pestilencie

hec ē consiliū de quo p̄u' xij consilia impiorū fraudulēta
tertiū consiliū electionis de ambitiōn honoris hoc fuit cons
iliū peccatorum z ks vsq ascende prepabeis Sz repbat dns
consilia pncipū inpia in pbe Quartū ē consiliū mali
gnorū seu malignant' de psecutiō iustorum ps Sup ppłm
tuū malignauerūt consiliū Coñ humi d' Ecc xxvij facien
nequissimū consiliū sup eū diuolue' tale fuit oꝫsiliuꝫ
caypfe Io xi Collegerunt pontifices et phrisei ic ps
Caifas ait expedit vt vnus moriat' ic Talibus ꝯsiliys
no ē consenciēd Ecc xxxvij a consiliario malo serua aīaꝫ
tuaꝫ Io b xxi consiliū impiorum longe fac a me
Sequit' et in via peccatorum no stetit Iste Istud duplicit'
glosa' no stetit in via mundane ꝯuersationis q' cū in mū
fuit conuersatus no tn̄ s̄ mūdi illecebras ꝯuersaba' ipe
xpus Carnutēꝫ post hic in terris visus ē Secūdo glosat'
sic no stetit in via praue opationis que ē via ducens ad
mortem ayt vii lata ē q ducit ad pdicōm Non stetit
go figendo pedes x ꝯsensus opationis Vnde no ē standū
in via peccatorum q' ē via tenēbrosa ad cadendū ps fiat
via illorum tenebe et lubricū
Sequit' et in catedra pestilencie no sedit hoc dupl' glo'
p'mo sic no sedit in cate. pesti x' d no dedit doctinam prui
vbi vel doctinam prui exempli et maxime praue consue-
tudinis Vn catedra scdm glo ē sedes doctur u' s' trong
sedes regis tribunal sedes iudicū pestilētia d' esse mul-
bus late puagans a pastu malarum herbarum ul' cibor
a quo pastu ca' sic ꝯtus morbus et sic corruptōz mali
vbi uel mali exempli de corruptiōn mali Vi p'ma cori
xv corrumpūt bonos mores colloquia praua de secunda
corruptiōn Ie' li Ecce ego ad te mons pestifer ait dns q'
corrumpis vniuersam terram Sciendum q' multiplex ē aīa cate
dra pestilencie p'ma erroris q ē hereticorum et h' cate
dra figat' p catedraꝫ saulis qui inspirta' abutens p' ks xx
Secunda catedra ē ostentationis que ē iudeorū Ezech xxviij
dixisti in catedra dei sedi Tercio ē ambicionis que ēst
ypocratuꝫ ayt xxiij amant p'mas catedras ic Qrto
ē cupidit q ē symoniacꝫ ayt xxi catedras vendenciū colū-
bas euertit Sed in lege domini voluntas eius et in lege eius
meditabi' die ac nocte hic oñt felicitatē viri iusti et
pna' xpi qui fuit plenus totus boni sz virtut et amore

(3 17 verr)

Et intellectus scripture et cognicionem veritatis quorum utrumque fit per intelligere
in lege secundum dilectionem omnis virtutis et cognicionem omnis veritatis dicat
ergo sic non sedet in cathedra pestilencie sed potius in lege domini stat
per iusticiam quia lex immaculata domini convertens animas et notat
dicit in lege et non sub lege quia legem dei impleuit ex amore
filiali non ex timore seruili secundum glossam Sed voluntas eius non solum
lingua eius sic illi qui dicunt et non faciunt Mathei xxiii Super
cathedram moysi sedebant etc. Nec dicit in lege domini manus eius
sic eorum qui coacti impleuerunt legem ex timore Contra quos dicitur
ii Corinthios ix non ex tristicia aut ex necessitate Sed dicit voluntas eius
in lege domini sic est voluntas eorum qui diligunt legem dei
et eius mandata implent voluntarie Super. Quomodo dilexi legem tuam
et excessiui etc. Ubi nondum quia quedam est voluntas super legem
ut voluntas domini legislatoris Ysaie xxxiii dominus legifer noster Que-
dam voluntas est in lege ut voluntas filii implentis legem ex
amore Romanorum viii condelector legi dei secundum interiorem hominem Quedam
voluntas est sub lege ut voluntas serui ipsam legem ut onus
reputantis Actuum xv Hoc est iugum seu onus quod nec nos nec
patres nostri etc.
Quedam voluntas est contra legem ut voluntas impiorum legem pre-
uaricantium unde enim audientes mandata dei omnia fecerunt contraria
et nunc faciunt mali christiani et in lege eius meditabitur die ac nocte
Exponit In lege eius id est dei per iusticiam meditatur cogitando racionem
legis et observando mente legem secundum glossam Ecclesiastici xiiii Beatus vir
qui in sapiencia morabitur et in iusticia eius meditabitur Sequitur
die ac nocte id est in statu prosperitatis qui intelligitur per diem et in
statu adversitatis que intelligitur per noctem secundum glossam
Omnia beatus vir qui diligit legem dei et voluntarie implet
mandata eius sic filius patris tam in die quam in nocte id est tam
in prosperitate quam adversitate sic fuit Christus
Et erit tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum
quod fructum suum dabit in tempore suo Hic describit felicitatem viri
iusti et precipue Christi per bonitatem sue ad alios diffusionem Unde
precipue commendat Christum velut lignum vite primo et fructu operis
secundo et veritate sermonis ibi et folium eius etc. Primo dicit sic non
solum predicta vir iustus et precipue Christus habebat sed erit tamquam lig-
num vite in medio paradisi scilicet ecclesie Genesis ii et dicit tamquam ligna-
num dicit nota similitudinis secundum expressionem veritatis Est enim Christus vere
lignum vere vite spirituale non corporale per quod vivunt lignum vite
et omnes qui apprehendunt eum Quod plantatum est scilicet per incarnacionem
Dracho primo In mansuetudine suscipite insitum verbum plantatum
in orto uteri virginis matris de quo Canticorum iiii ortus conclusus et
plantatum manu spiritus sancti Genesis primo in vestibulo orti et

v[er]u[m] q[uod] al[ia]s
p[ate]r dest[i]
nat in ce[lo]
de suo lu[mine]
ex trib[us] ...
cum [?] nec
et Galat[as]
cui dat ore
dilige[n]t dei

he mod(is) qui regio cultu et manu conspicu erat. Secus decursus
aquarum hoc explicat exponit(ur) primo glo(sa) primo mo(do) i(d est) plenitudine
gratiarum spiritualium de quibus aquis dicitur vii Ioh vii qui in me cre-
dunt flumina de ventre eius fluent aque vive etc. Secundo secus
decursus aquarum i(d est) iuxta fontem omnium doctrinarum quia Christi humanitas
est coniuncta divine sapientie in unitate persone a qua est decursus omnium
doctrinarum de quibus aquis Prov. v deriventur fontes tui foras et
in plateis aquas tuas divide. 3o expo(nitur) sic secus decursus aque
i(d est) iuxta defluxum vel in defluxu mortalium populorum de quibus a-
quis Apoc. xvii aque multe populi multi etc. Re(gula) 2a. Sed ipsi lignum
i(d est) iustus homo et precipue Christus qui est lignum vite fructum suum da-
bit in tempore suo. Hoc explicat exponit(ur) secundum glo(sam) primo fructum
dabit vite eterne tempore suo quia per mundum divulgabitur eius pre-
dicatio et doctrina. Hoc est tempore gratie seu salutis de quo
2 Corinth. vi Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc tempus salutis
Tertio exponitur sic dabit fructum suum secundum ecclesie construende
tempore suo quia per mundum divulgabitur eius predicatio et doctrina Ioh.
xv Posui vos ut eatis et fructum afferatis. Vel sic dabit fructum
suum secundum missionis spiritus sancti tempore suo i(d est) tempore post tempus sue glorificacionis
et ascensionis Act. primo et Ioh. vii Nondum erat spiritus datus
quia Ihesus nondum erat glorificatus. Re(gula) 2a usque Et folium eius non defluet
et omnia quecumque faciet prosperabuntur. Exponitur sic et folium eius
i(d est) verbum predicationis non defluet i(d est) non erit sine fructu boni operis
non sicut in ficus arida in qua dominus folia tantum et non fructum inveniebat
Mat. xxi. Unde primo non defluet a veritate ut sit falsum. Secundo non defluet
in terram. Non cadet ex omnibus verbis eius in terram. Tertio non defluet folium eius
ab utilitate ut sit ociosum Ezech. xlvii. Quarto non defluet a virtute ut
ex eo et non defatiget fructus eius. Non defluet a virtute ut
sit vacuum. Ysa. lv Verbum quod egredietur de ore meo non
revertetur ad me vacuum. Quinto non defluet intencione ut fiat re-
xuta quia ab exemplo dem quae procedit de labiis meis non faciam
irrita. Sexto non defluet ab honestate ut sit dissolutum. Septimo non defluet a maturitate
ne sit sicut in ficulnea folium defluit. Octavo non defluet a modo
non sit superfluum. Ysa. Verbum abbreviatum faciet dominus. Re(gula) 2a
et omnia quecumque faciet prosperabuntur. Quecumque faciet sive fructus operum
sive foliorum verborum prosperabuntur. Toti generi humano cedent ad
prosperitatem ad salutem eternam omnibus tam corporalibus quam spiritualibus
quam celestibus. Ysa. lv faciet quecumque volui et prosperabitur in his
ad que misi illud. Nec solum que faciet sed etiam que patietur
et mors sua est salus mundi secundum glo(sam). Omnia folium boni viri mane
i(d est) verbum predicationis eius non defluet non cadet a veritate quia
in aliquo esset falsum nec cadet ab utilitate quod esset sine fructu
boni operis vel quod esset vanum et ociosum. Et omnia quecumque fecit
vir bonus prosperabuntur

Non sic impii non sic sed tanquam pulvis quem proicit ventus a facie
terre etc. Hic est secunda pars in qua describit infelicitatem impiorum ut peccator
retrahat a malo, et hoc facit per tres condiciones primo per eorum dissimi
litudinem a Christo secundo ~~in habitu mali~~ per eorum dampnacionem in
iudicio futuro ibi ideo non resurgunt, 3o per eorum a deo reprobacionem
in presenti seculo ibi quoniam novit dominus. Primo ostendit quomodo dissimiles Christo
in carencia boni secundo in habitu mali ibi sed tanquam pul. Primo dicit
sic Christus non sic impii, qui dicat omnia que cumque faciet prosperabuntur sed non
sic non sic impii erunt unde propter hoc geminacionem indicat firmitatem
secundum glossam Gen. xlio quod autem vidisti ad eandem rem pertinens so-
mnium firmitatis est iudicium. Ideo hoc geminat non sic impii non sic quia
duo dona in beato viro posuit, in quibus impius est ei dissimilis
Primo quo ad immunitatem peccati quia impius non est immunis a peccato primo
~~dicit sic non sic impii~~ psalmo vo. Iniquitates super caput impii, 2o
quo ad plenitudinem boni quia impius caret bonis. Sap. 3 vacua
est spes illorum et labores sine fructu. Sed tanquam pulvis qui fuit
ante faciem venti. Sciendum impius comparatur pulveri primo propter aridi-
tatem psalmus anima mea sicut terra sine aqua. Secundo propter sterilitatem ideo
Deut.o xxviii. dat dominus ymbrem terre tu pulverem. 3o propter divisionem
Osee xo divisum est cor eorum. Quarto propter instabilitatem psalmus fiant
tanquam pul. ante faciem venti. Quinto propter vilitatem Ysa. xvi firmitas
est pulvis conculcatus est in eis. Sexto propter eorum conculcacionem Ysa. velut
calcabitur impius. Septimo propter serpentium infernalium devoracionem
Ysa. lxv serpenti pulvis panis eius. Sed quem proicit ventus
a facie terre. Glossa quem proicit ventus ~~a facie~~ superbie, qui inflat
Cor. 3 inflatus sensu carnis sue, a facie id est a presencia sui visione
manifesta terre. Glossa id est stabilitatis eterne de qua terra primo terra memini
stat hec est terra viventium de qua psalmus Credo videre bona domini in etc.
Est ergo sensus istius versiculi, omnia que cumque facit prosperabuntur, sed
non sic impii quia non sunt immunes a peccato et carent bonis operibus
sed sunt tanquam pulvis quia aridi sicut pulvis id est sine gracia dei
et sunt steriles sine fructu boni operis et sunt viles sicut
pulvis et conculcabuntur sic pulvis a serpentibus infernalibus
quia ventus id est superbia eorum proicit eos a facie id est manifesta vi-
sione terre viventium id est vite eterne in terra viventium etc. Vel
Ideo non resurgunt impii in iudicio neque peccatores in consilio iustorum
Notandum in scriptura est iudicium primum est auctoritatis psalmus dominus iudicat
populos. Secundum est diffinitive pronunciacionis Io. vo. Omne iudicium
dedit filio pater. 3m est assessorie dignitatis Mt. xix sedebitis et
vos iudicantes etc. Quartum est comparacionis Mt. xii. Regina
austri surget in iudicio. Quintum est presentis discussionis prima
Cor. xi. Quod si nos metipsos diiudicaremus non utique iudicaremur
Sextum est aliene condempnacionis Mt. vii. Nolite iudicare ut
non iudicemini. Septimum faciens altercacionis prima Cor. vi
contemptibiles qui sunt in ecclesia constituite ad iudicandum dicit quod ideo
non resurgunt etc. Hic describit infelicitatem impiorum per eorum

Marginalia (left): indicium · sive a · [illegible] · ex glossa · In greco · prima in · hebreo et · translacione Jeronimi accepta immediate a veritate hebra-
ica in congregatione iustorum ... in psalmo xliii principes populorum congregati sunt cum deo abraham

vel resurgent scilicet ad statum contrarium scilicet ad maiorem sui deplessionem quia tunc erunt excruciati in anima et corpore in gehenna /

in iudicio condempnacionem primo ex parte iudicis Secundo ex parte asse-
ssoris ibi neque peccatores dicit ergo ideo impii quia sunt sicut pulvis
non resurgunt, hoc exponitur tripliciter Uno modo de resurrectione in iudi-
cio presenti Sic non resurgunt impii resurrectione / prima que est animarum
a culpa / alia est resurrectio resurrectio carnium de utraque Apocalypsis xx Beatus
et sanctus qui habet partem in resurrectione prima Exponitur ergo sic Ideo non
resurgunt impii in iudicio scilicet ad seipsos iudicandum iudicio scilicet
prime de quo prima Corinthiorum xi Si nos metipsos iudicaremus
non utique etc. / Neque peccatores scilicet ipsi idem qui dicuntur impii in — Impii peccatores
deum et peccatores in proximum resurgunt in consilio iustorum i.
ad faciendum consilium iustorum / dum est consilium meum placeat
tibi etc. Quid sue voluntati
Complacitum dominum secundum id Regum xii probat / que sit voluntas dei
bona etc. sic non resurgunt ipsi in iudicio neque peccatores in
scala — consilio in concordia multitudine iustorum ut scilicet sunt in mundo et
sorte iustorum / Apocalypsis ult. foras canes venefici et im-
pudici et homicide Alio modo exponitur de resurrectione et iudicio futuro
et sic dupliciter primo prout iudicii intelliguntur impii et peccatores id
est quia sunt sicut pulvis non resurgunt impii in iudicio i. ad iudi-
candum seu disceptandum quia soli sancti iudicabunt non reprobi / Sap-
iencie iii iudicabunt sancti nationes Neque peccatores scilicet ipsi idem impii non
resurgent in consilio iustorum i. ad iudicandum et differentiam medium
vel in consilio iustorum i. ut iudicati quiescant in consortio
iustorum. Vel in consilio iustorum i. ad participandum iustorum
consilio gaudium / Secundo modo exponitur de resurrectione et iudicio futuro
prout impii et peccatores sunt divisi Sic ideo quia impii sunt pul-
vis non resurgunt impii i. infideles in iudicio passive ut scilicet
iudicentur quia iam iudicati sunt Iohannis 3 qui non credit iam iudi-
catus est Neque peccatores i. mali fideles in consilio iustorum i. ut
iudicent scilicet tamen ut iudicentur / Unde notandum quod quattuor ordines
erunt in iudicio secundum Gregorium Quidam iudicabunt scilicet non iudicabuntur
ut sunt perfecti quidam nec iudicabunt nec iudicabuntur ut pagani
Quidam iudicabuntur et salvabuntur ut mediocriter boni / quidam
iudicabuntur et dampnabuntur ut mediocriter mali ideo non resur-
gunt ut se hic iudicent ut alios in futuro iudicent scilicet ut a
Christo in futuro iudicentur non resurgunt hic resurrectione animarum et hinc
impii et infideles non resurgent in resurrectione carnium propter ad
vitam scilicet ad dampnacionem est ergo summa istius versiculi ideo impii
quo ad deum non resurgunt in presenti a culpa animarum suarum in
iudicio prime i. per penitenciam quia noluerunt iudicare seipsos neque peccatores
qui sunt peccatores in proximum non resurgunt
hoc est ipsi idem impii

In consilio iustorum hoc e ut sint in mu° et societe iustorum
I sma e ista ideo impii no resurgunt in iudicio futo ad iu-
dicadu alios qr soli sancti iudicabut . et no repbi . neqz in
consilio iustorum ut sz pticipabunt consilium iustorum Etia
sma e ista ideo impii i infideles pagani iudei et alii qui
fidem noluit recipe no resurgent in iudicio futo ad ut iudica²
qr iam iudicati sunt . neqz petores i mali fideles sc mali
xpiani no resurgunt in consilio iustorum ut etiā iudicent
sz ut iudicent²

Sequitur

Qm nouit dominus viam iustorum et iter impiorum peribit
Hic descbit infelicitatem impiorum qntu ad repbacoz eorum a deo
et pmo ponit iustorum approbacom Secundo impiorum repbacom
pmo dicit sic impii no resurgunt resurrecom corporis cu sanct
ad iudicandu in futo vel no resurgunt rroe amarx in pnti ad

Simpliciter no approbans rr

sz iudicandum qm nouit dns viam iustorum noticia approbacois
i scpmo no nouit dominus qui sunt eius no solum simplici
speculacon de qua dan xiii nosti oia anq fiant viaz
iustorum i conuersacom seu vitaz de qua ps sbat de virtute
in virtutem et ps vi m viaz q a dextris sunt nouit dominus
et iter impiorum i eorum vita et eorum conuersacio peribit qr deo
ignotu et a deo repbatu Baruch 3 . qr no qsierunt sapiam
perierunt ppr suam insipiaz Sma istius versus e talis qr
impii no resurgunt rroe amarum p pniam in pnti etiam
no resurgent rroe corporis cum sanctis ad iudicandu in futo
qm nouit dns viam iustorum hic e approbat vita et conuersacio iu-
storum sz vita et conuersacio impiorum peribit qa ignota et repbata

Via iustorum

a deo Notandu qr a deo via iustorum approbat² a deo pmo qr est
munda ps pcellam et intelligam in via immaculata 2o qr
e pulcra num xx pulcra conueniens via 3o qr e plana ysa
xl erunt praua in directa Quarto qr e secura ps vi omnis semite
illius pacifice Quinto qr e recta ysa xxvi semita iusti recta
est Sexto qr e luminosa ps vi mo Iustorum qm lux Septimo
qr e pulch ps v mo vie eius vie pulchre Ista e expo litte

Sequitur exposicio Textus

Beatus vir qui no abijt rc Sciendum qm iste ps e sine
titulo in hebreo sic dt Ierog in plogo sup ps et si inueniet²
scriptum psi ab aliquo inscio e additu sz magr vidz qm ipsu
psalm composuit Esdras et posuit eu p mom plagi et est
psalm cu aliis computatus Act xiii d² scriptu est psio secundo
de ps tu alius computatur filius meus es tu rc et sic iste e pmus in isto psio Esdras
inducit ad studiu sacre scripture qr in hoc libro qtie² p modum
laudis i facit duo pmo excludit a fidelibus puersaz doctri-
nam 2o adducit ad doctrinam catholicaz ibi Sz in lege domini
pmo dt sic Beatus vir qui no abijt rc Sciendum pmo qm
in doctrina puersa iste e pressus nam pmo ad eandem eam au-

accidendum aliquis ab infidelibus inducatur. Et hoc excludit dicens
Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum id est infidelium. Unde sicut
pietas proprie respicit cultum legis divine ita per oppositum impietas respi-
cit studium doctrine perverse. Ille autem qui se elongat ab ea scilicet a doctri-
na perversa dicitur beatus beatitudine celesti non in re sed in spe sicut dicit philosophus primo
ethicorum quod pueros beatificamus quamvis adhuc non sunt capaces felicitatis
politice sed quia ad hoc dispositi per condicionem bone indolis. Secundo
in doctrina perversa aliquis habituatur per frequentem in auditu. et hoc ex-
cluditur cum dicitur. Et in via peccatorum non stetit. Unde per stacionem que importat
immobilitatem signatur habitus perverse doctrine qui habitus est de difficili mobilis
Tercio habituatus in perversa doctrina efficitur doctor aliorum. ad suum et
aliorum casum instabilem. et hoc excludit cum dicit Et in cathedra pesti-
lencie non sedit. in hebreo habetur Et in cathedra derisorum non sedit doctores
enim doctrine perverse sunt derisores secundum veritatem quia errores docent
sub specie qualitatis veritatis. Est ergo sententia talis. Beatus vir beatitudine
celesti in spe qui elongat se a perversa doctrina infidelium et non acquirit
sibi habitum perverse doctrine et non efficitur doctor aliorum perverse doctrine
Sequitur. Sed in lege domini voluntas eius etc. Hic concludit quod a
fidelibus debet esse studium sacre scripture. Et ponit primum tercium
primo dicit sic. Sed in lege domini etc. Sciendum quod sicut in processu perverse
doctrine triplex est gradus sic in processu sane doctrine. Primus gradus est
intenta auditio et devota cum dicitur in lege domini voluntas eius
Secundus gradus est firma habituatio vel studium et in lege eius meditabitur
die ac nocte. Unde per frequentem meditacionem generatur habitus scientie
et firmatur. Tercius gradus est aliorum instructio utilis procedens ex
habitu quod notatur cum dicitur Et erit tamquam lignum quod plantatum est etc. Disci-
pulus enim audiens devote et attente accipit fructum sacre scripture
a doctore sed quando habituatus incipit docere tunc dat aliis fructum sacre
scripture aliis tempore sue doctrine. Comparatur autem talis doctor merito ligno
secus decursus aquarum plantato quia fidelibus doctoribus celitus affluunt
fluenta divine gratie et ~~gratie~~ tamquam gratie. Ecclesiastici xxiiii qui me elucidant
vitam eternam habebunt. Sacri enim doctores sunt elucidatores sacre
scripture que est vera sapientia. Est ergo sententia talis. Beatus vir qui intenta
mente et devota audit legem domini et sanam doctrinam et acquirit
sibi habitum firmum per frequentem meditacionem et auditionem sacre scripture
affluente sibi gratia divina qui per tempora dabit fructum alios instruendo
legem dei et sanam doctrinam. Sequitur. Et folium eius non defluet etc.
Hic ponitur predicti tercium primum quo fidelibus doctoribus conceditur
et perversis doctoribus denegatur ibi non sic impii etc. Primo dicit sic Et
folium eius non etc. Ubi sciendum quod fluxus foliorum est pro germine

foliorum est signum mortificacionis arborum sed viror et permanencia
eorum est signum evidens vite ipsorum vita autem spiritualis in
presenti habetur per graciam usque ad finem continuatam et quantum ad
hoc dicit Et folium eius non defluet i. doctor fidelis a gracia et caritate
non decidet quia in premium sui laboris conceditur ei in presenti continuacio
gracie et in futuro adeptio glorie. Vel sic folium eius non defluet
i. doctrina sacra non defluet i. non cadet a premio in presenti gracie
et in futuro glorie Nam datur torques aurea pro doctrina catholica Et
ergo subditur Et omnia quecumque faciet prosperabuntur quia vir iustus per opera
sua ad beatitudinem deducitur semper prout narratur Ro. viii diligentibus deum
omnia cooperantur in bonum Sequitur Est ergo summa quod doctrina
sacra quam dat doctor fidelis carebit premio gracie in presenti et glorie in futuro
Nam quecumque faciet in gracia dei prosperabuntur i. proficient ad vitam
eternam etc. Non sic impii non sic sed tamquam etc. Hic ostendit
quod pravi doctores non habebunt predictum premium. et dicit non sic impii etc.
Unde sciendum quod pravis doctoribus primo denegatur vita gracie secundo
vita glorie ideo replicatur non sic impii non sic. sed tamquam pulvis quem
proicit ventus a facie terre. Comparat autem pravum doctorem pulveri
deiecto per ventum quia doctor pravus ad fingendum errores et periculosas
novitates impellitur per ventum superbie et inanis glorie et sic primo de-
icitur in foveam culpe. et postremo in foveam gehenne Summa
est ista doctores impii et pravi non habebunt premium gracie in presenti et
glorie in futuro quia tamquam pulvis quem proicit ventus hoc est superbia
et inanis gloria nunc in foveam culpe demum in foveam gehenne
a facie terre i. ne videat terram viventium etc. Ideo non re-
surgunt impii in iudicio etc. Sciendum licet in iudicio extremo
omnes generaliter resurgent tamen pravi doctores et eorum sequaces
non resurgent ad suam exaltacionem sed ad maiorem suam depressionem
quia tunc detrudentur in foveam gehenne tam anima et corpore Et quia
non solum dampnabuntur pravi doctores sed etiam imitatores ipsorum
doctrine per mala opera ideo subditur neque peccatores in consilio iustorum
In hebreo habetur in congregacione iustorum Ista autem congregacio est
beatitudine celesti ps xlvi principes populorum congregati sunt cum deo
abraham Et non dicit sibi in consilio iustorum iuxta translacionem
Jeronimi Est ergo summa istius impii et pravi doctores et eorum
sequaces non resurgent in extremo iudicio ad suam exaltacionem
sed ad maiorem depressionem quia detrudentur tam corpore et anima in gehennam
neque ipsi peccatores venient ad congregacionem iustorum in beatitudine celesti
Sequitur Quoniam novit dominus viam iustorum etc. Hic ponit
racionem quare gracia et gloria denegatur pravis doctoribus et conceditur
bonis dicens quoniam novit dominus viam etc. i. processum iustorum per viam presentis
vite novit noticia approbacionis Et iter impiorum peribit quia iter impiorum
per viam presentis vite terminatur in morte ad dampnacionem anime et in fu-
turo iudicio ad dampnacionem anime simul et corporis terminabitur et sic.

Quare fremuerunt iste psalmus a david descriptus est in quo describit regnum christi primum narratur et ostenditur in hoc loco privilegia et xx^ti [illegible] per david etiam in [illegible] et in hoc psalmo primo incipit [illegible] generaliter in singulis in [illegible] in speciali [illegible] extra primitur

Primo perhibuit psalmus absque aliqua spe redeundi beatitudinem, quam novit deus notitia approbationis. Iam habetur conversationem et vitam iustorum, sed illa conversatio et vita impiorum peribit quia trahetur per mortem in eternam damnationem.

Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania

Iste psalmus presenti titulus est psalmus david in quo ostenditur auctor psalmi scilicet david. Unde david primo fuit inunctus in regem in domo patris sui per samuelem primo regum xvi secrete quia fuit puer. Inunctus super totum populum israel quo audito philistei ascenderunt ut destruerent regnum eius. Et secundum istum intellectum exponunt hebrei istum psalmum dicentes: quare fremuerunt gentes id est filistei et populi civitatum diversarum philistinorum contra eum meditati sunt inania. Intendebat enim destruere regnum david sed frustrati fuerunt ab intentione sua. Astiterunt reges terre scilicet quinque philistinorum satrape et principes qui sub eis regebant populum terre convenerunt in unum adversus dominum et adversus christum eius. Venerunt contra david qui erat inunctus in regem et sic dicebatur christus domini id est inunctus ex ordinatione dei et sic venerunt contra dominum ad destruendum eius ordinationem. Hec dirumpamus vincula eorum. Secundum hunc intellectum sunt verba philistinorum sed ipsos exortantium ad bellandum contra david ne regnum eius invalesceret et sic subiceret sibi philisteos quibus filii israel prius erant subiecti et hoc modo primo loquebantur regum xx^o confortamini et estote viri philistini et ne serviatis hebreis sicut illi servierunt nobis et sic loquebantur hic dirumpamus vincula eorum etc. Sed fuerunt virtute divina frustrati ab intentione sua. Et hoc est quod tangitur qui habitat in celis irridebit eos. Ista verba sunt ipsius david quia virtute dei fuerunt debellati ut habetur 2 regum v. Et sic fuerunt ab eo decepti. Tunc loquetur ad eos in ira sua id est vindicta que fuit locutio domini etc. Dixit dominus ad me filius meus es tu. Dixit per revelationem filius meus es tu id est talis sicut filius ego hodie genui te id est magnificatum te constituens te principem super populum israel qui dicitur primogenitus meus et per consequens tu speciali modo es filius meus. Postula a me et dabo tibi gentes id est victoriam super gentes. Reges eos in virga ferrea id est subicies te. Iste intellectus non est nobis utilis nec istum intellectum intendebat spiritus sanctus quo obmittatur.

Secundum doctrinam apostolorum actuum iiii apostoli dixerunt: cum domine tu qui fecisti celum et terram mare et omnia que in eis sunt qui spiritu sancto per os patris nostri david dixisti quare fremuerunt gentes. Ex quo patet quod iste psalmus est descriptus a david sed tunc tractatus qui psalmus dicitur quod de hoc operatione tractat attribuitur david id est christo qui de eo agit et quod de hoc operatione. Christus significatur per david quia david interpretatur manu fortis seu desiderabilis. Christus et christus est manu fortis quia virtute propria vicit demones et desiderabilis et angeli desiderant in eius visione. Dividitur iste psalmus in quatuor partes. Primo ponitur mare pictum gentilium. Secundo invocatur ibi et populi. Iio regum iiii^o principium primo dicitur sicut. Sicut xxiii ego nullam in eo invenio.

Quare quia sine causa sine culpa

Causam. fremuerunt scilicet more ferarum sine racione contra ~~deum~~ xpm fremitu
indignacionis Marci xiii et fremebat in eum / gentes id est gentiles scilicet Rom-
ani milites et crucifixores et populi primo iudeorum secundo gentilium
meditati sunt inania id est vana contra xpm [illegible] qui co-
gitationis inutilis Sententia Quare id est sine causa gentiles
ex indignacione more ferarum fremuerunt contra xpm et populi iudeorum
et gentilium meditati sunt inania contra xpm / Sciendum quod gens
dicit collectionem hominum sicut sunt gentiles non astricti per racionalem divine legis
populus vero collectionem hominum significat sub vna lege viuencium vnde
per gentes intelliguntur pagani per populos iudei primi dicuntur fremere quod est
more suum sive brutorum quod peccabat in xpm ex errore infidelitatis
Secundi dicuntur meditari quod ex studio malignitatis Marci xv Sciebat Pilatus
quod per inuidiam tradidissent eum dicitur vana meditati / Sciendum quod
De multiplici vano — multiplicia vana meditati sunt iudei contra xpm / primo cogitabant
ipsum non esse a deo Johannis ix non est hic homo a deo / Secundo cogita-
bat eum in Belsebub miracula facere Luce xi / Tercio cogitabant eum esse
filium fabri Marci viii / Quarto quod cogitabant possent eum capere in sermone
Marci xxii / Quinto cogitabant eum per eius [illegible] hominis [illegible]
ab eo Luce xi Si dimittimus eum sic omnes etc / Sexto cogitabat
in cruce pendentem ad impacienciam prouocare Marci xxvii Iube ergo custodiri
sepulcrum Octavo cogitabant suos discipulos per flagella compescere Actuum
v. cesis demiserunt vt non predicarent / Astiterunt reges terre et princi-
pes conuenerunt in vnum aduersus dominum et aduersus xpm eius Hic
ponitur incorporatio maiorum qui persequebantur xpm vel sic prius descri-
bebatur persecucio xpi in generali cum dicebatur quare fremuerunt gentes et populi et
hic iam describitur persecucio xpi a iudeis et gentilibus magis in
speciali dicens astiterunt reges terre Luca [illegible] non solum milites hoc fecerunt
sed etiam ~~milites~~ reges scilicet Herodes et Pilatus qui in illa die facti sunt
amici Pilatus et Herodes Luce xxiii / Secundum expositionem astiterunt
in mora et primaria reges terre scilicet Ascalonita pueros occidendo
Marci ii / Herodes Antipas filius eius xpo illudendo Luce xxiii Sunt
autem isti Herodes etc Et principes id est pontifices scribe et pharisei conue-
nerunt in vnum id est in vnam prauam voluntatem Johannis xi Collegerunt pon-
tifices et pharisei concilium Qui enim non honorificat filium non honorifi-
cat patrem qui misit illum Johannis v Ecce stulta presumptio regum et prin-
cipum terre contra regem et principem celi Sententia Reges terre scilicet
Herodes Ascalonita Herodes Antipas et Pilatus qui tenebatur tenebat
locum imperatoris in iudea astiterunt id est simul vnius intencionis fuerunt
in morte xpi et principes id est pontifices scribe et pharisei conuenerunt in vnam
mei · ideo ero immaculatus cu(m) eo · i(d est) sine macula mortal(is) pecc(at)i adherebo
ei · Ps(almus) Innocentes et recti adheserunt m(ihi) Apoc(alipsis) xiiii sine macula
su(n)t an(te) thronu(m) dei Et i Corinth(ios) vi(?) qui adheret deo unus sp(iritu)s efficit(ur)
cu(m) eo · et observabo me ab iniq(ui)tate mea i(d est) cavebo diligenter ne fa-
ciam iniquitatem p(ro)ximo meo Job xxvii donec deficia(m) no(n) recedam ab (et)c(etera)

Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam et secundum puritatem manu-
um mearum in conspectu oculorum eius / Ad literam iste versus expositus sic supra
dictum est. Aliter legitur sic hic ostendit plenam remuneratorem in futuro retribue-
dam et ostendit pro quo merito dabitur remuneratio et a quo id meritum comperitur
ibi cum sancto sanctus eris / et dicit quod non solum merito fidei et operum dabit dominus
perseverantiam in presenti sed etiam merito perseverantie dabit dominus gloriam in
futuro. Unde dicit retribuet mihi dominus in futuro gloriam / secundum iustitiam meam
id est iuxta rectitudinem voluntatis seu pro recta voluntate / et secundum puritatem ma-
nuum mearum id est iuxta puritatem operis vel pro meis puris operibus Iob xxxiiii
opus hominis reddet ei et iuxta vias singulorum retribuet eis. Luce
vi eadem mensura qua mensi fueritis remetietur vobis / in conspectu oculorum eius
id est gloriam eternam ubi videbitur clare facie ad faciem / psalmus quando veniam et
apparebo ante faciem dei / Cassiodorus / pulchre additum est in conspectu oculorum eius
quod tunc beatis conveniet ut sic illi qui puro corde deum intuentur in presenti vita
ita eos iugiter virtus divina respiciet. Cum sancto sanctus eris et cum
viro innocente innocens eris. Ad literam hic dominus in decantatione ostendit
dei magnam et benignitatem gratiarum erga bonos eo quod particulariter fuerat locu-
tus de bonitate dei erga se propter suam innocentiam dicens cum sancto sanctus eris. Unde
est david ad dominum quasi dicat sanctus te sanctum confitebitur a quo illi sanctitas donatur
Vel aliter cum sancto qui scilicet sancte vivit / sanctus eris sua sanctitatem augmentando
et cum innocente qui malum alteri non facit / innocens eris malum non infe-
rendo nisi forte malum temporale pene ad purgationem culpe prolite / vel ad ex-
ercitium sue patientie quod cedit ei ad bonum vite eterne. Aliter legitur sic hic ostendit
a quo datur id meritum et intendit quod omnia habentur a deo / Unde primo ostendit a quo
conceditur sanctitas voluntatis / 2o a quo puritas operis / et dicit quod iustitia mea
et puritas manuum mearum non fuit a me solo hic / sed a te cooperante
quia cum sancto per rectitudinem voluntatis informate / tu eris sanctus efficiens / quia
cum sis sanctus per naturam / sanctificas alios per gratiam / Levitici xxii ego dominus qui
sanctifico vos / et cum innocente per puritatem operis informate / innocens eris
efficiens per gratiam / Iob xiiii quis potest facere mundum de immundo / nonne tu qui
solus es / quasi dicat si aliquis homo sanctus est / hoc est ideo quia deus qui est sanctus a natura
est cum eo ipsum sanctificans per suam gratiam et si aliquis est innocens hoc est
ideo quia deus qui est innocens in sua natura / est cum eo ipsum innocentem faciens
per suam gratiam / et cum illis eternaliter erit deus sanctus et innocens non cum sanctis
et innocentibus / Cassiodorus hic docemur sanctis conversari et non iniquis quia mores
formantur ex convictu quod unus bonus multos alios verbo et exemplo convertit
et quia si vita qui religiosis adherent religiosa fuerit / ideo dicit cum sancto sanctus
eris quia boni homines erubescunt se sociare malis et eis conmaneant. Et cum
electo electus eris et cum perverso perverteris / Ad literam et cum electo
electus eris ad vitam eternam per predestinationem / electus eris quod eliget te omnibus
aliis. Aliter legitur sic hic ostendit quid datur talibus retributio quod per divinam elec-
tionem homo fit bonus et per divinam permissionem fit reprobus / et dicit et cum electo
electus eris id est quem tu eligis elegeris ab eo / Iohannis xv non vos me elegistis
sed ego vos elegi / Ephesiorum primo elegit nos ante mundi constitutionem ut essemus
sancti et cum perverso perverteris id est permittis perverti ac si tu ipse esses per-

versu / Exo x. Ego indurui cor eius vel pervertero, permittis pervertere, vel ego indurabo cor
pharaonis vel cum perverso pervertero vel perverso videor perversus ut blasfemus
et omnibus dampnatus sic bono videor bonus. Vel aliter hic potest intelligi
quod propheta loquitur de bonis ad ostendendum quod ... societas est appetenda et societas
diaboli fugienda / et vero sic ego ero immaculatus cum eo scilicet cum deo / sicut
tu quicumque es cum sancto sanctus eris et cum electo vel cum Christo electus eris et cum
perverso dyabolo perversus eris. Summa. Cum electo electus eris vel qui est tuus electus
per predestinacionem ad vitam eternam tu deus eciam eius eris electus quia eligeret
te obmissis aliis / et cum perverso pervertero vel qui est a te perversus perversus
illi ad dampnacionem tu videbis deus perversus quia et te et tua opera blas-
femabit et contrarium in eo est putet. Vel sic ego ero immaculatus cum deo
sic tu quicumque es cum sancto sanctus eris et cum electo vel cum Christo electus eris et
cum perverso dyabolo perversus eris. Quoniam tu populum humilem salvum facies
et oculos superborum humiliabis / Ad literam quoniam tu populum humilem fa-
cies / et oculos superborum humiliabis / ad literam quoniam tu populum humilem fu-
tabo est deus superbis resistit humilibus autem dat graciam / Aliter legitur sic ...
ostendit cui promissa retribucio debetur quia humili populo et superbis dampnacio / et dicit
quoniam tu populum humilem qui est sanctus / salvum facies ipsos in celo exaltando
et glorificando Job xxii qui humiliatus fuerit erit in gloria / et qui inclina-
verit oculos suos salvabitur / et oculos superborum humiliabis / ipsos superbos ad
infimum deiciendo Prov. xxix superbum sequitur humilitas. Nota tamen sunt que ra-
dicatam nutriunt humilitatem / per assiduitatem subieccionis / consideracio propter
fragilitatis / comparacio melioris. Si lucifer primum humilis esset non de celo cecidis-
set. Si adam secundum humilis esset non fuisset eiectus de paradiso. Si antixpc tercius
non preferret se deo. Nota quod deus quatuor salvare specialiter humiles / primo humiles spiritu
salvat et in primo psalmo / 2o in se sperantes Dan. xiii qui salvat sperantes in
se sperantes domino invocantes Joel iiio quicumque invocaverit nomen domini. Timores
Job xxii salvabitur ... penitentes ii. Paralip. vi ... indignum salvabis me
devote verbum audientes Jaco. i. In mansuetudine suscipite insitum verbum quod
possit salvare. Perseverantes Math. x. qui perseveraverit usque in finem /
Quoniam tu illuminas lucernam meam domine deus meus illumina tenebras meas.
Ad literam lucerna est lumen in testa / id est lumen naturalis intellectus quando po-
situs in corpore terreo vel deus lucerna quam lucernam deus illuminat quando lumini naturali ad-
dit lumine gracie / et gracia conferre ... / deus meus illumina tenebras meas /
lumen naturale comparatum ad deum tenebra est / sic quelibet creatura / ideo david
petit ipsum illuminari gracia divina. Vel aliter tenebre dicuntur opera mortua per
peccatum mortale extincta que recuperata gracia vivificantur et illuminantur. Aliter pp(ro)pha orat
legitur sic hic propheta orat ut deus illuminet ipsum et alios peccatores lumine gracie
sue et dicit domine mee gubernacionis / deus meus bone creacionis / meus bone sanctitatis
quoniam tu illuminas luce tue sapiencie et gracie / lucerna mea vel Christus salvatorem
meum Luc. viii / nemo accendit lucernam / vel lucerna mea vel doctores ecclesie
et apostolos Math. v. vos estis lux mundi Phil. ii inter quos lucet sicut stelle.
le in firmamento / figura Exo. xxv facies lucernas septem et pones eas
super candelabrum. Candelabrum significat ecclesiam super quam debent poni septem
lucerne vel universitas doctorum et prelatorum bonorum. Vel sic quoniam illuminas lu-
cernam meam vel lumen naturale intellectus mei luce tue gracie et sapiencie infundendo /

Illumina etiam tenebras meas i. opera mea mitoria per peccatum mortale ext-
incta. vel tenebras meas i. peccatores rudes et indoctos illumina per tuam sapi-
entiam et gratiam. Nota quedam lucerna est bone operationis luce xij Sint
lumbi vestri precincti et lucerne ardentes. Secunda lucerna est recte intentionis Mathei vj lucerna
corporis tui etc. 3ª scilicet predicationis. ps. lucerna pedibus meis verbum tuum. Quarta
caritatis fervide. prov. xxxi non extinguetur. Quinta inspirationis. prov. xx lu-
cerna domini spiraculum hominis. Sexta ecclesie prelationis luce viij neque accendunt lucernam.
Septima legis. prov. vj mandatum lucerna est et lex lux. Octava glorie celestis Job xx-
ix qui splendebat lucerna eius. Nona iudiciarie inquisitionis Sophonie i scrutabor
ierusalem in lucernis etc. Quoniam in te eripiar a temptatione et in deo meo
transgrediar murum. Quantum ad literam hic describitur liberatio david a temptatione et
dicit quoniam in te i. per te eripiar a temptatione. fuit enim temptatus david contra
de nabal in oribus de domo sua. a qua temptatione fuit exceptus per verbum
abigail adeo ad hoc dicere. propter quod dixit ei david. benedictus deus qui te
misit hodie in occursum meum. j reg. xxv. et in deo meo i. in virtute dei
mei transgrediar murum capiendo adversarios contra suum fortalitium ye-
busseorum. 2 reg. v. et quando cepit rabbo filiorum amon 2 reg. xij. Aliter secundum sic
hic insinuat fiduciam impetrandi ex duobus. primo quod per deum vincitur tempta-
tio peccati et removetur obstaculum peccati preteriti. dicit ideo confidens rogo. quoniam
in te i. per te eripiar a temptatione futurorum peccatorum. vel a temptatione inimicorum
visibilium et invisibilium. Mat. vj et ne nos inducas in temptationem. j ad co-
rinthios x fidelis deus qui non permittit nos temptari super id quod potestis.
et in deo meo i. auxilio dei mei transgrediar murum i. impedimentum
peccatorum que me impediunt accedere ad deum. ysa. lix. peccata vestra diviserunt
inter vos et deum vestrum. Honorius. murus est peccatum quod separat homines a cele-
sti ierusalem. transgrediar ergo murum peccatum mortale vitando et de preterito penitendo
ut ad celestem ierusalem possem transilire. Nota murus dicitur peccatum quod sicut
murus impedit ne videamus vel intremus ad id quod est ultra murum sic
peccatum separat nos adeo ne ipsum videamus vel ad ipsum accedamus. ysa. lix.
iniquitates vestre diviserunt vos. Iste murus compositus ex luto luxurie et latere
avaricie. et palea inanis glorie. et cemento amoris mundi. Hic murus
non potest in presenti totaliter evitari sed transiliri quod nitur hoc hic peccatare sed potest
de peccato primam agere Jo. pº. si dixerimus quod peccatum non habemus etc. Deus
meus impolluta via eius eloquia domini igne examinata. protector est omnium
sperantium in se. Ad literam ista est lex divina in qua non est aqua immun-
da commissa tamen lutea licet aqua fuit permissa propter magis malum evitandum
sic usura cum extraneis ne fines suos cum usuris gravarent. et libellus re-
pudii ne uxores occiderent. deut. xxiiij. eloquia domini examinata. i. pura et
munda sicut metalla in fornace probata. protector est ipse deus omnium sperantium
in se. dum tamen ista spes proveniat ex gratia meritis. aliter enim non esset spes sed
presumptio. Aliter secundum sic hic recommendat dominum multipliciter quod prius exorat
primo quo ad eius bonitatem et sapientiam. et dicit quod eripiar a temptatione per dominum
qui est deus meus. et via eius i. fides caritate informata et observancia
mandatorum eius. est impolluta quod pollutos mundat Galat. v. neque circum-
cisio aliquid valet. neque preputium. sed fides que per dilectionem operatur. De ista

via d' ysa xl parate viam dni et declinate a malo et facite bonum / hec
e via per quam deus nos venimus ad ipsum deum / sz maxime caritas / pa
Corinth xiij adhuc excellentiorem viam vobis demonstro que oia suffert etc
Sed via qua ipse deus ad nos venit e gratia eius nos sanctificans / Leuit
xxi ego dns qui sanctifico vos / vel bta virgo maria e via per quam deus
venit in mundum / hec via e inpolluta / ysa xxxv via sancta vocabitur et non xxxv capitulo
transibit pollutus per eam / Eloquia dni sic sapientium septuplum sunt examinata
igne sancti spiritus que predicatores et auditores succendit intus in corde / vel
igne tribulationis que extrinsecus sustinuerunt / protector e omnium sperantium in se
non de seipsis presumentium / Sermo xvij Maledictus qui confidit in homine et in seipso
Quis deus preter dominum aut quis deus preter deum meum / Ad literam quod
nullus / quia alii sunt dii tantum participatione s. honores sancti / ps ego dixi dii
estis / vel sunt dii ficti sicut ydola gentium / Ad hoc sic / quod ostendit quod ad alium
non debeat confugere petendo / et dicit Ille e deus meus cuius via immaculata / Aut
quis e alius deus preter dominum qui e creator omnium / Judith ix dns tocius cre
ature tu es / Apoc xix est in femore scriptum rex regum et dns dominantium
Aut quis alius deus verus / preter deum meum qui e specialis deus iudeorum / ps
notus in iudea deus / Exo iij ego sum deus patris tui abraham / Ecia e deus
meus ... cultura unione nature et redemptione / vel aliter quis deus preter
dominum cui in ... fruimur / aut quis deus preter deum meum quem in premium
expectamus / Deus qui precinxit me virtute et posuit immaculatam viam
meam / ad literam deus qui precinxit me virtute corporali contra hostes visibiles
et spirituali virtute contra hostes invisibiles et posuit immaculatam viam meam
auferens a me maculam adulterii cum bersabee et homicidii urie que macule
fuerunt purgate per passionem quam deus dedit david in persecutione absolon
filii quam ei predixerat natan ... z reg xij / Alle le sic hic xpc vel ecclesia exsurgit
... virtute ... / primo virtute et potentia in executione bonorum operum
sz fortitudine actionis et puritate affectionis / et dicit iste e deus et non est
alius / deus qui precinxit me ad iter cursum vel pugnatum ut magis
expeditus sim ad currendum vel ad pugnandum / Luc xij Sint lumbi vestri precincti
Iere xij precinge te et calcia te / virtute et fortitudine ad aggrediendum
ardua / et sustinendum difficilia / ecia precinxit me virtute continencia a su
perfluitate libidinum / abstinencia a superfluitate ciborum / iusticia a superfluitate actionum
sapientia et caritate a superfluitate cogitationum et verborum / et posuit immaculatam
viam meam s. caritatem ad diligendum deum pure et sincere / ph Corinth
xiij adhuc excellentiorem viam vobis demonstro / maior autem horum e caritas
Ista via e immaculata qua quis ex toto corde diligit deum / Deutr dili
ges dominum deum tuum ex toto corde etc Sicut enim via qua xps ad nos venit
e immaculata sz fides sic immaculata e via qua nos ad eum venimus s.
caritas / Nota quod cinctorium spirituale e multiplex / primum continencia a superflu
itate libidinum / Luc xij Sint lumbi vestri / Aug glo lumbos precingimus
cum carnis luxuriam per continentiam coartamus / secundum abstinencia qua precin
gimur a superfluitate ciborum / hec e zona helie iiij reg i vir pilosus et
zona pellicea accinctus renes / tertium iusticia a superfluitate actionum
ysa xi erit iusticia cingulum eius / Quartum sapientia vel caritas a superfluitate

cogitacionu̅ et ver̅ Apoc̅ j. p̅cinctu̅ ad mamillas .i. circa pector̅ zona aurea
signandum q̅ e̅ singularis p̅me Judith iiij sacerdotes p̅cincti cilicio offerebant
sacrificia dn̅o Continentie Luce xij sint lumbi v̅ri p̅cincti .iiij Re̅ p̅mo
vir pilosus et zona p̅cinctus Obedie̅ Thobie v° Invenit iuvene̅ stante̅
splendidu̅ p̅cinctu̅ Iudicie Jos̅ xiij Cu̅ ante lu̅ Justitie Ysa xi erit
iusticia cingulu̅ Sapientie Apoc̅ j. p̅cin ad mamillas etc Qui p̅fecit
pedes meos tamq̅ cervor̅ et sup̅ excelsa statuens me ad Quantum
dando m̅ agilitate̅ ad hostes meos in sequendum et sup̅ excelsa statuens
me .i. stabilitans in regia dignitate Tal̅ l̅r sic hic exponit virtute alia
sibi adeo data s̅m intencionem ethnor̅ et d̅r qui p̅fecit .i. p̅fectos fecit
pedes meos .i. affectus meos Aug̅ pes a̅ie amor e̅ tamq̅ cervor̅ ca
sicu̅ q̅ cum transiliunt loca lutuosa spinosa et foveas qui venatur p̅
que tria designantur p̅cc̅a p̅a Jo iij Om̅e q̅ e̅ in mu̅do a̅ e̅ concupia carnis
est lutu̅ aut concupia oculor̅ .i. avaricia est spine et suꝑbia vite est
fovea Mat̅ q̅ om̅is qui se exaltat humiliabi̅ tamq̅ cervor̅ ut velocit̅
etc̅ possim ad deu̅ transiliendo spinas t̅palium divitiar̅ foveas delicias
motes honor̅ Gen xl Neptalim ceruus emissus et dans eloquia pulcra
Et sup̅ excelsa statuens me .i. firmans mea intencio̅ ad cogitandu̅ et
amandu̅ excelsa et celestia Abac̅ iij sup̅ excelsa mea deducet me vi
ctor Baruch v Jrl̅m sta et vide iocunditate̅ q̅ adeo veniet Ysa xl sup̅
monte̅ excelsum ascende tu etc Qui docet manus meas ad p̅liu̅
et posuisti ut arcu̅ ereum bra Chia mea Ad l̅ram q̅ deus docuit
eu̅ artem p̅liandi et posuit ut arcu̅ ereu̅ bra ma̅ dans m̅ forti̅ ue̅
convenientem ad exercend̅ p̅liandi arte̅ Alr̅ l̅r sic hic ondit prudencia̅
sibi et suis data cont̅ insultus viciorum et hoc multiplr̅ et d̅r ip̅e e̅ deus
meus qui no̅ solu̅ p̅fecit pedes meos sed etia̅ docet manus meas ad
p̅liu̅ .i. docet me prudenter operari et age̅ ad expugnandu̅ hostes et vicia
Et d̅r no̅it manus no̅ linguam q̅ magis in ea e̅ prudencia factor̅ quam
verbor̅ p̅a Corinth ix Sic pugno no̅ q̅si aere verberans sed castigo
corpus meu̅ et in s̅uitute dei redigo illud et posuisti hic mutat p̅
sona̅ ex affectu dicens et posuisti bra mea .i. robur et forti̅ue̅ a̅ie mee
ut arcu̅ ereum qui e̅ inflexibilis dando m̅ infatigabilem fortitudine̅
et inflexibile constantia̅ et intencio̅ ad bn̅ operand̅ et ad vicia debelland̅
Dan x brachia eius q̅si species eris tandem vel p̅ arcu̅ ereu̅ p̅t intelligi
constancia indeficiens ad bn̅ operand̅ Gal̅ vlt̅ Bona facientes no̅ deficiamus
q̅ tpr̅e suo metemus no̅ deficientes Et dedisti m̅ p̅teccionem salutis tue
et dextera tua suscepit me ad l̅ram q̅ d. fortitudo mea parum posset
n̅ p̅teccio tua adesset Alr̅ l̅r sic hic tangit quedam utile bellantibus et d̅r
q̅ p̅dc̅a no̅ sufficiunt sine tua p̅teccione et ideo dedisti m̅ g̅re non
meis merit̅ p̅teccionem salutis tue .i. p̅teccione̅ me salvante̅ in bello
Tren iij dab̅ eis scutu̅ cordis laborem tuu̅ ps̅ dn̅e ut scuto bone vo
lu̅t dedisti m̅ p̅teccio̅ .i. incolumitat̅ pa om̅ib̅ tue dedisti in cor meu̅
ut recogitem quod operatus es salute̅ i̅ medio t̅re Vel p̅teccionem .i. salu
tare̅ p̅tectorem xp̅m filiu̅ tuu̅ q̅ ip̅e pro nob̅ morte̅ sustinuit
ut nos salvaremur Ysa lxiij displicuit pater meus sup̅ eu̅ p̅teccio̅ salutis

quia xristus redemit nos ab ira dei et sanauit a peccato et memoria passionis eius
protegit ab iminente temptacione / figura numeri xxi qui aspiciebat serpentem
eneum suspensum in palo sanabitur. Et dextera tua id est fauor gracie tue seu
consolacio diuina / suscepit me quia ad refocillandum pro uel sustentandum / Mathei xi venite
ad me omnes qui laboratis etc. / ysaie xli / Suscepit te dextera iusticie mee / et dex-
tera tua id est filius tuus suscepit me ad graciam tuam per suam passionem et mortem
redimendo / Vel sic dedisti michi in auxilium protectionem salutis tue id est salua-
torem filium tuum in protectionem contra inimicos meos in bello. Et disciplina
tua correxit me in finem et disciplina tua ipsa me docebit ad
literam disciplina tua correxit me in finem per tribulaciones temporales me corrigendo
et disciplina tua ipsa me docebit / quia vexacio adeo inflicta dat intellectum /
Allegorice sic Hic tangit duplicem fructum discipline que est experiencia pugne
scilicet reuocacionem a malo et promocionem ad bonum / et dicit dedisti michi protectionem
sed non ita solum ut nichil paterer sed ut per passiones erudirer / et ergo
disciplina tua id est experimentalis erudicio seu experiencia flagellorum mole-
stiarum tribulacionum et temptacionum / Sapiencie xii / Cum nos deus disciplinam
inimicos nostros multipliciter flagellas / correxit me a malo reuocando ne
demergar (?) sinendo / hebreos xii quem diligit dominus castigat / in finem debitum
scilicet eternam salutem. Vnde alia litera habet direxit vel in finem id est in xristum ut
quicquid ago vel patior dirigam in xristum / qui est finis meus consummans et perficiens
Romanos x finis legis xristus / et disciplina tua que fit per doctrinam et precepta
ipsa me docebit in futuro perseueranciam / Vel disciplina tua id est experiencia tri-
bulacionum et temptacionum ipsa me docebit ad meliora promouendo. Ieremie
vi / Et alia literam per omne flagellum erudiere ierusalem. Dilatasti gressus
meos subtus me et non sunt infirmata vestigia mea / ad literam
In hebreo habetur passus meos quia cum pedes sunt contracti homo dispositus est
ad cadendum / sed cum sunt quemadmodum elongati tunc est dispositus ad firmius
standum / per hoc intelligitur firmitas in statu regio quem inerat ipsi dauid
adeo / Allegorice sic / Hic ondit perseueranciam et fortitudinem sustinendi scilicet per
dilatacionem in bonum et confirmacionem contra malum / et dicit dilatasti gressus meos
id est affectus meos / siue cum inmora de bono in melius hilariter proficiendo /
subtus me id est promouendo mea que sunt subtus me scilicet ut rebus temporalibus et mem-
bris corporis mei sine difficultate possim bene uti / et non literam cor stringi
per auariciam temporalia retinendo / vel per iram vel per singulti (?) / prouerbiis iiii dum re-
rs se est quasi tu ingredieris etc. / Vel sic dilatasti gressus meos id est affectus meos
subtus me id est ut sint michi subditi et non late dominentur michi quia sensualitas
debet esse sub potestate racionis / et non sunt infirmata vestigia mea id est opera
exteriora non sunt debilitata propter mala imminencia quia propter ea remissius debe-
rem operari sed sunt firma et stabilia / Ecclesiastici ii / fili quomodo sta sic pedes tu-
Nota dilatacio spiritualis fit primo per tria / per largitatem elemosinarum / prouerbiis xviii
donum hominis dilatat viam eius et ante principes spacium ei facit. Secundo per delecta-
ciones spirituales quas dominus immittit in tribulacione / psalmus / In tribulacione dila-
tasti michi / 3o per prudenciam / prouerbiis iiii ducam te per semitas equitatis quas cum in-
gressus fueris non artabuntur gressus tui / Item non per pedes significantur

gressus et per vestigia que relinquuntur ex pedibus qui signa sunt operum exterior
que delinquuntur ab homine iusto pro exemplo et imitatione aliorum et que secuntur
interiores affectiones Augustinus per latum dilationis est exhibitio operis. Q[u]o(d) qui ulterius
e latitudo sapientie et cognitionis iii Reg. iiii dedit dominus salomoni latitudinem
cordis sicut arena / divini amoris et caritatis ps. omnis consumationis vidi finem
latum mandatum tuum / sicut dilationis et provectatis ii Cor. vi os nostrum patet ad
vos cor dilatatum / devote orationis ps. in tribulatione invocavi dominum et ex
audivit in latitudine dominus / bone operationis deut. xxxiii benedictus in latitudine
/ presentis tribulationis ps. cum invocarem exaudivit me deus iustitie mee in tribulatione
dilatasti mihi / remunerationis exo. iii cum omnibus hominibus qui sit secundo latitudo et prosperitas
acquisitionibus ysa. liiii dilata locum tentorii tui. Persequar inimicos meos
et comprehendam illos et non convertar donec deficiant. Ad literam quia
non poterunt effugere manum meam / et non convertar ab eorum persecutione. Aliter
sic sicut ostendit virtute sibi data uel suis ad debellationem adversariorum / et
ps. secundum Aug. et glo. Ecclesia et quilibet fidelis habitus nitimur ad pugnandum de
quibus supra scilicet qui pone pedes pastoros sicut cervorum et qui protectione salutis et pro
mittit se fortiter pugnaturum dicens / persequar inimicos meos scilicet demones
et carnales affectus secundum glo. et Matth. x inimici hominis domestici eius
Eccl. xxviii si persecutor anime tue concupiscas eius faciet te in gaudium inimicis
tuis / hos inimicos persequar destruendo et discutiendo. ps. Machab. iiii pro
pter cum iudas inimicos persequitur eos / et comprehendam illos et ligabo capiendo
et destruendo ne me ad malum consensum pertrahant / ps. xxx persequar
circumcisos hos et comprehendam / et non convertar ab hac intentione et non cessa
bo eis non acquiescam / donec deficiant non amplius in rebellando / defici
unt totaliter non possunt quandiu vivimus in mundo / ideo persequendi sunt dum homo
vivit. Job militia est vita hominis super terram. Secunda quilibet fidelis habens
in auxilium scutum protectionis salutis promittit se fortiter pugnaturum dicens persequar
inimicos meos scilicet demones mundi et carnales affectus secundum glo. ipsos destruendo
et discutiendo / et comprehendam illos et ligabo capiendo et destruendo ne me
ad malum consensum pertrahant / et non convertar et non cessabo ab hac intentione
mea nec eis acquiescam / donec deficiant desiliantur in temptando et peniteat
me amplius non temptent. Confringam illos nec poterunt stare cadent
subtus pedes meos. Ad literam quia contigit in filiis amon quos capta
civitate regia trucidavit et insuper fecit super eos ferrata carpenta misduces
eos in typo laterum ii Reg. xii. Aliter licet sic hoc ostendit se inimicos persecuturum usque
ad consumationem ipsorum et dicit confringam illos scilicet inimicos meos corporis affectus
carnalium et potentiam demonis debilitando et frangendo. Eze. xxx brachium
pharaonis regis egipti confregi / nec poterunt stare durando et resistendo
ps. / expulsi sunt nec potuerunt stare. Josue x nullus ex eis potuit resistere et
cadent sub tuis pedes meos et affectionibus meis spiritualibus subiacent et
substituantur affectus carnales et ratione subiacent carnis iudicii et malis spiritus.
i Corinth. ix castigo corpus meum et in servitutem redigo. Josue x po
nite pedes vestros super colla eorum regum istorum et quibus sensuum et affec
tionum carnalium motus conterite. Et precinxisti me virtute ad bellum
et supplantasti insurgentes in me subtus me. Ad literam cum

Goliam gentem / et cum alios philisteos quos diuina uirtute fregit et
debellauit / et supplantasti insurgentes in me subtus me / scilicet philis-
teos et alios infideles populos quos dauid redegit sub tributo ij Reg viij
Aliter sic christus seu secundum glo etiam uel quilibet fidelis ostendit quod deus dedit
sibi uirtute in bello ad subiciendum inimicos interiores et exteriores dicens christus uel
etiam precinxisti me restringendo desidia carnis mee et amouendo
omnes superfluitates rerum temporalium me impedientium uirtute / fortitudinis que con-
sistit in aggressione terribilium et repressione difficilium et humilitate contra superbia /
ad bellum id est ad debellacionem hostium siue exteriorum siue interiorum uirtute re-
sistendi tribuendo primo machab iij accingimini et estote fortes in bello etc
insurgentes in me id est contra me hostes exteriores et interiores / supplantasti sub-
tus me id est sub plantis pedum meorum deiecisti et finaliter affectum cordis
mei uictoriam dedisti eos mihi subiciendo Nota quod iste uersus in hoc premo-
bis posuit quod oportet bis precingi in principio cum quis aggreditur tribulaciones pro deo
sustinendas / et in fine ne maneat de uictoria resistencie glorietur et super-
biat Augustinus valde timendum est uicium quod de uictoria surgit uiciorum Et
inimicos meos dedisti mihi dorsum / et odientes me disperdidisti / Et inimicos
inimicos meos scilicet dorsum conuertendo eos in fugam coram me et odientes me
dispersisti scilicet saulem absolon Sibam filium bochri cum adherentibus eis Ali-
ter sic christus ostendit quod omnes fuerunt sodomi et nolentes cum disperdidit
et dicit christus uel etiam / et inimicos meos id est persecutores meos exteriores dedi-
sti mihi dorsum conuertendo eos in fugam Mathei tunc relinquunt eum discipuli
uel inimicos meos corporales dedisti mihi dorsum id est a dorso ut quasi me se-
quantur ysaie lx venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te / Interiores
uero inimicos scilicet carnales affectus et peccata ut tamen mihi contra a facie isto resistant
~~res uero inimi scilicet carnales affectus et peccata ut tamen mihi~~ aut dominentur secundum id ysaie
xxxviij proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea Et odientes me id est in odio
permanentes non quidem uolentes disperdidisti id est diuersis de perdidisti scilicet perdicione
temporali et eterna Ier xvij duplici contricione contere eos Deuteronomii xxviij dabit
dominus inimicos tuos qui consurgunt aduersum te corruentes in conspectu tuo per unam
uiam uenient et per septem fugient a facie tua Clamauerunt nec erat qui
saluos faceret ad dominum nec exaudiuit eos Ad literam erat nec erat qui sal-
uaret eos deficiente eis auxilio humano ad dominum scilicet clamauerunt nec exau-
diuit eos quod erant indigni auxilio diuino Aliter sic christus ostendit impotenciam aduer-
sariorum in resistendo propter defectum adiutorij humani et diuini / ad literam tamen
fuit pena inflicta iudeis propter passionem christi / et dicit odientes me disperdidisti
et ipsi clamauerunt ad homines uel ad deos alios quos coluerunt petentes ad-
iutorium / nec erat ex dijs suis uel ex hominibus qui saluos faceret / quia
nullus saluare potest preter deum ysaie lxiij ego sum dominus et absque me non est
saluator Actuum iiij non est aliud nomen sub celo in quo oporteat nos saluos
fieri iij Reg xviij clamabant et incidebant se lanceolis etc et non erat et cum
non inuenirent auxilium humanum et deorum suorum / clamauerunt ad dominum / naturale
est in necessitatibus deficiente humano auxilio inuocare dominum deum / nec exaudiuit
eos id est non iudicauit eos dignos exaudicione / secundum glo ysaie primo / cum multipli-

Deuteronomii xxviij

laudis oronem vestram non exaudiam vos ita quod manus vestre plene sunt sanguine
Non multiplex clamor quidam contricionis ps a finibus terre ad te clamavi dum
anxiaretur cor meum / confessionis Job xxx sine furore consurgens in turba
clamabam / affectionis Exod xiiii quid clamas ad me / oracionis ps auribus percipe o
racionem intellige clamorem / laudis / ysa vi clamabat alter ad alterum / gratiarum actionis
ps exultabit lingua mea / predicacionis ysa lviii clama ne cesses / devocionis
ps clamavi in toto corde / passionis Hebr v cum clamore valido etc Et
comminuam eos ut pulverem ante faciem venti ut lutum platearum delebo eos
ad literam tamquam destitutos ab omni auxilio humano et divino. Allegorice sic quia
ostendit victoriam sibi datam ad destruendum totaliter inimicos / et dicit comminuam eos
id est ad minimum et ad vilem statum redigam / ut pulverem ante faciem venti eos
abiciendo et totius boni stabilitate subtrahendo Moraliter quod aridi sunt sine ym
bre inmundi dei Isa xlix dispergam eos in omnem ventum / ysa xvii rapientur
sicut pulvis montium a facie venti. Etiam ut lutum platearum delebo eos Moraliter
scilicet luxuriantes et lubricos per latas vias que ducunt ad mortem / delebo
eos in omnibus peccati voluptates eadem permittendo et cetera a memoria mea a libro vite
delendo Sap xv luto vilior vita eius / ex quibus verbis ostenditur dispersio et vi
lificacio iudeorum quod dispersi sunt in omnes gentes tamquam lutum / hostes etiam interiores
scilicet affectus carnales comminuuntur per contricionem delentur ut lutum per confessionem
Omnia inimicos meos comminuam et humiliabo et ad minimum et ad vilem
statum redigam et diminuam eos ut pulverem ante faciem venti eos abiciendo
et totius boni stabilitate subtrahendo / vel diminuam eos ut pulverem ante faciem
venti ut qualibet temptacione venti id est superbie vel mali spiritus inimici quod sunt
aridi sine ymbre inmundi dei sic pulvis qui cuiuslibet venti flatu rapitur
etiam luxuriantes et lubricos ut lutum platearum delebo a memoria mea et
de libro vite / vel sic inimicos meos interiores scilicet affectus carnales comminuam
per contricionem et delebo per veram confessionem / hoc pertinet tunc ad quemlibet fidelem
verum Eripies me de contradictionibus populi constitues me in caput gen
tium ad literam loquitur david eripies me id est eripuisti de contradictionibus po
puli qui sub absalon et sub Siba filio Bocri populus israel rebellavit contra
dixit mihi / constitues me id est constituisti in caput gentium quas mihi stabilite
regni / Allegorice loquitur sic hic christus ostendit virtutem sibi datam in regimine et principa
tum subditorum et post omnia a quibus aufertur regnum / et dicit ita fiet quod inimici
mei ut lutum delebuntur / sed tu deus pater eripies me de contradictionibus populi
id est iudeorum in contradicentium Moraliter quod dicebat si dimittimus eum sic totus
mundus ibit post eum Jo xi Hebr xii Recogitate eum qui talem sustinuit adversus
semetipsum a peccatoribus contradictionem / quod contradixerunt ei in doctrina vite Jo ix
maledixerunt ergo nato dicentes tu discipulus eius sis Math / Recordati sumus quia
seductor ille dixit et cetera contradixerunt operibus divinis Math xii In belzebub
principe demoniorum et cetera contra eius potestatem Jo xix non habemus regem nisi cesarem / appellantur
autem iudei populus quod erant multitudo hominum sub una lege vivencium dei /
constitues me id est statues immobilem / in caput gentium id est ut sim caput et
rector gentium ad me conversarum Ephes post ipsum dedit caput super omnem ecclesiam
que est corpus ipsius Populus quem non cognovi servivit mihi in auditu auris
obedivit mihi / ad literam quod dominus david extendebat se etiam ad a
lias gentes in circuitu que erant ydolatre ut philistei amonite et cetera

ideo subdit populus quem non cognovi notitia approbationis propter eorum ydo-
latriam servivit mihi obediendo et tributum reddendo et quia non solum obedi-
erunt ipsi david in persona propria sed etiam nuntiis ab eo missis ideo subdit
in auditu auris obedivit mihi. Allegorice sic Christus post commendationem susceptionis
populi in cultum fidei et inobedientia mandatorum et dicit constituisti me in caput
gentium quia populus quem non cognovi id est ad quem me habui ac si non cogno-
scerem eum quia ipsum corporali presentia non visitavi nec per prophetas nec per legem
docui nec in signo miraculorum ante ea terrui sed gloria et augmentum (Math xv non
sum missus nisi ad oves que perierant etc.) servivit mihi id est credidit in me quia
quicumque vere credit fide caritate informata ille ei servit servitute magis in servitute — latrie
latrie adorando et colendo (Math iiij dominum deum tuum adorabis etc.) in au-
ditu auris obedivit mihi id est statim ut audivit predicantes eum prompte suscepit im-
plendo (Ro x) Inventus sum non querentibus me palam apparui hiis qui me
non interrogabant. (Ysa lv) Ecce gentes quas nesciebas vocabis et gentes que
te non cognoverunt ad te current. Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni
inveterati sunt et claudicaverunt a semitis suis. Ad literam quia iste gen-
tes recesserunt ab obedientia regni david tempore roboam nepotis sui et alieni fuerunt
regnum, ideo subdit filii alieni mentiti sunt mihi quia promiserant ei fidelitatem et
successoribus suis. Filii alieni inveterati sunt licet enim in principio bene obedierunt
tamen tempore succedente ab obedientia declinaverunt ideo sequitur et claudicaverunt a semitis suis.
In hebreo habetur et timebunt in clausuris suis et in translatione jeronimi meta-
hebree habetur et contrahentur in angustiis suis quia gentes rebellare volen-
tes recludunt se et sua in civitatibus et locis munitis timentes invadi
ab illis contra quos rebellant. Iterum rebellionem david in spiritu previdit.
(Allegorice) sic Christus post vituperationem iudeorum populum repellentium et post principaliter
propter defectum veritatis fidei et rectitudinis et dicit populus gentium mihi obedivit,
sed filii id est iudei a me prius enutriti (Ysa primo filios enutrivi) alieni
scilicet mihi a me effecti vel filii diaboli effecti (Jo viij vos ex patre diabolo
estis) mentiti sunt mihi falsa crimina imponentes (Math xxvi principes sa-
cerdotum querebant falsum testimonium etc.) filii alieni a me quos prius enutrivi
sed postea per peccata alienati et filii diaboli facti et repetit idem ad ag-
gravationem criminis inveterati sunt in peccatis suis antiquis et prius moribus
perseverantes quos innovare venit dicit Christus (Baruch iij) quid est israel in terra
inimicorum es inveterasti in terra aliena et claudicaverunt a semitis suis. (Glosa)
a semitis suis etiam in veteri testamento sunt claudi sequentes potius suas
traditiones quam dei nec novas semitas evangelii credendo nec antiquas
veteris testamenti recte ambulando quia dimiserunt mandata dei propter
traditiones suas (Math xxv) (Glosa super xviij) unde claudicantes in duas partes
(Regum xxxviij) Jacob claudicat per luctam cum angelo sic luctantes
cum Christo iudei in eius passione claudi facti sunt quia in novitate vite non am-
bulant et claudicant in novo testamento sicut claudicant in veteri testamento
quia duplex est pes scilicet litere et pes spiritus, nam iudei claudicant quia omnia
ad literam intelligere volunt. (Etiam) quibus premitur dicitur filius alienus id est alie-
natus a deo et a fide (Joh primo) dedit eis potestatem filios dei fieri hiis qui

crediunt etc. / sed filii alieni sunt qui recedunt vel opere non implent / hii mentiti sunt quod promiserant in baptismo se fore filios dei et re-
nunciare sathane etc. modo se fecerunt filios dyaboli / hii inveterati sunt
per peccatum consuetudinem que inducit hominem et claudicaverunt etc. quod voluit
gaudere cum mundo et regnare cum Christo / Math. vi nemo potest duobus dominis servire.
Omnia predicta prophetice obediunt mihi sed filii id est iudei a me per eius enutriti / nunc
alieni sunt a me et filii dyaboli effecti / mentiti sunt mihi / ista omnia in impo-
nentes / et repetit idem ad aggravacionem criminis filii alieni a me quidem post
enutriti et in fide mea baptisati / sed postea per peccata alienati / et fidem
operibus non implentes filii dyaboli effecti inveterati sunt in peccatis suis antiquis
et pravis moribus perseverantes / quos renovare venit dicit Christus / et claudicaverunt
a semitis suis sequentes potius tradiciones suas quam mandata dei nec novas
semitas evangelii incedendo / nec antiquas veteris testamenti recte am-
bulando / vel claudicaverunt a semitis suis quod voluit gaudere cum mundo et re-
gnare cum Christo. Vivit dominus et benedictus deus meus / et exaltetur deus sa-
lutis mee. Ad literam hic post huius primi intenta conclusio perget
magnificando nomen domini pro beneficiis predictis / cum dicit vivit dominus quod est vita
per essenciam et omnia vivunt in eo / Ioh. primo quod factum est scilicet omnis creatura
in ipso vita erat / quod creatura ut est in deo est ipsa creaturarum esse quod est illud
quod intelligere dicimus intelligere autem est supremus gradus vite / et quod intelligere
divinum est optimum / eo quod unico actu intelligit perfecte se / et omnia alia extra
mere / deus vivit vita nobilissima sempiterna et optima / et benedictus deus meus
ex beneficiis michi collatis / et exaltetur deus salutis mee in creaturis scilicet propriis
laudationibus. Aliter legitur sic hic tercia pro beneficiis deum laudat / 2o beneficia
dei recitat ibi deus qui das etc. et primo laudat potenciam dei et sapienciam
et clemenciam dei / quod predicta facit / vivit dominus scilicet in se eternaliter Eze. xviii vi-
vo ego dicit dominus / et vivificat omnia potenter / Act. xvii In quo vivimus
movemur et sumus / hoc autem refertur ad potenciam / quod vivere est actus potestatis
et dominus pro ambobus est non potestas / et benedictus sit ab omni creatura / deus meus
quod ipse implet omnem animam benedictione / et deus a teaste quod est considerare quod per
suam sapienciam videt id est cognoscit perfecte omnia / Eccl. xxiiii domino deo antequam
crearentur omnia sunt cognita / et exaltetur deus salutis mee id est extollatur in cor-
dibus et a cordibus credencium hominum qui me sua bonitate salvat a malis
et liberat a periculis / Ysa. xliii ego dominus et non est absque me salvator
Ipse enim dat graciam per quam salvamur in presenti et gloriam in futuro.
Omnia vivit dominus in se eternaliter et vivificans omnia potenter / et benedictus
sit ab omni creatura deus meus quod per sua sapienciam cognoscit perfecte omnia
et exaltetur id est extollatur in cordibus et a cordibus credencium hominum deus
salutis mee id est qui me sua bonitate salvat a malis et liberat a periculis
dans graciam in presenti et gloriam in futuro. Deus qui das vindictas
mihi et subdis populos sub me / liberator meus de inimicis meis ira-
cundis / Ad literam post summa usque ibi propterea confitebor tibi / Aliter legitur sic.

hic recitat beneficia prestita de preterito et petenda de futuro ibi ab insur:
gentibus dicit vindicta deus quia tu solus et nullus alius das vindictas
michi me de malis michi illatis et de malis adversantibus resistendo
deut xxxii mea est ultio dicit dominus ysa xlvii in vindictam et ego re:
tribuam etc et subdis populos sub me michi ad me convertendo et michi
subiciendo ps pone me in capite constitui te super gentes et regna dan vii omnes
populi tribus et lingue servient ei. liberator meus de inimicis meis ira:
cundis scilicet a demonibus et a malis hominibus valde in persecutione mea fu-
rentibus. ps lo ordi maior est pena a furentibus meis liberavit act vii
stridebant dentibus in eum ps lo vindicat deus scilicet de adversariis
multis modis eos aliquando ad penitentiam convertendo que penitentia ii cor vii
secundum deum est tristitia penitentiam in salutem stabilem operatur et sequitur hic timo-
rem hic desiderium hic vindictam hic emulationem etc hic deum tristitia
eos scilicet peccata et virtutibus torpendo deut xxxii vindictam reddam hostibus
et propitius erit terre populi sui peccati malignorum spiritum exponendo ecc xxxix
sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt. eos per principes aliquando puniendo
i pet ii ad vindictam malorum. eos in posteris exterminando exo
xx ego sum dominus deus tuus fortis zelotes vindicans iniquitatem patrum
in filios in terciam et quartam generationem eorum qui oderunt me. eos in
gehennam eternaliter cruciando ecc vii humilia valde spiritum tuum quia vin-
dicta carnis impii ignis et vermis. eos in iudicio vehementer
increpando et confundendo. ps ad faciendam vindictam in nationibus eorum penis
electos solaciando ps letabitur iustus cum viderit vindictam. Et ab in-
surgentibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me. Ad
literam sententia patet alia littera sic hic recitat beneficia petenda et dicit liberasti
me de inimicis meis iracundis et etiam in futuro ab insurgentibus in me
et contra me impiis exaltabis me altiorem me eis ne nocere valeat
constituendo ps qui exaltas me de portis mortis ps lo quanto aliquis
inimicus insurgit in ira tanto amplius exaltatur ille qui pertulit iniuste
persecutiones ab eisdem greg mala que nos hic premunt ...
ad celestia levant. exaltabis me iuxta te locando Job xvii libera me
et pone me iuxta te. a viro iniquo et a malo homine vel dyabolo eripies me
tempore condempnando. Summa litteralis sic ... liberasti me domine ab inimicis
meis iracundis et adhuc in futuro ab insurgentibus in me et contra me impiis
exaltabis me altiorem me eis constituendo et iuxta te locando ne michi
valeat nocere a viro iniquo et a malo homine vel a dyabolo eripies me
tempore condempnando Propterea confitebor tibi in nationibus domine et nomini
tuo psalmum dicam. Ad literam confitebor tibi confessione laudis in natio-
nibus quia psalmi isti a david dictati sunt ad omnes nationes in christo credentes
Alia littera sic hic subdit tum laudes scilicet magnificentiam / hic affirmat se
se laudaturum vere laudis et quis et dicit propterea et propter beneficia que
supradicta sunt. confitebor tibi et laudabo te scilicet vere laudis. in nationibus

omnibus sequentibus et in gentibus lit. vel confitebor tibi domine rex et collaudabo te
in nationibus i. in congregatione iustorum ad maiorem laudem. ps confitebor tibi
in ecclesia magna. vel in nationibus ut ipsi me laudantem considerantes te similiter
laudent. vel in nationibus i. inter gentes que adhuc sunt in peccato in quo nate
sunt. quia magis est laudare deum inter iniquos quam inter amicos et fideles. ps
docebo iniquos vias tuas. et nomini tuo i. ad honorem tuum. psalmum
dicam vocis laudem operis coniungendo. quia dicere ad confessionem pertinet. psallere
ad operationem et congrue coniungitur. Hom. Sed loquitur autem predictus cum voce ope-
ris adiuncta. Domine propterea i. propter beneficia predicta confitebor tibi i. lauda-
bo te voce laudis in nationibus i. in congregatione iustorum ad maiorem laudem
ut ipsi te similiter laudent. vel in nationibus i. inter gentes que adhuc sunt in peccato
in quo nate sunt. et nomini tuo i. ad honorem tuum psalmum dicam laudem
operis voci coniungendo. Magnificans salutes regis eius. et faciens misericordiam
christo suo david et semini eius usque in seculum. Ad literam magnificans
salutes regis eius i. salutes meas qui sum rex ab eo institutus. et
faciens misericordiam christo suo david i. in uncto in regem de eius mandato per
samuelem primo regum xvi. et semini eius usque in seculum. quia deus dedit regnum
ipsi david pro se et pro suis successoribus 2 regum v. Alia litera sic. Hic subdit
causam laudis propter magnificentiam potestatis et pietatis eius. et dicit ecclesia
exaltatur deus pater in cordibus fidelium. magnificans i. magnas faciens et osten-
dens. salutes regis eius i. christi qui est rex ab eo super ecclesiam constitutus.
ps Ego autem constitutus sum ab eo rex etc. salutes quas dat et datu-
rus est suis credentibus eos salvando. Et dicit salutes pluraliter quia triplex est
salus. prima corporalis. ps homines et iumenta salvabis domine. 2 spiritualis. ps
dic anime mee salus tua ego sum. Tertia celestis. ps Ostende nobis domine faciem
tuam et salvi erimus. Vel salutes eius i. christi quia deus pater ipsum salvat
et immunem facit ab omni peccato. ysa liii. qui peccatum non fecit. A dyabolo. Joh.
xiiii. venit princeps huius mundi et in me non habet quicquam. ab inimicis iudeis quos
sibi subpeditavit. ps Donec ponam inimicos etc. Item a morte vitam
reparando. Reg. qui mortem magis resurgendo etc. Et faciens misericordiam christo
i. uncto unctione gratie et nature filio suo. Math. iii. hic est filius meus
dilectus. david propter convenientiam in genere. quia filius david secundum carnem. et manu
fortis et aspectu desiderabilis sicut david. facit misericordiam a miseria mortis susci-
tando et a miseria corruptionis corpus eius conservando. ps quoniam non dere-
linques animam meam in inferno. nec dabis sanctum tuum etc. et semini eius spirituali i. populo
in eum credenti spiritu. ps voluntarie genuit nos verbo veritatis sue. usque
in seculum i. sine fine. hiis facit misericordiam eos in isto et in illo augendo et con-
servando. ysa xliiii. effundam spiritum meum super semen tuum et benedictionem
meam super stirpem tuam. Hec etiam predicta glosa exponit in persona christi de christo qui
liberatus est a persecutione populi iudeorum et eum laudat in conclusione populi.

Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum. Ad literam titulus in hebreo. ad victoriam
ps david. In translatione ps victori canticum david. et iste

ps scriptus est a dauid pro gratiarum actione de datione legis quod fuit magnum
beneficium et specialiter datum filiis israel. Ps. Qui annunciat verbum suum iacob etc.
et diuiditur in duas partes. primo ostendit magnitudinem diuine sapientie generaliter ex
excellentibus creaturis per quas deuenimus in cognitionem creatoris. 2o specialiter ex
datione legis ibi lex domini immaculata etc. Dicendum quod ad declarationem diuine sa-
pientie non est vsus creaturis spiritualibus cuiusmodi sunt angeli quia non sunt visi-
biles sed vsus est corporibus celestibus que sunt manifesta omnibus dicens
celi id est orbes planetarum enarrant gloriam dei id est patent ostendunt magnitu-
dinem sue sapientie potentie et ordinem sue sapientie et opera manuum eius
id est magnitudinem sue virtutis annunciat firmamentum in quo sunt stelle fixe
ex quibus enim creaturis excellentibus declaratur ordo diuine virtutis et sapientie
Sap. xiii a magnitudine speciei et creature poterit cognosci creator. Alia lectura sic In
presenti ps determinat de christo et ecclesie ab inimicis liberatione. Sic determinat
de eius incarnatione et apostolorum predicatione per quam fit liberatio et quod iste ps
sit intelligendus de promulgatione euangelii patet quia sic apostolus eum allegat
Ro. x fides ex auditu auditus autem per verbum dei. sed dico numquid non
audierunt quasi dicat sic. et patet hoc per textum huius psalmi In omnem terram exiuit
sonus. huius psalmi titulus est In finem ps dauid et est sensus iste ps attribuitur
dauid prophete respicienti in finem id est christum vel in tempus consummationis in gratia
sua est incarnatio christi et sic intentio psalmi est christi incarnatio Intentio nos ad eum
per fidem attendere et diuiditur in duas partes primo loquens de incarnatione laudat apostolorum
predicationem 2o commendat nouam legem ibi lex. Sic celi id est apostoli per sanctitatis emi-
nentiam Phil. iii nostra conuersatio est in celis et per contemplationem dei in eis
per suam gratiam et per reuelationem secretorum dei Joh. xv omnia que audiui a
patre meo nota feci vobis enarrant id est euidenter narrant. Ecc. [illegible]
quod si operatum est [illegible] in terris qui etc. gloriam dei id est gloriam diuinitatis christi
qui deus est. vel quia in se gloriosus est in diuinitate. Jo. primo vidimus gloriam eius
vel gloriam qua ipse filius patrem glorificauit super terram assumpta humanitate
Joh. ix gloria patris filius sapiens. Joh. xvii pater manifestaui nomen tuum
hominibus etc. et firmamentum id est senatus apostolorum per confirmationem gratie qua
die pentecostes confirmati sunt Act. ii Ps. verbo domini celi firmati sunt. annunci-
at id est clare predicat opera manuum eius id est gesta humanitatis christi et facta vir-
tutum que fecit quia apostoli predicauerunt natiuitatem christi passionem eius et mortem
et miracula verborum et factorum que operatus est in terra. Abac. iii domine opus tuum
in medio annorum notum facies. Num. xxiii tempore suo dicetur iacob quid opera-
tus est deus. Vel ad literam celi enarrant gloriam dei per stellam regem
iudeorum natum ostendendo Mat. ii firmamentum annunciat opera manuum eius
cum per hanc stellarum creatorem mirando. Tertia celi id est apostoli et alii viri
predicatores per sanctitatis eminentiam celi vocati et per inhabitantem in eis
gratiam dei et secretorum celestium reuelationem enarrant id est euidenter
narrant vel manifestant gloriam dei id est gloriam diuinitatis christi qua gloriosus
est in diuinitate vel gloriam dei patris qua filius glorificauit ipsum patrem
super terram. et firmamentum id est senatus apostolorum per gratiam qua con-

firmati sunt / annunciat i clare predicat opera manuum eius i gesta huma-
nitatis xpi sz natiuitatis passionis mortis et resurrectionis et virtutes mi-
raculorum que operatus est in terra. vel sic pt exponi moraliter de predicatoribus
qui dicuntur celi qr subtiles per intelligenciam / alti per eminenciam &c. ¶
Quomodo multiplex est celum spirituale diuina maiestas ps lxxxviij testis sunt quia te-
stimonium dat in celo. 2o angelica natura Job xxxviij quis enarrabit rationem nosti or-
celi. 3o celestis patria. apt iiij aquile primam asspiciunt regnum celorum.
4to prius ecclesia Job xxvi columpne celi contremiscunt et pauent adnu-
tum eius. 5to scriptura sacra Eccli xxiiij gyrum celi circuiui sola. 6to
virgo beata ps extendens celum sicut pellem. 7mo natura assumpta ij paralipomenon
vij tu exaudies de celo firmissimo habitaculo tuo. 8te quelibet ani-
ma sancta ysa lxvi celum michi sedes est &c. Dies diei eructat verbum et nox
nocti indicat scientiam. Ad literam dies diei / vicinior enim dierum
secundum longitudinem et breuitatem, caliditatem et frigiditatem et alias variationes
que per motum celi eueniunt et secundum certos periodos ordinate reuertuntur ostendunt
potentiam et sapientiam primi motoris sz dei. / aliter lege sic / sic dicit qr discrete
predicauerunt qr spiritualia spiritualibus et carnalibus simpliciora et dicit dies i apostoli
clari in interioribus affectionibus / et exterioribus operationibus et clari secundum
cognitionem matutinam i sapientiam de diuinis / eructat i de pleno profert /
Jo pri de plenitudine eius omnes accepimus. verbum i sapientiam diuinam / diei i au-
ditoribus claris in spiritualibus, pa corinthios 2 sapientiam loquimur inter perfectos et
nox i ipsi apostoli secundum scientiam vespertinam de humanis que est quasi claritas lumine
indicat scientiam i cognicionem de humanis factis et de humanitate xpi. nocti i au-
ditoribus carnalibus et ignaris / pa corinthios iij ego fratres non potui vobis
loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus. vel dies diei et nox nocti i seque-
ntes notificant doctrinas ewangelicas sequenti versu ad finem indicant. ¶ Moraliter dies i p-
dicator catholicus eructat verbum diuine sapientie de eternis de diuinitate / diei
i perfectis auditoribus / et nox i predicator ydiotis scientiam humanam que est quasi
nox / nocti i simplicibus / indicat scientiam sz temporalium rerum prout sunt promo-
tiue vel impeditiue salutis qr simplicibus non debet dici subtilia / sed
exempla et simpliciores doctrine / figura Ezech. cum egrediuntur sacerdotes in atrium
exterius ad populum exuent se vestibus lineis que sunt subtiles et vestient
se vestibus aliis. Vel aliter potest dici ut sic dies ad illuminandum tenebras
et ad calefaciendum frigidos. et debet esse sic nox pacientes sustinendo in-
firmitates suas tribulationes et pressuras comparando ij corinthios xij si gloriari oportet
in hijs que infirmitatis mee sunt libenter gloriabor. Ro ix optabam anathema
esse a xpo pro fratribus meis. ¶ Anima dies i apostoli et predicatores catholici claui
sunt dies in affectionibus et operationibus suis et claui secundum cognitionem matutinam
i sapientiam de diuinis eructant i de plenitudine spiritus sancti proferunt verbum i sapientiam
diuinam pariter sustinentes infirmitates tribulationes et opprobria i cognitionem diei
i auditoribus claris et perfectis in spiritualibus et nox i idem ipsi apostoli et pred-
icatores catholici de eternis et de diuinitate ... scientiam xpi et de eius huma-
nitate / que est quasi nox ... scientie diuine indicat scientiam i cognitionem de humanitate xpi

vel indicant scientiam et cognitionem bonorum spiritualium et eternorum prout sunt promotiva
vel impeditiva salutis nocti id est hominibus secularibus implicitis simplicia predica-
do et per creaturas visibiles invisibilia ostendo. Non sunt loquele neque ser-
mones quorum non audiantur voces eorum. Ad litteram quia predicta sunt omnibus
nota vel possunt esse nota. Id est subaudi non sunt loquele. Hoc est non est gens tam
diversarum linguarum quarum non audiantur voces eorum, quia omnes habitantes in terra
per predicta possunt edoceri de divina sapientia et potentia ac si docerentur per sonum vocis humane.
Allegorice sic. Hic ostendit quod ita mistice predicaverunt quod omnibus linguis et omnibus modis
possunt intelligi. Per loquelas quidem per sermones. Vel secundum glossam per loquelas private sua-
siones et per sermones private monitiones. Et dicit celi id est apostoli enarrant gloriam dei
et hoc tam mistice quod non sunt loquele id est tam diverse lingue neque sermones
id est tam diversi modi loquendi in eadem lingua. Augustinus: tres sunt modi loquendi
scilicet humile mediocre et altum. Quorum scilicet sermonum et linguarum non audi-
antur voces eorum, id est per quos sermones et per quas linguas non sunt audite vo-
ces apostolorum, quia spiritus sanctus fecit eos loqui omnibus linguis. Actuum ii. Audiebat
unusquisque lingua sua illos loquentes. Unde sicut in edificatione turris babel
lingue sunt divise, Genesis xi, sic quodammodo in die pentecostes quasi unite.
Actuum ii. Sophonie iii. Reddam populis labium electum. Prima Corinthios xiiii. Gratias ago
deo meo quod omnium vestrum lingua loquor. Unde quidam dicunt quod apostoli diver-
sis linguis loquebantur hominibus diversarum linguarum. Alii dicunt quod omnibus loquebantur
una sola lingua scilicet hebrea, et tamen a singulis lingua propria loqui credebantur.
Prima opinio est verior. Unde dicitur de sancto Bartholomeo: linguam hominum et loquitur
et intelligit. In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terre
verba eorum. Ad litteram patet summa quod pertinet nati vspu. Allegorice sic. Hic ostendit
quod late predicaverunt quia in mediis partibus terre et in extremis. Et dicit ita mi-
stice predicaverunt et ita late quod in omnem terram id est in omnes partes terre scilicet asiam affri-
cam et europam et in omnibus climatibus exivit sonus eorum id est fama pre-
dicationis apostolorum. Et si non in principio. Ysaie xii. Annunciate hoc in universa
terra. Et in fines orbis id est in cumuli terre id est in extremis angulis eius verba eorum,
eadem que dixerunt secundum glossam, vel et si non eorum. Canticum ultimum. Alii autem perfecti pre-
dicaverunt ubique. Ysaie xxiiii. A finibus terre laudes audivimus gloriam. In
sole posuit tabernaculum suum et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo
suo. Ad litteram. In hebreo et in translatione. Soli inter hebreos habetur sic: Soli po-
suit tabernaculum in eis. Et est sensus istius precedentis et expositum sic quod sol positus
in medio planetarum quia habet tres super se scilicet martem iovem et saturnum et tres
infra se venerem mercurium et lunam. Et est in orbibus planetarum qui dicuntur
celi hoc habitaculum. Et fit hic specialis mentio de sole magis quam de aliis stellis
quia propter ipsum et eius effectus magis innotescit hominibus ordo divine sapientie. Et
ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo, quia in ortu suo egreditur de emi-
sperio nobis occulto ornatus suis radiis sicut sponsus egreditur de talamo
sponsis ornamentis. Allegorice sic. Cuius commendavit predicatorem apostolorum,
hic commendat eam ex parte rei predicate. Et post ostenditur contemptus et maior

gnacom / 2o eius i modo laboriosam gubsacom exultat etc / et dicit sic Dic pre-
dicaverit apli et qui pdicaverunt de hoc · qr in sole posuit tabernaculum in sole
i in tempore mutabiliter qua facit sol na et glo / sol lucet et tempus muta-
bilitatem facit posuit filius dei · tabernaculum suum i corpus assumptum de quo ps
bersitat tabs suum altius i quo venit impugnare mundum / vel in sole i i ma-
nifesto qr qui invisibilis erat · factus est visibilis oculis hominum Baruch iii post
hec in terris visus est et cum hominibus gubsatus · vel i sole i in ardore tribulacom
Luc po exortus est sol cum ardore · al in sole i in evidenti posuit tabernaculum in
sue ecclesie sic lucernam sup candelabrum et civitatem sup montem excelsum Mat v
vel in sole i in beata virgine matre sua · qr sic sol fert sup luna sic ipsa
sup tpalia Apoc xii apparuit signum magnum i celo / mulier amicta sole
i maria omnes pfectates solis · et luna sub pedibus eius i defectus et res tpa-
les sub pedibus eius et sic sol non deficit · sic tempore passionis X non defecit
fides i sola virgine maria / posuit Xc filius dei i corpore tabernaculum
suum i corpus formatum de puris sanguine virginis i quo tabernaculo venit
impugnare mundum / et ipse tamquam sponsus s ecclie copulatus 2 corinthi xi
despondi vos uni viro · procedens i nativitate · de talamo suo i de virginis
utero i quo nuptie celebrate sunt · qn na humana juncta est dei filio
deut xxxiii amantissimus dei habitabit confidenter in eo quasi in thalamo toto die
moratur Summa celi i apli annunciaverunt opera dei qr filius dei tabernaculum suum
i corpus de virgine assumptum posuit i sole i in tempore mutabilitate et i mani-
festo qr invisibilis factus est visibilis · et i ardore tribulacom qr multas tribulacones
passus est et ipse tamquam sponsus ecclie copulatus procedens in nativitate de thalamo
suo i de virginis utero i quo nuptie celebrate sunt qn dei filius assumpsit
humanam naturam Exultavit ut gigas ad currendam viam · a summo celo egressio eius
Ad lrary Exultavit etc i ad agendum cursum suum velocem ut iii Esdre iiii
velox cursus sol currit i gyro celum i locum suum i una die qr uno die
naturali circuit totum celum qd est ita magnum qr terra non est nisi quasi punctus respectu eius
ex quo apparet primi motoris virtus a summo i ab oriente qd est ps prin-
cipalior celi egressio eius usque in occidentem Talis lex sic circuit ondit X
i modo laboriosa gubsacom et dicit exultavit qr labores huius mundi voluntarie
non invitus suscepit ps xii non gestabit iustum quicquid ei acciderit Ysa
eduxit populum suum i exultacoe · ut gigas · s fortis et infatigabilis Sap
viii attingit a fine usque ad finem fortiter etc ad currendum viam huius mundi
non ad diu commorandum i hoc mundo · sed celeriter transeundum Je xiiii quare quasi co-
lonus futurus es i terra et quasi viator declinans ad manendum · ps Omne mundi
cucurri et direxi / vel viam passionis sue que fuit via ad regnum / A summo
celo etc quantum via currit non ideo dicit a summo qr pater sit celsior filio
sed propter equalem potentiam et dominium A summo celo i ab occulto et invisibili
secreto patris equaliter de quo Ysa xiiii In celum conscendam / egressio
eius gld / non tpalis sed eterna generacio qua de patre natus est qui i tempore factus
est vel egressio eius i adventus eius in mundum Joh xvi Exivi a patre meo
et veni etc Summa Xc exultavit i labores huius mundi voluntarie suscepit

ut gigas fortis et infatigabilis ad currendum viam vel celeriter pertranseundum non ad
habitandum diu in hac modo, vel viam passionis sue que fuit via ad regnum
celeste a summo celo id est ab occulto et invisibili secreto patris equaliter egre-
ssio eius non temporalis sed eterna generatio qua de patre natus est quasi in hoc sensu
est. vel egressio eius id est adventus eius in mundum. Secunda vero comparatur soli primo
propter singularem claritatem. unus sol dicitur quia solus lucens Jo. ix. non erat ille lux.
2o propter lune et ethere illustrationem Eccli. l. quasi luna plena in diebus suis lucet.
Tertio propter mundi illuminationem Jo. viij. ego sum lux mundi. Quarto propter calorem ad
inferiora diffusionem Eccli. xliij sol triplicite exurens montes. Quinto propter pla-
netarum et omnium causalem productionem Jo. xv. Sine me nichil potestis facere.
Sexto propter celi ornatum et decorem Eccli. xliij species celi in visione glorie
sol in aspectu. Septimo propter nebularum vel errorum et vitiorum depulsionem Sap. ij. no
sicut nebula dissolvetur que fugata est a radiis solis. Octavo propter oculorum
spiritualium delectationem Eccle. xi. dulce lumen et delectabile oculis. Nono propter hum(i)dorum
vel carnalium affectionum desiccationem Jaco. primo exortus est sol. Et occasus eius
usque ad summum eius nec est qui se abscondat a calore eius. Ad licet et occasus
eius scilicet de nocte usque ad summum eius revertendo in oriente Eccle. primo oritur sol
et occidit et ad locum suum revertitur. nec est qui se abscondat a calore eius. quia de die
causat calorem in emisperio nostro et de nocte in emisperio opposito. Glosa vel licet sic
hic ostenditur Christi ascensio et dicitur et occasus eius id est reditus ipsius Christi ad patrem in ascen-
sione usque ad celum vel celi et usque ad equalitatem patris Jo. xvi. Itero relinquo mundum
et vado ad patrem. Marc. ult. Sedet a dextris dei. Hebr. primo. Sedet ad dexteram
maiestatis in excelsis. nec est qui se abscondat a calore eius id est a spiritu sancto quem misit
apostolis in specie ignis. Act. ij. a quo nemo absconditur. potest quasi ab eo videatur et ar-
guatur Jo. xvi. Ille arguet mundum de peccato secundum glosam quia fecit de iustitia quam non
fecit de iudicio quia non timuit. Lex domini inmaculata convertens animas testi-
monium domini fidele sapientiam prestans parvulis. Jud. ad litteram hic ostenditur ordo divine
sapientie spiritualis ex legis datione que disponebat ad Christum dei sapientiam et virtutem.
Gal. iij. lex pedagogus noster fuit in Christo. et primo describitur legis date conditio. et dicit
lex domini quia deus dedit eam in monte Synay inmaculata quia non concedit aliquod
malum tamquam licitum licet permittat aliquod minus malum ad maius evitandum
ut dicitur est. primo prenti convertens animas ad cultum deum et loquitur hic de quinque libris
Moysi qui proprie dicuntur lex apud Hebreos. testimonium domini fidele quantum ad li-
bros prophetales quorum dicta fidelis impleverunt. sapientiam prestans parvulis quantum
ad libros veteris testamenti qui dicuntur agiographa inter quos continentur libri
sapientiales ad eruditionem parvulorum. Prov. primo parabole Salomonis ibi dicitur ut detur
parvulis astutia et adolescenti scientia et intellectus. Alia littera sic hic est secunda pars.
parvulis. primo id est quia commendat legem quia apostolis predicando docebat et primo legem
veterem 2o novam ibi preceptum domini. Et dicit sic non est qui se abscondat a calore eius
quia lex domini scilicet spiritus sancti id est lex Moysi que scripta fuit digito dei hoc est opere
spiritus sancti Exo. xxx. inmaculata est sine macula atque culpe quia non suadet
peccare sed vetat nec permittit sine pena infligenda Levi. vij. lex sancta man-
datum sanctum et licet inmaculata secundum textum per comparationem ad leges humanas que permittunt
aliqua illicita ea non puniendo sicut usuras et meretrices. Convertens animas

r a peccatis reuocans et ad xpm mittens sua seuerit Hebr. x. Irritam quis
faciens legem moysi sine ulla miseratione duobus uel tribus testibus moritur et
ipsa lex est testimonium dni quam multipliciter manuum testificatus est dominus fidele i
fidedignum et credibile. pa. ad thi. po. fidelis sermo. ps. testimonia tua credi
bilia facta sunt nimis. ps. que procedunt de labiis meis non faciam irrita et
est sapientiam i cognitionem de diuinis prestans paruulis i humilibus non superbis. prov.
xi. ubi humilitas ibi sapientia. mat. xi. confitebor tibi pater quia abscondisti hec a prudentibus
et reuelasti paruulis. Nota lex dni cognitionem illuminat ad cognitionem dei. prov. vi.
mandatum lucerna est et lex lux. 2o inflammat ad ardorem dei. deut. penult.
in dextera eius ignea lex dilexit populos. 3o re… a peccato ut hic conuertens
… a peccando. ps. lex dei in corde eius et non sub … imperat …
sub. ne dimittas legem meam ut addatur gratia capiti tuo. confert uitam
baruch iiij. hic liber mandatorum et lex dei que est in eternum omnis qui
tenet eam perueniet ad uitam. requirit pater. ij. mach. x. ad … tor
rem. perducit ad beatitudinem. Iac. j. qui autem perspexerit in lege etc.

Iustitie domini recte letificantes corda preceptum dni lucidum illuminans oculos
ad litteram hic redit ad describendum magis in speciali conditionem legis mosaice
in qua erant tria preceptorum genera. s. cerimonialia precepta que in ueteri lege
iustificatores dicuntur. et quantum ad hoc dicit iustitie dni recte quia ad cultum diuinum
erant instituta. letificantes corda quia leuite cantabant in sacrificiorum oblatione
alia erant precepta moralia ut que precipua sunt precepta decalogi. et
quantum ad hoc dicit preceptum dni lucidum quia precepta decalogi sunt quasi quedam
conclusiones immediate elicite a lumine naturali ut dicunt sancti. Exo. xx. vel sunt lucide et
clare. aliter lege sic. hic commendat legem propter eius rectitudinem. et dicit iustitie dni
i. lex que iustificat et precipit puniens mala. dni non hominis. Isa. lxiiij.
omnes iustitie nostre sunt sic pannus menstruate. menstrua sunt fluxus sangui
nis … cursum … et iustitie hominum sunt … cupiditates terrenas. Rom. quia
preceptum dni iustum. Ro. vij. mandatum sanctum et iustum et bonum. quia quicquid
precipit lex dni iustum est. prov. viij. iusti sunt omnes sermones mei non est
in eis prauum quid nec peruersum. letificantes corda sua dulcedine et utilitate
prov. xv. Homo bono letificabitur. ps. letabor ego super eloquia tua etc.
Alia. exponit glossa de xpo sic lex dni i. xpc qui est lex dni quia legis
impletor quia legem impleuit. mat. v. immaculata tamquam peccati expers. pa. pe. qui
peccatum non fecit etc. conuertens animas per caritatem et amorem non minu
endo terrorem. mat. xi. uenite ad me omnes etc. et est testimonium dni fidele
suo testimonio fideliter patrem notificando. Io. xiiij. nemo uenit ad patrem nisi
per me. sapientiam prestans paruulis super sectorum dominorum … humilibus et
simplicibus reuelatorum. mat. xi. confiteor tibi pater etc. Iustitie dni in illo
sunt recte … quia dicit impletorem … cepit ihc facere et docere. leti
ficantes corda per amorem dulcedinis non cum … per terrorem. mat. xi.
Iugum meum suaue est etc. preceptum dni lucidum. hic commendat … no
uam legem quo ad precepta et … et dicit preceptum dni i. mandatum xpi
Io. xv. hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem. lucidum in se sine
tenebris carnalis obseruantie quia nichil carnale precipit. Sap. vi. clara
est et que numquam marcescit sapientia. et lucidum in intelligentia ut in

telligi ab omnibus / Illuminans oculos cordis non corporis euidencia sue clari
tatis / 2 corinth iii / non sic moyses ponebat velamen super faciem suam exo xxx
iiii et probat obscuritatem veteris testamenti quod in nouo testamento ablata est
ubi reuelata veritate fugata est umbra / 2 corinth iii / et dicit oculos in plurali
quod preceptum vel de custode illuminat oculum cognicionis cordis ignoranciam et oculum amo
ris cordis concupiscenciam hos duos oculos illuminat scriptura per sapienciam et virtutem
pa corinth po predicamus xpm dei virtutem et dei sapienciam / forma iusticie et lex
que iustificat et precipit puniens mala domini non hominis recte quod preceptum domini
iusta quod quicquid precipit lex domini iustum est letificantes corda sua dulcedine
et utilitate / preceptum domini et mandatum est lucidum in se quod nichil occulte precipit
et lucidum ad intelligendum ab omnibus illuminans oculos cordis euidencia sue cla
ritatis oculum cognicionis cordis ignoranciam et oculum amoris cordis concupiscenciam

Timor domini sanctus permanet in seculum seculi iudicia domini vera iustificata
in semetipsa / ad literam quod populus audiens vocem domini dantis precepta decalogi
fuit valde perterritus exo xx ideo timoris debet esse medicina perpetua lo
quendo permanet in seculum seculi / alia precepta fuerunt iudicialia et quantum ad hec
dicit iudicia domini vera iustificata esse quod continet manifestam iusticiam sicut apparet de
lege talionis et de multis aliis exo xxi / alle le sic / hic commendat nouam
legem quo ad primam / et dicit timor domini qui nascitur ex primis premissis
ne perdantur vel penis cruciatur ne mergantur / est sanctus et sanctificans / timor non
timor domini expulit petrum / timor domini non timor naturalis quo homo naturaliter timet
pro persona sua sicut xpc marce xiiii cepit ihesus pauere / non timor humanus quo
homo eligit peccare ne ledatur in corpore contra quod dicitur mat x nolite timere eos
qui occidunt corpus / non timor mundanus qui quis timet perdere bona mundi
et iste eligit peccare ne ledatur in possessione / luc x nolite timere pusil
lus grex / non timor seruilis qui timore pene a malo se cohibens ita
quod timet penam et non amat iusticiam / contra quem ad ro viii non enim acce
pistis spiritum seruitutis iterum in timore / non timor inicialis quo partim ex amore
partim ex formidine fiunt iustie et iste partim amat iusticiam sed partim timet
penam / de isto / pa Io iiii perfecta caritas foras mittit timorem / sed timor
domini qui est timor filialis et castus / filialis quod ad premium diligendum preomnibus
refertur / castus quod refertur ad sponsum / timor filialis quo homo timet separari
adeo / ut qui timet offendere maiestatem diuinam / nullus istorum / permanet in seculum
seculi / sed timor reuerencialis qui est dilecto dei mixta cum subiectione / iste
timor permanet in seculum seculi seu in patria / et iste vocatur timor domini / iudicia
domini / hic commendat nouam legem quo ad iudicia quod sunt vera et recta ama
bilia et utilia / et dicit iudicia domini sunt vera / quod infallibilia quod siue minantur
siue pollicentur neutrum fallit secundum glo et augustinum / iudicia xxiii non est deus ut homo
ut mentiatur / sunt aut iudicia domini flagella ad corrigendum / beneficia ad
consolandum / premia iustorum / supplicia reproborum omnia secundum merita singulorum dispo
sita et hec sunt vera quod numquam fallunt / iustificata et rectitudine iusticie plena
in semetipsa et in ipsa non / quod extrinsecus nullius auctoris vel testis egent
quia ipsius dei est summa beatitudo vel secundum aliam literam / iustificata in semetipsa
et in continuacione quod non excipit premia que dat / ysa xl verbum dei man

stabit in eternum. Honorius dicit quod in hoc loco iudicia sunt omnia mandata domini
iudicio spiritus sancti probata que sunt iustificata in semetipsa et non aliunde. iu-
dicia vero hominum ab hominibus iustificantur et tamen aliquando talia sunt quod homines de
hiis iudicantes falluntur sed divina iudicia sunt vera et in semetipsis iustifi-
cata quia deus non fallit nec fallitur sed omnia iuste iudicat. Glosa Timor
domini non timor nullius nec timor humanus nec timor mundanus nec timor servilis
sed timor domini filialis qui est dilectio dei cum subiectione sancta. Timor sanctificans peccatum
expellendo permanet in seculum seculi in presenti vita et in patria. Iudicia domini
in flagella ad corrigendum beneficia ad consolandum premia iustorum supplicia
reproborum. Iudicia i. mandata domini iudicio spiritus sancti probata vera i. quia numquam fal-
lunt iustificata in semetipsa i. per se ipsa et non aliunde vel iustificata in
semetipsa i. in eternitate vel iustificata i. rectitudine iustitie plena et in se-
metipsa quia extrinsecus nullius auctoritate vel testimonio indigent quia verbum dei vel
suprema sententia. Nota timor domini multa bona in homine facit. Primo sapientiam
inchoat. Proverbiorum primo: timor domini initium sapientie. Secundo cor delectat. Ecclesiastici primo: timor
domini delectat cor. Tercio peccata preterita expellit. Ecclesiastici primo: timor domini expellit peccatum.
Quarto a futuro peccato custodit. Proverbiorum xv: per timorem domini declinat omnis homo a
malo. Quinto temporalia bona multiplicat. Exodi i: quia timuerunt obstetrices. Sexto spiritua-
lia bona conservat. Ecclesiastici xv: qui timet deum faciet bona. Septimo negli-
gentiam pellit. Ecclesiastes vii: qui timet deum nichil negligit. Octavo securi-
tatem tribuit. Ecclesiastici xxxiiii: qui timet deum nichil trepidabit. Nono vitat
dampnationem. Proverbiorum xiiii: timor domini fons vite ut declinet etc. Decimo confert a iunia morte
salutem. Ysaie xxxiii: divitie salutis sapientia et scientia timor domini ipse thesau-
rus eius. Desiderabilia super aurum et lapidem preciosum multum et dulcio-
ra super mel et favum. Nicolaus de Lyra hic describit legis observantiam que pro-
cedit ex corde. Ideo dicit desiderabilia etc. i. sunt propter divina, super aurum etc. in
quantum spiritualia temporalibus preferuntur, et dulciora gustui mentis, super mel
et favum i. quam mel et favus gustui corporis. Hec ille dicta. Alexander legis sic
hic ostendit quod iudicia seu mandata domini sunt amabilia super omnes divitias
et delicias huius mundi et dicit iudicia seu mandata domini sunt multum
desiderabilia super aurum i. super omnem temporalem habundantiam seu temporales divitias
et super lapidem preciosum i. super omnes honores vel secularem potentiam, ita quod
iudicia domini maxime debent desiderari magis quam omnia prospera mundi sive
sint divitie que per aurum significantur sive sint honores vel potentie que per
lapidem preciosum significantur. Sapientie vii: divitias nichil esse duxi in comparatione eius
nec comparavi illi lapidem preciosum, et dulciora super gustum bene dispositum
super mel purum et favum i. mel in cera. [illegible] quia illa spiritualiter
tantum sapiunt ista mentibus dulcescunt. Alio modo quod per ista quatuor aurum lapi-
dem preciosum mel et favum omnia mundi desiderabilia intelliguntur, per aurum
divitie seculares, per lapidem preciosum mundani honores, per mel et favum de-
lectationes carnales, in hiis omnibus propheta preferunt iudicia domini quia in eorum
custodia est maior delectatio in presenti et in futuro retributio eterne glorie.
Etenim servus tuus custodiet ea in custodiendis illis retributio multa.
Nicolaus de Lyra hic ostendit quod mandata dei debent servari in opere, etenim servus
tuus qui deservit tibi custodiet ea opere implendo et in custodiendo est
retributio multa i. beatitudo futura. Glose le. sic hic concludit iudicia

domini quod sunt utilia ratione premii et dicit quod iudicia domini precellunt omnes divicias
temporales et honores huius mundi. Propter hoc servus tuus quicunque est vel vult esse
servus tuus cui non sapiunt mundana et carnalia custodit ea scilicet iudicia et
precepta domini opere ad implendo. Psalmus custodivit anima mea testimonia tua. [illegible]
dilecto custodia legum ipsius in custodiendo illa retribucio dum custodiuntur retribucio
multa in hac vita quod gaudium interne iocunditatis et in futuro retribucio
multa eterne felicitatis. Proverbiorum xxix qui custodit legem beatus est. Io xiiii si quis
diligit me sermonem servabit et ad eum veniemus etc. Delicta quis intelligit
ab occultis meis munda me domine et ab alienis parce servo tuo. Ad literam
quod multa sunt precepta scilicet sexcenta et xiii secundum hebreos ideo difficile est observare
ea absque delicto. ideo subdit delicta quis intelligit quasi dicat nullus perfecte. ideo
subdit david ab occultis meis munda me dulcedine mine tue. et ab alie-
nis parce servo tuo. defectum enim alterius transit ad alium propter suam negligenciam
qui negligit corrigere loco et tempore quibus debet et hoc correctione fraterna quantum
ad omnes vel correctione coactiva quantum ad prelatos et principes. de quibus erat
david ideo dicit mundo ab alienis parce servo tuo quod impossibile est vel saltem valde
difficile [illegible] sunt [illegible] in tali correctione. Vel sic ab alienis hoc est
ab infidelibus qui sunt alieni a fide parce servo tuo ita quod non habeant potestatem
super me propter quod inducant me ad peccata infidelitatis sue sicut antiochus coge-
bat iudeos ydolatrare. Alia lectura sic hic est tria peccata principalis in qua propheta
petit se purgari ut dignus sit ad huius revelacionem et omnis utilitate
exaudiri cum ipsa oracione. et dicit quod servus dei custodit mandata eius et fugit
delicta. sed quis intelligit omnia delicta tam minora quam maiora quasi dicat nullus
quod cum sunt tenebre non permittunt se videre nec virtutes oppositas. ideo dicitur
Ro xiii abiciamus opera tenebrarum etc. Psalmus circumdederunt me mala quorum
non est numerus comprehenderunt me iniquitates et non potui ut viderem. Luce [illegible] et glo-
sa delicta mentem involvunt ut nec lucem nec semet videri permittunt et
quod nullus intelligit delicta sua ideo domine deus munda me ab occultis meis id est
a peccatis sive originalibus sive actualibus que a me et a [illegible] voluntate
oriuntur seu a cupiditatibus in me latentibus a peccatis oblitis vel ignoratis
ne eis seducar et ab alienis id est a peccatis que ab alio homine ut que fiunt sug-
gestione dyaboli vel hominis que dicuntur aliena quod primo sunt illius qui suggerit. 2o
efficiuntur illius cui suggeruntur si consentit. [illegible] non [illegible] peccata [illegible]
scilicet propria faciendo et aliena consenciendo que sunt duo genera peccatorum. parce servo
tuo cui proprium est misereri et parcere. Tercia quod servus dei custodit iudicia eius
sed quis intelligit omnia delicta tam maiora quam minora quasi dicat nullus cum [illegible]
non est numerus et eciam quod mentem involvunt et se videri non permittunt ideo domine
deus munda me ab occultis meis peccatis originalibus actualibus que a mea volun-
tate oriuntur vel a cupiditatibus in me latentibus a peccatis oblitis et ignoratis
et ab alienis peccatis que fiunt ab alio homine vel a dyabolo suggerente quibus
consensi. vel ab alienis quod prius neglexi emendare fraterna vel coactiva cor- ad
reccione parce servo tuo quod proprium est tibi misereri et parcere. Certe multa sunt que
non possunt intelligi ab homine. Primo multitudo peccatorum suorum ut hic. [illegible]
[illegible] non in [illegible] suis etc. 2o profunditas divinorum iudiciorum. Ro xi o altitudo
diviciarum sapiencie etc. Psalmus iudicia domini abissus etc. 3o qualitas status [illegible]
Ecc ix nescit homo utrum amore vel odio etc. 4o [illegible] Ecc ix ne-
scit homo finem suum. [illegible] dies iudicii Math xxiiii de illa die nemo scit.

Sexto pruina sive recessus spiritus sancti Jo iii Spiritus ubi vult spirat Septimo
propria fragilitas ut in petro Math xxvi ut intelligat que sit profunditas cor-
dis humani Octavo rerum que nobis expediunt utilitas Ro viii nam quid
oremus sicut oportet nescimus Math xx nescitis quid petatis Si mei non fuerint
dominati tunc immaculatus ero et emundabor a delicto maximo Ad literam quia
impossibile est vel saltem valde difficile hominem omnia sua delicta intelligere corrigere
et ideo dicit si mei non fuerint dominati delicta propria vel aliena mihi deo tunc ima-
culatus ero in conscientia propria et emundabor a delicto maximo quia qui caveat
minora peccata cavet et maiora Vel sic Si non fuerint mihi dominati infide-
les tunc immaculatus ero ab omni culpa et emundabor a delicto maximo
id est ab ydolatria ad quam me non cogent et mactabo immaculatus ab ea Alle-
gorice sic hic ostendit modum purgationis ab omni peccato generaliter et specialiter a superbia
et dicit secundum Augustinum et glossa adiuva me domine ab actibus meis et ab alienis pre-
no ut omnia tollam sed ne donnent quia si mei non fuerint dominati
demones vel peccata occulta et aliena vel delicta propria vel aliena Jo viii
Qui facit peccatum servus est peccati tunc immaculatus ero ab omni macula crimina-
li et si non ab omni culpa veniali Ephes v ut exhiberet sibi gloriosam
non habentem maculam etc Apoc xiiii Sine macula sunt ante thronum dei et
emundabor a delicto maximo scilicet superbie quia fuit apostatare a deo Ecclesiastici x
Initium superbie hominis est apostatare a deo Ibidem Initium omnis peccati superbia et dicitur
superbia maximum quia dicitur contra deo et tercium Ysa xiiii Gloriam meam alteri
non dabo Et erunt ut complaceant eloquia oris mei et meditatio cordis
mei in conspectu tuo semper Ad literam quia eloquia ex corde mundo procedentia
sunt deo placita et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper ad te cognoscendum
et amandum vacantes vel eloquia id est orationes vocales et meditatio cordis mei id est o-
rationes mentales in conspectu tuo semper et placent Illud enim quod est placitum alicui
libenter respicitur ab eodem Gen iiii Et respexit dominus ad abel etc Alle-
gorice sic hic ostendit fructum purgationis quia per eam placebit deo sua locutio et
meditatio et dicit Si ero immaculatus et emundatus ab omni delicto tunc erunt
eloquia oris mei id est sermones et doctrine erunt tales ut complaceant id est deo et
iustis hominibus sicut placebat Eccl xlv dilectus deo et hominibus moyses
non sicut sermo eius super aquas petram alias non quia petram dixit dominus quare tu crimi-
tas vel ista etc et meditatio cordis mei id est oratio mentalis vel cogitatio erit
placens in conspectu tuo semper Domine adiutor meus et redemptor meus
Ad literam domine adiutor meus in tribulationibus supervenientibus et redemptor
meus de egiptiaca servitute in qua dicit se david redemptum in suis patri-
bus vel adiutor meus in tribulationibus et redemptor precio tui sanguinis
Allegorice sic hic tangit purgationis auctorem scilicet deum qui est adiutor
in bono et redemptor a malo et dicit meditatio cordis mei est in conspectu tuo
domine qui es adiutor meus in tribulationibus vel ad bonum faciendum mei
tendentis ad te Joh xv Sine me nil potestis facere et redemptor
meus a malis ut redeam ad te secundum glossam et Ysa xliiii noli timere quia
ps xx Exaudiat te dominus in die tribulationis protegat te Redemi te
nomen dei iacob Ad literam titulus in hebreo ad victoriam
psalmus david Ipsius est Iste psalmus factus est a david ad victoriam impe-
trandam exercitui suo Rabi Sa dicit pro quo vita david nutavit dicen-
tes iam non egredieris nobiscum ad bellum ne extinguas lucernam israel

v et xxi pls cum portat innuae suis ordinibus exeuntes in prelio ipse absq
qua pugnando corpore precibus sic moyses pugnant precibus corpus amalech Exo
xvii et quod sic exaudiat te dns in die tribulationis dando victoriam
de adversariis protegat te qui es exercitus israel nomen dei iacob i vel nomen
dei patris invocata Talis lex sic In precedenti tractat de x incarnacione et a
postolorum predicatione hic tractat de eius sacrificio et oblatione pro quo habens
efficaciam titulus in fine ps david hoc est iste ps attribuitur david ipse
diligens nos in fine i in xpm christum ps est de sacrificium et oblatio intento
fideles ad eius amorem et desiderium invitat et david ps ponit ea
que optavit sibi xpc tempore passionis vel ecclie tempore tribulationis secundo ea que optat
sibi tempore glorificationis i tribuat tibi etc ps dicit sic dicens deus pater exaudiat te
xpm vel ecclesiam in die tribulationis i in timore proximis imminente que fuit tri
bulatio carnis Math xxvi tristis est anima mea sed desiderium fuit rationis
Luc xxii desiderio desideravi hoc pascha manducare etc et quod hic pro qua optabat te
stante apostolo hebr v qui in diebus carnis sue i mortalitatis preces ad deum qui
posset illum salvum facere a morte cum clamore valido et lacrimis offerens
exauditus est pro sua reverentia de hac die Ysa xxxvii dies tribulationis
et angustie dies hec exaudiat igitur te orantem qui dixisti pater clarifica
filium tuum Joh xvii protegat te a malo liberando nomen dei iacob i in
vocatio dei patris vel bonitas eius et non dicit dei israel quod tunc xpc imm
inente passione fuit magis in statu luctatoris quam contemplatoris ps xxiiii
patris fortis nomen dni vel si glo tota exponitur de ecclia sic dns ex
audiat te ecclesiam in die tribulationis non te defugit tribulationibus permittendo
vel in tribulationibus delinquendo protegat te a tribulationibus delinquendo et
liberando nomen dei iacob i filius dei qui est deus iacob i populi minoris
quasi sic gentilis quem elegit dns ut iacob a tribulationibus liberando
Ro protegat te ut dns preponat te iudeis sic preposuit iacob fratri suo
esau quem reprobavit electo iacob sic reprobatis iudeis elegit ecclesiam gen
tilium si id quod erat erunt primi novissimi et novissimi primi etc Summa dns deus exau
diat te ecclesiam vel xpm ut hominem in die tribulationis i in tempore passionis
imminente que fuit tribulatio carnis sed fuit desiderium rationis exaudiat te
orantem et dicentem pater clarifica filium tuum et protegat te a malo liberando
nomen dei iacob i invocatio dei patris vel bonitas eius vel sic deus exaudiat
te ecclesiam ut Mittat tibi auxilium de sancto et de sion tueatur te
Glo lxxxiiii mittat tibi etc auxilium de sancto i de celo per angelos sanctos tibi assiste
ntes in bello et de sion tueatur te i initio ordinum et sacrificiorum que fiebant
in monte sion eo quod erat ibi archa testamenti in tabernaculo quod tetendit
david primi paralip xvi et ibi solebant fieri sacrificia pro populo suo ad bella
procedenti Talis lex sic hic optat ei prosperitatem in bono et dicit sic protegat
te nomen dei iacob et mittat tibi auxilium de sancto scilicet de templo sancto i de
ecclesia ea in auxilium ad credentium generatorum spirituales tibi formando sic eva
dedit ade in auxilium ad generationem corporum in paradiso Gen 2o non est
bonum hominem esse solum faciamus ei etc et de sion tueatur te i de speculatione
divinitatis statu altissimo protegat te et sanctos tuos in angustia passionis
tue et temporum consolando Glo de sion tuetur xpm deus tuus ecclesiam et corpus
eius de alta speculatione tuta facit Syon namque interpretatur speculatio M
sic dns mittat tibi ecclesie fidelium auxilium de sancto i a filio suo incarnato

butre primo et quod nascitur ex te scilicet te adiuuando et de syon tueatur te i. conte-
placione sue diuinitatis te securum faciendo. Prima precatur te re nomen dei iacob et
mittat tibi auxilium de sancto templo i. de ecclesia fidelium eam et formandus in aux-
ilium ad generationem credencium spiritualiter sicut euam dedit ade in auxilium ad genera-
tionem carnalem et de syon tueatur te i. de alta speculacione diuinitatis faciat te et
corpus tuum i. ecclesiam tutam et securam. Memor sit omnis sacrificii tui et holo-
caustum tuum pingue fiat. Ad literam sacrificii pro te oblati et holocaustum pin-
gue fiat i. deo acceptum. Aliter secundum hic optat sacrificii eius approbacionem a deo
et dicit prima deus pater tueatur te de syon et sit memor omnis sacrificii tui i. tocius
passionis tue nos semper memores faciat. Trenorum iii Recordare paupertatis mee
et transgressionis etc. Canticorum i° fasciculus mirre dilectus meus michi inter ubera mea com-
morabitur i. in corde meo passio christi est vnum hoc unum sacrificium est finis
omnium sacrificiorum legalium et est perfectum sacrificium ad differenciam sacrificiorum veteris
testamenti. Hebreorum vii nichil ad perfectum adduxit lex. Et dicit omnis sacrificii quia mul-
tas species habuit passio christi scilicet a sua natiuitate usque ad mortem multas inju-
rias passus est. Et holocaustum tuum pingue fiat i. totum ita quod passionis an-
gustia vertatur in leticiam resurreccionis. Ecclesiastici xxxv oblacio iusti impinguat altare.
Vel sic exponitur de ecclesia memor sit omnis sacrificii tui i. cordis oris et operis con-
ferendo remunerando et holocaustum tuum pingue fiat i. rotundum acceptando
et approbando. Et nota sacrificium competit ad incipientes qui partem deo offerunt non
totum retinentes sibi propriam voluntatem suo exteriora. Holocaustum dicitur competit ad per-
fectos qui totum offerunt deo. Mathei xix vende omnia et da pauperibus etc. Istud
holocaustum est pingue quod fit ex caritate et deuocione. Secunda dicit precatur
deus pater tueatur te christum de syon et sit memor omnis sacrificii tui i. tocius passionis
tue omnium miseriarum quas passus es a natiuitate tua usque ad mortem semper
nos memores faciat et holocaustum tuum i. oblacionem qua te ipsum totum in
passione et in ara crucis obtulisti pingue i. rotundum fiat ita quod angustia
passionis vertatur in leticiam resurreccionis. Vel pingue fiat i. sit pro omnibus oblatum ut
sic omnes tuam voluntatem faciant ut salui fiant. Nota Hemonerius dicit quod sac-
rificium erat quod pars ad altare offerebatur in lege et pars reseruabatur sed holocaustum
quod totum in altari pro peccato cremabatur. Sacrificium ergo christi fuit corporis ieiunium
oracio temptacio a dyabolo passio defensum corporalium omnes ergo sacrificii christi deus pater
memor fuit qui omnia hec in salutem generis humani. Holocaustum christi summi pon-
tificis fuit qui se ipsum in passione totum obtulit et igne passionis in cruce arse-
dit. Hoc pingue fiat i. sit pro omnibus est oblatum sic omnes tuam faciant voluntatem
ut salui fiant hec ille. Convenienter multiplex est sacrificium viri iusti pro racione
contricionis. Psalmus sacrificium deo spiritus. 2° confessionis oris. Psalmus voluntarie sacrificabo tibi.
Exhibicionis boni operis. Psalmus eleuacio manuum mearum sacrificium vespertinum. Romanorum xii
obsecro vos fratres per misericordiam dei ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem sanctam
deo placentem. Obseruancia diuine legis. Ecclesiastici xxxv salutare sacrificium attendere
mandatis. Ingressio religionis. Exodi v Dimitte populum meum ut sacrificet. Operis
pietatis. Ecclesiastici xxxv [illegible] qui facit misericordiam offert sacrificium. Tolleracio passionis.
Philippensium ii sed et si ymmolor super sacrificium etc. Dominio alterius [illegible]
in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblacio munda etc. Tribuat tibi
secundum cor tuum et omne consilium tuum confirmet. Ad literam Tribuat tibi etc.
i. victoriam de aduersariis. Ad hoc enim tendit cor omnium exercitium in preliis
et omne consilium tuum confirmet. Ecclesiastes ix melior est sapiencia quam arma bellica
et quia in bellis maxime valent bona consilia que confirmantur cum victoria obti-
netur. Aliter secundum hic est i. psalmus psalmi. Et est hic dyapsalma i. diuisio psalmi.

secundum Aug. ad designandum distanciam inter statum passionis de quo prius loquebatur et glorificationis de quo nunc dicit et ponit illa que optat scilicet regi glorificationis. et dicit Exaudiat te dominus et tribuat tibi secundum cor tuum id est secundum voluntatem et intencionem tuam. Glossa non secundum intencionem iudeorum qui te delere voluerunt per passionem et mortem. et tuam memoriam extinguere. et omne consilium tuum confirmet scilicet ... iudeis illuminentur et salventur gentiles. et sic omnia tua disposita de salute humani generis firmiter permaneat quod demones et iudei voluerunt destruere et eius consilio de salute humani generis contraire et resistere. Io. xi. collegerunt pontifices et pharisei etc. sed eorum voluntas est impedita et consilium infirmatum. Ysa. viii. Inite consilium et dissipabitur loquimini verbum et non fiet. consilium autem meum stabit et omnis voluntas mea fiet. Cassio. exponit hoc de ecclesia. Tribuat tibi deus secundum cor tuum id est secundum intellectum quem habes de domino salvatore ut ipsum credas primum ex tempore passum in carne et per mortem liberatorem processisse in crucis patibulo. resurrexisse et ad dexteram patris persona assessum in celo sede. et ipsum venturum ad iudicandum. et omne consilium tuum confirmet ut mundi illecebras contemptus propter dei promissionem de eternis habendis despicias et preclara premia ... non ... sic est enim consilium sancte mentis ecclesie patrem et filium et spiritum sanctum unum credere deum a quo creata sunt et disponuntur omnia. hoc consilium propheta in populo fideli confirmari desiderat per quod novit christum eterna premia promereri. Letabimur in salutari tuo et in nomine dei nostri magnificabimur. Ad literam le... ad victoriam scilicet victorum leticia. vel subditur letabimur in salutari tuo etc. et ... super adversarios exaltamur. Alle. le. sic hic ostendit quare optat se exaudiri scilicet salvatorem a malo et propter adeptionem boni. et dicit deus pater confirmet omne consilium tuum ergo et alii credentes letabimur in salutari tuo id est in salvatore quem tu misisti in mundum. vel in salutari tuo id est ipse in tua resurrectione quem te a morte et nos a timore mortis salvabit. Io. xvi. Iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum. Io. xx. gavisi sunt discipuli etc. Gen. penult. Salutare tuum expectabo domine. et in nomine id est in invocatione vel in confessione nominis dei nostri christi. Io. xx. dominus meus et deus meus. magnificabimur id est magni erimus quod a te vocabimur christiani. vel magni faciemus. Act. xi. ita ut cognominarentur Anthiochie discipuli christiani. Ysa. lxv. servos suos vocabit nomine alio. Ysa. lxii. vocabitur tibi nomen novum. Cassio. ... propheta loquitur ad ecclesiam dicit ecclesia dei letabimur in salutari tuo id est christo domino qui est salutare tuum et in nomine dei nostri scilicet christi magnificabimur id est efficiemur magni faciendo in isto nomine et magni erimus quod magnificari est magni fieri. Impleat dominus omnes peticiones tuas. nunc cognovi quoniam salvum fecit dominus christum suum. Ad literam impleat deus etc. de peticione eius de victoria obtinenda quibus statim infert. nunc cognovi per experientiam beneficium divinum. quia salvum fecit dominus christum suum id est david de manibus eius inimicorum quem dicit salvatum in salute sua certus. Alle. le. sic hic propheta ostendit in quibus velit exaudiri christum quod in omnibus suis peticionibus. et dicit propheta ad christum. Deus pater impleat omnes peticiones tuas sive quas fecisti in terra. Ioh. xvii. clarifica me pater apud temetipsum etc. sive quas facis pro nobis in celo. Ro. viii. ut ipse enim interpellat pro nobis. et vere implebit deus tuas peticiones quod ego david propheta. nunc id est tam longo tempore ante tuam incarnationem. cognovi per spiritum prophetie quoniam salvum fecit id est faciet deus pater christum suum id est te a mortuis resuscitando. Ps. non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Nota sex peticiones christi. prima qua petiit calicem passionis transferri. Luc. xxii. si possibile est transeat etc. secundo petiit a persecutoribus et a morte salvari. Io. xii. pater salva me ex hac hora

letabimur

petitiones christi

Sexto petiit per fidem credentium in mundo clarificari Jo xvii Pater venit
hora clarifica filium tuum. Septimo discipulos a malo conservari Jo xvii Pater
sancte serva eos a malo. Octavo petiit eos sanctificari et in bonum perfici Jo xvii
Pater sanctifica eos. Nono petiit eos glorificari Jo xvii ut sint etc. Exaudi
et illum de celo sancto suo in potentatibus salus dextere eius ad literam exaudiet
illum etc. auxilium tribuendo in potestatibus salus dextere eius et per angelos sanctos
potentes qui sunt ad dexteram eius. Alia lectio sic. Supra petivit quod rex vel
etiam ecclesia exaudietur, hic ostendit quod exaudietur, et dicit quoniam salvum faciet
Deus Pater xpm   suum, et exaudiet illum orantem pro membris, de celo sancto
suo quod in suscitacione lazari per quam vita spiritualis yro designatur di-
xit Jo xi Pater gratias ago tibi quod audisti me, ego autem sciebam etc. Alia
lectio sic in celo q.d. non solum exaudiet illum orantem in mundo sed etiam nunc
orantem pro nobis in celo. Prima Jo 2 advocatum habemus apud patrem ihesum xpm
qui est propiciacio etc. Hebre ix ut appareat nunc vultui dei pro nobis. Unde dy-
citur hebreis habeo accessum ad deum ubi habeo filium apud patrem etc. Hunc exau-
divit eum mittendo apostolis spiritum sanctum Jo xiiii Rogabo patrem et alium paracli-
tum dabit vobis. Unde in potentatibus id est meis est salus dextere eius id est in salute
qua fecit dextra eius favor vel gratia est tota nostra dignitas et potestas quia
omnia que faciunt nos potentes spiritualiter ad tollendum mala vel ad operandum
bona veniunt ab eo a quo omne bonum descendit etc. est sensus in potentatibus
salus dextere eius id est salus dextere eius facit potentes spiritualiter. Summa quoniam deus pater
salvum faciet xpm suum et exaudiet illum orantem pro ecclesia et membris de ce-
lo sancto suo et non solum exaudiet illum de celo orantem in mundo sed etiam
nunc orantem pro nobis in celo in potentatibus nostris salus dextere eius id est in sa-
lute qua fecit dextra eius est tota nostra dignitas vel potestas quod salus dextere
eius facit nos potentes spiritualiter. Hi in curribus et hi in equis, nos autem
in nomine domini dei nostri invocabimus. Ad literam isti confidunt adversarii nostri
nos autem in nomine domini dei nostri invocabimus sperantes victoriam consequi virtu-
te eius. Alia lectio sic. Hic ostendit varia confidencia hominum, ideo nunc confide-
ntia suorum dei et dicit salus suorum est dextera eius dei scilicet gratie et glorie que sunt
potestates electorum et faciunt electos dei potentes in salus sinistre id est prosperitas
temporalis in quibus homines sunt potentes temporaliter, hii scilicet homines carnales et
sensibiles qui non sunt de suis sunt et gaudent hii id est aliqui in curribus id est
in temporali potencia, et hii id est alii in equis id est in superbia et honoribus. Alia
lectio quod tangit hic duo genera triumphorum que erant apud antiquos. minor
erat in curribus et dicebatur laureatum, alter erat minor in equo et dicebatur
ovatio, nos autem credentes in xpm in nomine dei nostri id est in nomine xpi invocabimus
id est confidenter deum patrem rogabimus Jo xvi Si quid petieritis patrem etc.
Summa nostri potentatus spirituales sunt a dextera dei licet hii id est aliqui homines
seculares et carnales gaudent in curribus id est in diviciis et temporali potencia et
facientes magnos triumphos et hii id est quidam gaudent in equis id est in fastu
mundi et honoribus facientes minores triumphos nos autem credentes in xpm
in nomine domini dei nostri id est in nomine xpi invocabimus id est confidenter deum patrem pro
victoria obtinenda rogabimus. Ipsi obligati sunt et ceciderunt nos autem
surreximus et erecti sumus. Ad literam ipsi ob superbiam suam ligati sunt
cathenis et compedibus tamquam victi, nos autem surreximus eis prevalendo non
nostra sed tua virtute et erecti sumus auxilio manus tue. Alia lectio sic

alia

[illegible]

[illegible]

hic ostendit seclarium homi confidentiam ee vanam et casum eorum et erectionem
seu exaltacionem sperancium in deo. et dicit nos sperantes in noie dei nostri inuo-
cabimus prem sed isti confidentes i curribus et equis id est in temporalibus diuiciis
et honoribus obligati sunt temporalibus laqueis sed cupiditatibus temporalium bonorum
diuiciarum et honorum inclinati ad casum et ceciderunt a statu gracie in peccatum
Thimo vi qui volunt diuites fieri incidunt i temptacionem et in laqueum
dyaboli. ysa xxviii expecta rexpecta modicum ibi modicum ibi ut vadat
et cadant retrorsum et illaqueentur et capientur. expone ut vadat i co-
gitacione et cadat in consensu illaqueetur i consuetudine capietur in eterna
morte. nos autem surreximus a peccato eorum casum Ro xiii hora e iam nos
de sompno surgere. surreximus ab infidelitate ad fidem a viciis ad virtutes
a desperatione ad spem. a cupiditate ad caritatem. a morte ad vitam. a miseria
ad gloriam. et erecti sumus per virtutem humilitatis ad eternam exaltacionem contra
obligacionem superborum Luce xv surge et sta in excelso hic per graciam exerti sumus
et i futuro per gloriam. Domine saluum fac regem et exaudi nos in die qua
inuocauerimus te. Aliter domine saluum fac regem id est meipsum saluando
et exercitum meum tuus saluus reddundat i me. et exaudi nos in die qua etc
i in die belli qua solent homines fortius inuocare dominum ratione imminentis pi-
culi. Nota pt exponi ista ps ut sit oris ecclesie pro exercitu procedenti ad bel-
lum contra inimicos fidei uel defensione regni et quia aliter legitur sic hic ppha
orat ut et recederes pro xpm exaudiamur. et dicit quod per xpm dominum nos salui
erimus. ergo domine deus saluum fac regem scilicet xpm qui e rex regum et dominus
dominancium. Apoc xix saluum fac resuscitando et in celo collocando ut ei
mors autem homines mali iam nocere non possent est autem hec oracio bona pro
regibus pro quibus proximi orandum e i pa thi 2 pro regibus et omnibus qui
i sublimitate constituti sunt et exaudi nos per eum qui per aduocatum patris Io 2
aduocatum habemus apud prem ihm xpm. in die grē quia i statu noctis i
culpe non exaudiuntur oraciones Io ix scimus quod peccatores non exaudit deus
qua inuocauerimus te i statu non differas nos exaudire ysa xlv antequam cla-
ment ego exaudiam. Summa quod per xpm nos salui erimus. ergo domine deus
saluum fac regem nostrum scilicet xpm qui e rex regum et dominus dominancium. et
exaudi nos per xpm qui per aduocatum nostrum. i die i tempore gracie qua
die inuocauimus te pt ee oracio ecclesie pro ipso marito i persecucione posita
et pro quolibet iusto i pugna viciorum constituto ut ipsum dominus in die tribulacionis
et temptacionis exaudiat et inter temptaciones a peccato protegat auxilium ei contra
persecuciones mittat et diuini mittat de sion id est de fide katholica. ista ecclesia
eum tueatur ne succumbat sed i tempore pugne prudenter corroboret.

Domine in virtute tua letabitur rex et super salutare tuum exulta- Ps xx
bit vehementer. Iero lraum titulus in hebreo ad victoriam ps dauid
uel victori canticum dauid de ma pbi dicit raba quod doctores he-
breorum exponunt hunc psalmum de rege messia id est xpo ad hoc induxerunt dan
vii vbi dicitur ecce cum nubibus celi quasi filius hominis veniebat et usque ad antiquum
dierum peruenit. et in conspectu eius obtulerunt eum et dedit ei potestatem et honorem
et regna et omnes populi seruient ei. potestas eius potestas eterna que non auferetur et re-
gnum quod non auferetur. et iste ps exponendus e primo de magnitudine xpi
que consistit i eius exaltacione et aduersariorum suorum depressione que ps hic
inueniatur manus tua. ps dauid prouidens i spiritu xpi hominis regnum ad
quod fuit exaltatus in humanitate. virtute dei patris Act ii dextera igitur dei exaltatus

dt sic dne px in vtute tua letab' rex s. xc rex regum et dns dnancium
qui inqntu ho letaba' de vtute dina in qua faciebat miracula et me
ris simplicitu illustrabat sapia luc x in ipa hora exultavit i spu sancto
et dixit confiteor t px q abscondisti her zc et sr salutare tuu i q dis
posuisti saluare mudu per ipm exultabit vehementer i valde Alr le sic
Quemadmodum determinat de x sacrificio et oblacoe sic determinat de dupl ita i ps
sz de dintate et huanitate et iste e tcius ps de mlo eoz qui determinant de
duabz natis i xo secundus et octaus et adc alij sequuntur de eadem ma et
hoc ppr hereticos qui ul psona diuidut ul nas nefanda comixtione co
fundunt sicut gerdat Ra Sec dt q doctores nri exposuint hunc psm
de rege messia ut 8 vii ppha describit hic xm regem celestem vm dm
et hoiez ut auditu credat mudz que visu contempnit iudeus Titulus ps
in fine ps dauid hoc e iste ps dirigens nos i fine i in xpm attribut'
dauid pphe Ant huius psi e du' na in vna psona xpi Intencio ut
credamus xm verum deum et hoiez Et ps tangit mitu incarnacois 2o eius
primu 3o pmoc'is mitu et dt dne deus px eme rex i ho xpi Apoc
xix rex regu et dns Jo xix ihc nazarenus rex iudeoz Mat 2 vbi est
qui natus e rex zc Letab' i vtute tua no in sua eme mitu i no i vir
tute sue huanitatis sed i vtute sibi vnite dintatis sz vbi tui q e vtus qa
omia creas Jo pro oia p ipm fca sunt qua oia conseruas hebe pmo
portas oa vbo vtutis sue qua oia sanas ps misit vbu suu et sanat ze
qua oia saluas act iiij no e aliud nom i quo oporteat nos saluos fi
vn xc inqntu ho p nichil attribuit sed oia pri et dintati Jo viii a me
ipso facio nichil sed px i me manes facit opa de hac vtute et pote
letatus est qui fecit miracula qui morte eterna vicit morte sua iudeu
mudz et dyalu et cu potestate surrexit a mortuis et ascendit in celos
ps ascendit deus i iubilo et sr salutare tuu i q per eu mudus saluatus e
eme primu q fecisti eu salutare i saluatorem et p eu saluado mudu
pditu exultabit vehementer q magnus amor saluadoz e ei ita magne
exultacois de salute eoz luc x in ipa hora exultavit i spu sancto Moral
de quolz iusto px expom sic Rex i ille q bn se regit ut xo seruiat
cui seruire e regnare Letab' i corde illius i vtute tua spp confidens ysa
erit fortitudo ura ut fauilla stuppe et sup salutare tuu exultabit etiam
vehementer qntu ad saluacionem ab inferis et a pcto de quo ho debz dolere
ps anima mea turbata e valde et qui sanat a pcto dz valde gaudere Tonica
dne deus rex ho xc ul xc inqntu ho letab' in vtute tua i no i vtute
sue huanitatis sed i vtute sibi vnite dintatis qua oia creat et saluat et sr
salutare tuu i q fecisti eu saluatore et p eu mudz saluasti pditum exul
tabit vehementer hic e amor saluadoz erat ei causa magne exultacois
de salute ipoz Desiderium cordis eius tribuisti ei et voluntate labioz
eius no fraudasti eu Ad litteram desiderium zc de sui corporis glificat
coe et credencium vocacoe qui ualde desiderauit et racionabiliter et volu
tate labioz eius i oracoibus suis voluntatem interiorem exprimentibus labijs
no fraudasti eu q fuit exauditus i omnibus oracoibus suis q predebat
ex voluntate q spp erat conformis voluntati dne q spp implebat Allr
lc sic sicut ont ininta pa dinis x' dt xc ideo exultat vehementer q de
siderium cordis eius tribuisti ei sic desiderauit eu p salute mudi pati co
redendo et per eu mudz redimendo luc xxij desiderio desideraui Vel

desiderium cordis eius tribuisti ei i salutem animarum per ipsum perfecisti quam desiderabat de quibus Io xiv et voluntate labiorum eius i in voluntate eius quam expressit per labia i orationem cordis et oris simul non fraudasti eum quia quod petivit a te aut voluit concessisti ei Io xi ego sciebam quia tu semper me audis Hebr v In omnibus exauditus est Morali expositio de viro iusto desiderium cordis i amore non carnis Iob xxxiv clamorem exactorum i vexatis non audit tribuisti ei i concedere implevisti et voluntate labiorum eius i voluntate qua labiis expressit hec est oratio cordis et oris simul non despexisti sed exaudisti quia oculi domini super iustos et aures eius in preces eorum Quoniam prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso Ad litteram ista prevenit fuit a tempore Gabrielis tui dei fuit a deo Gen xxii In semine tuo benedicentur omnes gentes quod semen est christus Luc 2 et benedictus fructus ventris tui Vel expone prevenisti eum in benedictionibus i in donis spiritus sancti et carismatibus quibus anima christi fuit repleta ab instanti sue creationis et conceptionis prevenienta imposuisti super eum dando ei dignitatem regiam super omnem creaturam autem a primo vinculo cum de celo creature aut in sua vero Apoc viii data est in celo et in terra Alle le sic hic est pro primus psalmi et est dyapsalma i psalmi divisio per silentium in psallendo interposita ad significandum distinctionem verborum precedentium ac sequentium vel hic describit largas virtutes et gloriam christi et pro tanto multiplex beneficium prestitum christo homini a deo et pro sanctis et dignitatibus et dicit in voluntate labiorum eius non fraudasti eum quoniam prevenisti eum in benedictionibus i ante ortum eius dedisti ei benedictiones gratie que est super mel dulcis Eccli xxiv spiritus meus super mel dulcis Unde quadruplex benedictio gratie fuit in eo una immunitas vitiorum seu peccatorum tam originalium quam actualium quia ipse est agnus immaculatus i Petri pe i qui peccatum non fecit Secunda benedictio fuit preventus quia conceptio eius in domino venienda fuit prius significata Luc i Spiritus sanctus superveniet in te Luc 2 benedictus fructus ventris tui Tertia benedictio fuit preventus quia plenitudine omnium virtutum Ysa iiii apprehendent septem mulieres virum unum Quarta benedictio fuit preventus quia pre omnibus commendatorem gratiam habuit quia spiritus sanctus non est ei datus ad mensuram Io iii et de plenitudine eius omnes accepimus Io po de ista benedictione glossa exponit Quinta fuit preventus benedictione glorie quia ab instanti sue conceptionis fuit comprehensor et in ipso plenitudo divinitatis habitat Ysa xxii erit sibi et solium glorie domus patris sui iste fuit benedictione dulcedinis et et odor de quo Gen xxvii Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni cui benedixit deus posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso i honorem et singulas virtutes dignitatis regie Apoc vi Ecce equus albus et qui sedebat super illum habebat arcum et data est ei corona Vel coronam de lapide i societate apostolorum qui eum predicatorem ad modum corone predicatorem circumstabat Et sic ita illum coronam fecerunt Apoc vii vides ihesum stans assumpsit in montem et Luc vi xii apostoli significati sunt per xii lapides pretiosos qui erant in rationali summi sacerdotis qui ingrediebatur templum Exo xxviii pervenit tangit Vel fuerit quod apostoli christo tamquam corona in primo et in medio recumbentes tamquam circule Vel sic posuisti super caput eius coronam de lapide pretioso i animam eius coronavisti eterne claritatis divinitatis vel coronam eterne glorie que fine non habet que dicitur de lapide pretioso vel topatio qui omni colore resplendens sic illa gloria omnem decorem in se continet Anima domine deus non fraudasti christum in voluntate eius quoniam prevenisti eum in benedictionibus i ante ortum eius dedisti ei multas benedictiones quia animam eius ab instanti sue creationis implevisti gratia et donis spiritus sancti ultra mensuram in qua habitavit

plenitudo diuitiarum et plenitudo omnium virtutum et carne eius per sanctitatem
ad ymediam visio diuina / posuisti super caput eius coronam de lapide precioso dedisti ei
dignitatem et potestatem regiam super omnem creaturam in celo et in terra vel de
disti ei claritatem eterne diuitias et eterne glorie · vel honorem et singulas vir
tutes dignitatis regie vel sancte apostolorum et per modum omnium credentium qui
sunt tamquam lapides preciosi / Tercia ratio dominus prevenit honorem dando ei voluntatem ad
bonum / Augustinus prevenit nos dominus ut bonum velimus / 2o monendo nos / ysa xxx
dulces tue audient verbum per tergum monentis / 3o exaudiendo / ps · preparationem
cordis eorum audiuit auris tua / ysa lxv antequam clament ego exaudiam / Tercio
beneficia conferendo / actuum iiii non ex operibus iustitie que fecimus nos etc. / In be
nedictionibus multiplicibus / primo in amocione culpe / Ecc xxxix benedictio illius
quasi fluuius mundabit qui scilicet lauat sordes in collacione et continuacione gracie
Gen xxvii det tibi deus de rore celi etc. qua scilicet largitur glorie et de benedictionibus
sunt dextre et dulces benedictionibus dulcedinis / sed benedictiones diuiciarum et dignitatum sunt
sinistre et amaritudinis / posuisti in capite eius id est in mente vel ut qui dicitur capud
eius etc. oleum de capite tuo non deficiet / coronam de lapide precioso
id est ornatum virtutum / Haec corona est precipue qua quatuor lapides preciosos scilicet car
dinales virtutes / prudenciam a parte anteriori ut caueat a futuris malis / Iu
sticiam a posteriori ut satisfaciat de preteritis / Temperanciam a dextris ne eleuetur in
prosperis / fortitudinem a sinistris ne succumbat in aduersis / Nota benedictio dei
quam dat viris iustis est multiplex primo in ablucione peccatorum Ecc xxxix benedictio
dei sicut fluuius mundabit / in remissionem supplicacionis Iohel ii quis scit
si conuertatur et ignoscat etc. / In infusione donorum ysa xliiii effundam spiritum meum
super semen tuum et benedictionem meam super stirpem tuam / In refrigerio temptacio
num et tribulacionum Gen xxvii In rore celi de super erit benedictio tua
In profectu virtutum et bonorum operum Gen xxii benedicam tibi et multiplicabo
semen tuum / In gustacione bonorum eternorum Ecc xlo gracia dei sicut paradisus
in benedictionibus / In adepcione premiorum Mat xxv venite benedicti / In proge
nie privilegiorum / luc i / In homine et femina bonum Ecc xliiii benedictionem
omnium gencium / Vitam peciit a te tribuisti ei longitudinem dierum in seculum
et in seculum seculi / Ad literam vitam peciit a te scilicet gloriosam continuam ad tempus
quam obtinuit in sua resurreccione et tribuisti ei et quia christus resurgens ex mortuis
iam non moritur mors illi vltra non dominabitur etc. Ro vi ideo subditur longitudinem
dierum in seculum seculi id est eternaliter / Alia littera sic Christus omne beneficium prestitum ei in
resurrectione in se et in suo corpore mistico scilicet ecclesia dicit / vita peciit a te deus in
gloriosam regem sibi / Io xvii pater clarifica filium tuum / et tribuisti ei attol
lendo regem suam / act iii Christus deus suscitauit a mortuis tercia die / lon
gitudinem dierum id est longam vitam / in seculum seculi id est in eternum / vel longitudinem
dierum id est perpetuam duracionem ecclesie sue vel est vita scilicet gracie peciit a te pater deus
pater / pro membris suis seu ipse sponsus sponse sue · et tribuisti ei longitudinem
dierum quia ecclesia sancta non deficiet sicut synagoga defecit / Ioh xvii pater sanctifica
eos in veritate id est confirma in fide et sed non pro eis tantum rogo id est pro apostolis / sed
pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me / In seculum seculi id est vsque ad con
summacionem seculi / Mat vlt ecce ego vobiscum sum vsque etc. vel in seculum seculi
id est in eternitate glorie hec gloria / Tercio vita id est eterna peciit a te / ps vnam peciit
a domino etc. et tribuisti ei longitudinem dierum id est in eternum per in / longitudo dierum in
dextera eius / Christus vita a te deus pater christus peciit vitam id est gloriosam regem sibi et tri
buisti ei accelerando regem suam / longitudinem dierum id est longam vitam id est in seculum
seculi id est in eternum · quia deus christus peciit hic et suis membris vitam et tu deus tribuisti ei /
vitam eternam

Magna est gloria eius in salutari tuo gloriam et magnum decorem impo-
nes super eum. ad literam magna est gloria etc. i. in xpo quam magna fuit gloria in sua
ascensione. gloriam et magnum decorem impones super eum quod impletum fuit
quando xpc in humanitate ascendens positus est ad dexteram patris. Act. VII. Alle le-
sus hic erit generale beneficium xpo prestitum in toto orbe. et dicit magna est gloria
eius i. fama xpi maxime innotuit in salutari tuo i. in ipsius fide tu deus
salvabis enim liberando a morte. tunc enim dabis et nomen quod est super omne
nomen. Philip. II. scilicet ut deus nominetur aut dei filius in toto orbe et convenienter id
tum fuit datum xpo cum precipue innotuit in fide et ex fide. Gloriam et
magnum decorem ostendit beneficia prestita xpo in ascensione. primum est ad dex-
teram patris eius collatio. 2m in perpetua benedictione ibi quoniam dabis. 3m eterna cum
patre delectatio ibi letificabis. et dicit gloriam i. ad celum gloriose levando. Ps. Ascen-
dit deus in iubilatione. et magnum decorem impones super eum i. super omnes ange-
los ipsum ad tuam dexteram collocando. Act. VII. assumptus est in celum et sedet
ad dexteram dei. Hebr. I. sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Glosa. Ma-
gna est gloria eius i. fama xpi est clara et maxime innotuit in salutari tuo
i. in fide quam salvasti eum a morte resuscitando et dedisti ei nomen quod est
super omne nomen ut nominetur dei filius in toto orbe. et impones super eum gloriam
ad celum gloriose levando et magnum decorem i. super omnes angelos et creaturas
ipsum ad tuam dexteram collocando. Vel sic magna est gloria in salutari tuo i. in
xpo scilicet in eius fide. gloriam et magnum decorem impones super eum in sua ascen-
sione cum super omnes angelos et creaturas ad dexteram tuam collocando. et cetera dexteram
[illegible] eius in [illegible]. Ille exponit iste versus de ecclesia sic magna est gloria etc. in
medio salvator. Eccl. XIIII. In multitudine populi dignitas regum et in paucitate
plebis ignominia principis. Gloriam et magnum decorem etc. i. gloriosam ecclesiam
non habentem maculam neque rugam. Eph. V. impones super eum i. per subiectionem in-
[illegible] adiunges tamquam capiti corpus. Magna est gloria eius scilicet iusti in sa-
lutari tuo i. in xpo qui eum salvat per [illegible]. Zach. VII. [illegible] gla-
[illegible] Gloriam quantum ad dotes anime et magnum decorem quantum ad dotes cor-
poris. Iob XL. circumda te decorem et in sublime erigere et esto gloriosus.

Quoniam dabis eum in benedictiones in seculum seculi letificabis eum in gaudio cum
vultu tuo. ad literam quod omnes benedictiones celestes fuerint in nomine xpi. sic dictum
fuit Abrahe. letificabis eum in gaudio cum vultu tuo. quod quanto benedictus xpi
[illegible] intellectualibus est prescientia et quanta delectatio tanto clarius videt enim. Ve-
l sic gloriam et decorem impones super eum. quoniam dabis eum scilicet xpm in benedictionem
i. replebis benedictione et gratia. Apoc. VII. benedictio et claritas. Ier. [illegible]
[illegible] eum in benedictionibus suis. in seculum seculi i. eterna duratura. ipse
enim erit benedictus benedictione eterna. qua a sanctis benedicitur in eternum. Apoc. [illegible]
non habebant requiem die ac nocte dicentes sanctus sanctus sanctus. eterna quia benedi-
tionem actuum quod per eum omnes benedicentur et in nomine eius in mundo. Gen. XXII.
In semine tuo i. per xpm benedicentur omnes gentes. letificabis eum in gaudio
eterno. cum vultu tuo i. in tua presentia delectando quod totum gaudebit perpetue
in celo. Iob XXXIII. faciem eius videbit in iubilo. Ysa. LXII. gaudebit
sponsus super sponsam et gaudebit super te deus tuus. Glosa. Gloriam et decorem
impones super eum ita quod omnis creatura dabit ei gloriam et honorem quoniam tu
deus dabis eum in benedictionem in seculum seculi ita quod omnes gentes per eum et in
nomine eius accipient benedictionem eternam. Vel dabis eum in benedictionem in
seculum seculi i. replebis eum benedictione et gratia eterna. qua a sanctis benedicetur z

In eternum letificabis eum in gaudio eterno cum vultu tuo · i· cum tua presencia dele-
ctando quod beatum perfecte gaudebit in celo / Glossa qui tu domine deus dabis ex tua
gratia iustum in benedictionem dei et hominum ut sit benedictus ab omnibus et a deo / Mat.
xxv venite benedicti patris mei secundum secula i· eternaliter / letificabis eum cum vultu tuo
i· cum filio tuo / Augustinus filius est ymago patris · Quoniam rex sperat in domino et in
misericordia altissimi non commovebitur / ad literam Quia enim in Christo non fuit spes
que est virtus theologica / tamen in eo fuit spes quia eius expectatio future glorie
quam anima per visionem non habuit quantum ad corpus sed eam speravit / et in misericordia al-
tissimi non commovebitur quia humanitas Christi a verbo misericorditer assumpta nunquam
fuit ab eo separata nec separabitur quia etiam in triduo corpus extinctum in sepulchro
fuit unitum verbo et anima que erat in limbo / Alia lectura sic / hic ostenditur causa
victorie beneficiorum scilicet confidencia in solo deo et perseverancia in illo dicit sic
letificabis eum cum vultu tuo quoniam rex scilicet ego / Ecclesiastes xxiiii regnabit rex et sa-
piens erit / sperat solum in domino non in seipso / ps. xxxvi qui sperat in domino
salvabitur / qui confidit in corde suo stultus est et in misericordia altissimi non commovebitur
a spe sua / Glossa nichil habuit humilitas et obviam eius usque ad mortem / ps.
qui confidit in domino sicut mons syon non commovebitur / ps. xxxvii Iustus quasi leo
confidens absque terrore erit / Glossa qui rex i· iustus qui se bene regit sperat
in domino ut eum regat in presenti et salvet in futuro et quod sperat ideo in misericordia altis-
simi ex misericordia dei habet quod non commovebitur in presenti a gratia nec in futuro a gloria
Ecclesiasticus in ayle dixi ... quod non sumus consumpti a culpa presenti et a pena
futura / Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis dextera tua inveniat
omnes qui te oderunt / ad literam describitur magnificencia regni Christi in eius
exaltacione / hic describitur eius magnificencia in adversariorum depressione cum dicit inve-
niatur manus / Sciendum quod usque dei manus i· potentia vel donum accipitur in bono
et tunc manus eius dextera respicit bona eterna / et sinistra temporalia / prov. iii lon-
gitudo dierum in dextera eius et in sinistra ius divitie et gloria / donum autem
respicit malum pene quod ad eos infligitur iuste / Hebr. x horrendum est incidere in
manus dei viventis et tunc per sinistram intelligitur minor punitio / et per dexteram
de fortius punitur grauiter et secundum hic dicit / Inveniatur manus tua puniens pe-
na omnibus inimicis tuis conuerte ad penam eternam / dextera tua fortius puniens ex
speciali et inveniat omnes qui te oderunt sicut enim diligere deum est actus pre-
cipuus ita odire eum est pessimus actus eo quod odium dei directe opponitur caritati
Alia lectura sic hec est 3 pars principalis in qua dicitur de penis inimicorum Christi
et non credentium / et ostendit qui sunt puniendi et quo et quare / Et primo tangit
punitionem incredulorum credencium 2o non credencium / et dicit / Inveniatur in iudicio fu-
turo cum Christe ad iudicandum veneris quando mali non cognoscunt / manus tua i·
potestas tua ulterius vel puniens / omnibus inimicis tuis tam maioribus quam minoribus
qui fidem tuam susceperunt sed te non amaverunt / ps. cognoscetur dominus iudicia
faciens / Boni addit qui non est cognitus inimicis puniens / dextera tua i·
maiestas tua que apparebit in iudicio / eciam inveniat omnes qui te oderunt
i· qui te non crediderunt et odio habuerunt persequendo / videbunt enim filium
hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate / Luc. xxi quod esse
non invenit hic in gratia / ibi inveniet eos in pena / Sunt autem appetere duo penitus
qui si credunt non tamen amant / aderunt autem qui nec credunt nec amant per-
fecte alia exposicio est quod psalmista loquitur ad patrem et per manum intelligitur filium
eius / et tunc secundum glossam exponitur sic / manus tua i· filius tuus inveniat i· puniat
per fidem et correctionem seu per predicationem omnibus i· ab omnibus inimicis tuis ut per eum
et per suos discipulos convertantur et dextera tua i· ipse filius meus sedens ·

Inventus
colorado

ad dexteram tuam cum venit ad iudicandum inveniat omnes qui te oderunt iuste
puniendo. Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui dominus in ira
sua conturbabit eos et devorabit eos ignis. Ad literam pones eos id est
involves eos igne iehenne in tempore vultus tui vel iudicii tui cum ostendes fa-
ciem terribilem ad condempnandum eos. Dominus in ira sua id est in vindicta conturbabit
eos perterrens contra eos sinistros et devorabit eos ignis iehenne non consumendo
sed eternaliter affligendo. Ille lectio sic. Hic ostendit quid pervenient mali scilicet pena conso-
rtionis et exteriori. Et dicit dextera tua inveniat omnes qui te oderunt quia pones
eos ut clibanum ignis id est ardentes intus in consciencia impietatis sue sed glosa qui-
d. Sicut ignis ardet in clibano intus sic vermis consciencie exuret dampnatos
ut vermis consciencie urantur et doleant. Ysa xxxiii. Conceptus vester ut ignis vorabit
vos. Osee vii. Omnes adulterantes id est peccatores eciam quasi clibanus succensus
a concupiscentia vel a dyabolo malas cogitaciones ministrante. In tempore vultus tui id est
in tempore tue manifestacionis in iudicio cum videbunt vultum tuum iratum. Apocalypsis
primo. Videbit eum omnis oculus et qui pupugerunt eum. Et quia corpori eciam exterius pu-
nientur. Subdit dominus rex in ira sua id est in iudicio futuro in quo ostendet se
iratum. Psalmus. Domine ne in furore tuo arguas me. Conturbabit eos sinistros quia
eos perterrendo. Mathei xxv. Ite maledicti in ignem eternum. Iob xxxiiii. Me-
dia nocte turbabuntur populi. Et devorabit eos ignis infernalis post sinistros
eternaliter in inferno non consumendo sed affligendo. Iob xx. Devorabit eum
ignis qui non succenditur. Fructum eorum de terra perdes et semen eorum
a filiis hominum. Ad literam fructum eorum id est bona temporalia ab eis auf-
feres quibus fruebantur et semen eorum id est imitatores a filiis hominum id est a soci-
etate sanctorum. Ille lectio sic. Hic ostendit duplicem penam dampnatorum scilicet penam
in amissione premiorum et meritorum. Et dicit fructum eorum id est premium ab eis in
suis operibus intentum perdes de terra scilicet viventium quia non invenient fructum
id est premium suorum operum eo quod de terra presenti consumeret fructum amantes terrena
et non celestia. Mathei vi. Receperunt mercedem suam. Psalmus. A fructu frumenti
vini et olei etc. Sapiencie iii. Vana est spes eorum et labor sine fructu. Ecclesiastici
Sapiencie iii. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Et semen eorum id est merita suorum operum
de quibus sperabant aliquem fructum vel eorum posteros et imitatores perdes
a filiis hominum id est ab heredibus sanctorum patrum ne cum eis sint heredes in eterna
beatitudine. Sapiencie iii. Ab iniquo thoro semen exterminabitur. Nota fructus ma-
li sunt peccata. Mathei vii. Arbor mala malos fructus etc. Fructus superbie.
Ysaie x. Visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur. Invidie. Psalmus. Dedit
eruce fructus eorum. Iracundie. Sapiencie iiii. Fructus illorum inutiles et acerbi ad manducandum
et ad nichilum apti. Fraudie. Proverbiorum xv. In fructibus impii conturbacio. Ebria-
citatis. Luce xii. Quid faciam quia non habeo ubi congregem fructus meos. Gule.
Proverbiorum xviii. De fructu oris eius replebitur venter eius. Luxurie. Romanos vi. Quem
fructum habuistis tunc in quibus nunc erubescitis. Quoniam declinaverunt in te ma-
la cogitaverunt consilia que non potuerunt stabilire. Ad literam possumus
enim illa littera ab illo loco Inveniatur manus tua exponi de punicione iude-
orum pro morte Christi quorum civitatem Iherusalem et templum Romani incenderunt
et ipsorum plurimos occiderunt et plurimos captivos per mundum dispserunt. Et quantum
ad hoc subdit quoniam declinaverunt in te mala scilicet pene Christum occidentes et
affligentes. Cogitaverunt consilia que non potuerunt stabilire. Iohannis xi. Inierunt
consilium interficiendi Christum ne occasione eius venirent Romani et tollerent
locum et gentem ut dictum est. Ille lectio sic. Hic ostendit qualiter pervenientur quia
iuxto iniquitatis et iuxto credis et dicit perversitas penas reprobi patientur

Require cap

xpm declinauerit in te mala i penas quas a romanis pati timebant
in te retorserunt Jo xi expedit vobis ut vnus homo moriatur pro populo et non tota
gens pereat / vel mala culpe que in eis erant / declinauerit in te i tibi
assc[ri]pserunt Jo viii demonium habes / cogitauerunt consilia scilicet te ve occide
et sic nomen tuum extingue Jo xi ab illo die cogitauerunt interficere eum dicentes
quid cogitauerunt et locuti sunt neq[uiti]as iniqu[ita]tem in excelso locuti sunt Sap ii
hec cogitauerunt et errauerunt / que tamen consilia non potuerunt stabilire i iuxta
voluntatem suam ea perficere nam consilium eorum de morte xpi euacuatum est per
eius resurrectionem Act v si est ex hominibus consilium hoc aut opus dissoluetur si vero ex
deo non poteritis dissoluere et quia xpm occiderunt regnum quod pro ipsius vita perdere
timuerunt per eius mortem amiserunt Quoniam pones eos dorsum in reliquiis
tuis preparabis vultum eorum ad lucem Quoniam pones eos i. eritis vertentes tergum
aduersarijs / et in reliquijs tuis hic est persequentibus preparabis vultum eorum
si confusionem que magis apparet in vultu quam in ceteris partibus corporis talle ite
versus et precedens exponitur / ad literam de malis etiam xpianis / qui declinauerunt in te
i. contra te / mala i peccata que sunt contra deum / et bene dicit declinauerunt quia sic inclinata
delectatio est de casu in casum sic declinatio a iustitia est mere de peccato in peccatum Gregorius
peccatum quod per penitentiam non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit et tandem
ad profundum contemptus et obstinationis deducit Prov xviii impius cum in profundum
peccatorum venerit contempnit / cogitauerunt consilia que non potuerunt stabilire quia repente
tollitur de felicitate temporali in qua cogitabat permanere Quoniam pones eos dor-
sum a facie tua eos deiciendo in infernum Math xxv discedite a me ma-
ledicti et in reliquijs tuis i in demonibus qui sunt a te totaliter reiecti tanquam
irremeabiles ad bonum preparabis vultum eorum ut videant ipsos demones horri-
biles Math xxv discedite a me in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis
eius talle ite sic hic tamen multum valet i diuiorum contemptu et in amore terre-
norum et dicit vmia tui hoc fecerit et que dicta sunt veniet eis / qui in presenti po-
nes eos dorsum ut sint de mundo te contempnentium et a te contemptorum sic ?
quia post populus dorsum Jer xviii dorsum et non faciem ostendam eis in die perditionis
eorum in reliquijs tuis i in amore temporalium a te et a tuis electis contemptorum
et reiectorum Mat xix ecce nos reliquimus omnia et preparabis vultum eorum i faciem
eorum ad insipientiam contra te ad accedendum te quia amore loci et ne perderent
gentes occiderunt xpm Jo xi Aliorum exponitur sic quia iudei perdita fama ideo
pones eos dorsum defendendo eos scilicet iudeos / sed in reliquijs tuis i in re-
dentibus quos assumes de populo gentium / preparabis vultum eorum i visu dabis eis
siue cognitionem diuinorum scripturarum transferendo ad ecclesiam gentium a iudeis quod in
auferetur a vobis regnum dei et dabitur genti facienti fructum eius Ro xi exponitur sic
ideo predicta pena erit eis in futuro qui in presenti pones eos dorsum present-
endo eos minuari ad tecta que reliqua sunt in reliquijs preparabis vultum
eorum i preparabis eos eorum intentionem ad accedendum te qui es fructus salutis mundi
ex inde relinquendum Tamen quia iniqui tu mala excogitauerunt et locuti sunt
contra te ideo pones eos tanquam dorsum super quod fabricauerunt peccatores / vel pones
eos dorsum i retro dorsum ut non videant faciem tuam / sed in reliquijs tuis
preparabis vultum eorum i vultus eorum preparatus sit aspectum demonum qui sunt relicti
et abiecti eternaliter a gratia dei Exaltare domine in virtute tua cantabimus
et psallemus virtutes tuas Ad literam quia maxime apparebit in finali iu-
dicio / cantabimus et psallemus virtutes tuas quia electi in patria continue cantabunt
laudes diuinas unde id psalmi qui habitant in domo tua domine in secula laudabunt
te Moraliter iste psalmus posset exponi de quolibet iusto regnum suum bene regente

sz qntu ad vires interiores et sensus exteriores cu dei adiutorio Ipse qd co
na finalr in toto et eius mia sz demones puenit in infno Alle se sic
hic ont a quo puenit sz a xpo exaltato et q ipe et sui exaltabunt Qui
cogitauerit te deprime et exinanire sed tu dne exaltare gloris resurgendo
et in celu ascendendo in virtute tua diuina vl merito humilitatis et passionis
tue Luc xviii Qui se humiliat exaltabitur et nos cantabimus deuote cordis
et psallemus deuote opis virtutes tuas i mirabilia que fecisti ps cantate
dno q mirabilia fecit Apocal hec e gl'a iusti desiderantis retributionis hec
eorum exaltare dne xe in virtute tua i iudiciaria ptate et nos iusti in
ducti ad eternas nuptias cantabimus et psallemus virtutes tuas i te et tuas
virtutes et maiestate laudabimus in eternu ps bti qui habitant i domo tua
Deus deus meus respice in me quare me dereliquisti longe a — xxi
salute mea verba delictorum meorum Ad literam antiqui hebrei expo
suerunt hunc psalmum de tribulatione tpis iudeos p aman in qua ad
uersarii parabant se ad occidendum eos Et titulo in hebreo ad victoriam
p cerua matutina ps dauid per ceruam matutinam intelligitur hester regina
que de liberatione ppli sui valde fuit solicita vl p aurora matutina intellr
congregatio ppli isrl sed ita expositio no sit vera q xe principium istius psalmi
ptulit in cruce dicens heli heli etc i deus deus meus quare me dereliquisti Alii
doctores exponunt istum psalmum ad literam de dauid qui fuit in psecutione saulis
a qua fuit diuinitus liberatus sed ecclesia doctores istum ps exponendum
est ad literam de xpi passione a qua fuit liberatus in sua resurrectione et p ceruam
matutinam in titulo intellr humanitas xpi q sic cerua latitat in cubili suo
et post ea exit in manifestu sic humanitas x latuit in triduo in sepulcro
sed tertia die apparuit resurgens a morte Et dauid ps describitur passio x et ex ter
mis infertur 2o eius resurrectio ex deitatis virtute ibi tu aut dne etc ps dt deus deus
meus rone humanitatis a te create respice in me positu in afflictione sed ita
prictam no e in hebreo respice in me sed hec iniptes addiderunt quare
me dereliquisti i manibus iudeorum me persequentium tradidisti eorum voluntati lon
ge a salute mea sz corporali q no fuit preseruatus a morte verba delictorum
meorum i delicta ppli sui dt tu ipse membrorum et capitis affirmatorum cu q fert
ea sua quodammodo sustinendo p eis penam In hebreo aut et in translatione hiero
nimi hebr habetur sic verba rugitus mei vl clamoris mei q xe in cruce
clamauit voce magna dicens heli heli etc Luce xxiii Alle le sic In predicti
pso psalmista determinat de duarum naturarum in xo vnione et vnitate et q vnio facta
est ipse in passione xpi et mundi redemptione hic determinat de x passione
et quamuis i titulo no exprimitur passio sed resurrectio tn p consequens sz p resurrectionem
intelligitur ante sz passio Titulus e talis In fine ps dauid p assumptione vl
susceptione matutinalis vl p cerua matutina et g ipse titulus ps respondens
in fine i in xpm de cuius passione agit ita dauid i xpi qui hic loquitur
quandoque i persona sua quandoque i persona membrorum suorum a xpi orantis pro
assumptione matutina i p resurrectione qua ad gloriam e assumptus que e mane facta
vl p cerua matutina i nra humana xpi que transiliendo spineta et lutu
peccatorum i p passionem in resurrectione ascendit ad alta qui ad quendam metonia iste
ps e primus i quo prolixe et late determinat de passione xpi et sunt quinque ps
de quibus patebit de hunc psalmi e passio xpi attendendo ipse nos monet
ad compassionem x Et diuiditur ps ps circa xpi consequenter se delictum in passione
2o describitur credo passionis ibi Circumdederunt ps ita ps exponitur duobus vl in
persona capitis vl membrorum ps deus deus meus geminat hoc no deus
ad ostendum affectionem vl deus pr deus spus scte vl deus omnium gnaliter

per creatorem / deus meus per cultum specialem / respice in me a vide afflictionem
meam pendentem in cruce Leo⁹ dr̄ x̄ dixit Christus psalmum in pa one et sequentes
usque ad illum versum In manus tuas domine &c · quare me dereliquisti · q · d · magna
videtur crudelitas quando dominus dereliquit servum suum fidelem et exponit eum penis
asperrimis / sed crudelius est qui pater filium suum unigenitum dereliquit / propter quod potest
ius pene pertinet in isto propter hoc ergo super omnia mirandum est / quod deus proprio filio
suo non pepercit Ro viii dicit ergo quare me dereliquisti i penis me exposuisti
et iudeorum cruciatibus cum tamen nullam contra me habent causam ysa liii qui peccatum
non fecit nec inventus est dolus / longe a salute mea i a sanitate corporis mei
Iob a planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas Lnoc
verba i clamor delictorum i peccatorum / meorum membrorum et electorum exigebat hoc
ysa liii propter scelus populi mei percussi eum et exponendo magis quomodo
pone verba delictorum tuorum / quia sit versio patris ideo te dereliqui in penis hec
fecerunt verba i clamores et suspiria tuorum membrorum ut eorum delicta tol-
lerentur et hoc vult ysa liii propter scelus populi mei Glo non exponit in persona
Christi sic deus deus meus respice in me oculo mentis qui videns mei esse
oblitus / hoc autem non est in hebreo sed additum est a lxx interpretibus / magis
sensum quam verba sequentibus sic dicit glossa quare me dereliquisti scilicet etiam mea
non mea persona exponendo malis culpe et pene ysa xlix / dixit syon
dereliquit me dominus / longe a salute mea ideo me dereliquisti quia sum in peccatis
et longe est a salute mea ps longe a peccatoribus salus / verba delictorum
meorum i verba in quibus delinquo sunt longe a salute mea i faciunt me
esse longe a salute mea Ordinaria dicit Christus deus deus meus / geminando hoc dictum
deus ad ostendendum magnum affectum vel deus pater deus spiritus sanctus ratione humanitatis mee a
te create / respice in me i in meas afflictiones et etiam pendens in cruce quare
me dereliquisti i manibus iudeorum me persequentium traditum eorum voluntati
ut me exponerent penis et cruciatibus cum tamen nullam causam haberent contra
me / longe dereliquisti me a salute mea i a sanitate corporis mei quia in
corpore meo non est sanitas et non audis verba orantis et clamores mei
Ve[rba] verba delictorum meorum tuorum hoc est ideo te dereliqui in penis propter verba
i clamores orationis et suspiria tuorum membrorum et electorum ut per tuam passionem
eorum delicta tollerentur Ve[rba] verba i clamor delictorum i peccatorum membrorum
meorum et electorum exigebat hoc ut derelinqueres me a salute mea i ut
permitteres me pati afflictionem in corpore meo Ille expositionem istorum versuum
a primo posui quare post illum versum ad te clamaverunt et salvi facti sunt ostendo
consequitur solum ita signum Deus meus clamabo per diem et non
exaudies et nocte et non ad insipientiam michi · ad literam deus meus
&c quia ista hora nona diei clamavit in cruce heli heli Matt xxvii et no-
cte precedenti similiter clamavit pater mi si possibile est transeat a me &c et non exaudi-
es quia non fuit exauditus in ista oratione non enim procedebat ex voluntate
deliberativa / sed ex ratione afflictionum et motu sensitive partis proponente / ad
ostendum in Christo veritatem humane nature · de cuius integritate est pars sensitiva / et non
ad insipientiam michi scilicet hoc contigit quia non sum exauditus immo in hoc apparuit
eius maxima sapientia et quantum ad deitatem et quantum ad humanitatem quia iste medius
liberator humani generis fuit convenientissimus ut sic ipse penam solveret quam
debebat et deus redimeret qui poterat Ille le[gitur] sic hic construitur · quia clama-
bo non exaudit et dicit deus meus clamabo per diem scilicet hora nona diei in
cruce heli heli / et non exaudies ut preservares me a morte temporali
et clamavi nocte precedenti orando pater si fieri potest transeat a me calix iste ·

Matth. xxvi et non ad insipienciam michi id est quod ego clamavi et tu non exau-
disti hoc non fuit propter insipienciam meam quod insipienter clamasse et tu
non exaudisses. Et quod talis clamor fuit ex infirmitate humana quod sic ex-
pediebat me pati et redimere genus humanum et non voluisti exaudire
pro maiori et utiliori. Ambrosius tanta debuit esse humilitas in redemptore quanta
precesserat superbia in adam proditore. Sed quod ille primus homo se extulit usque
ad appetendam dei equalitatem, ideo deus debuit se humiliare usque ad hominis
infirmitatem et mortalitatem. Philip. 2° qui cum in forma dei esset non rapinam
arbitratus est se esse equalem deo. Hoc exponitur littera in persona stultorum seu ecclesie
sic deus meus clamabo per diem id est tempore prosperitatis ut maneat et non exaudies
quod non expedit michi prosperitas primo. Prosperitas stultorum perdet eos. Et nocte id est in
adversitate clamabo et cito exaudies quod virtus in infirmitate perficitur. 2 Co-
rinth. xii. Et in eo quod me non exaudies hoc non est michi ad insipienciam sed ad
sapienciam ut non exauditus discam quid et quo petere debeam. Nam quid oremus
sed sicut oportet nescimus. Nota clamandum est ad deum per diem et nocte ad hoc
ut sine intermissione oretur. Cessat vero sine intermissione orare. Item per
diem et nocte id est in die gratie et nocte peccati ut gratia conservetur et peccatum dimit-
tatur. Luc. vi panem nostrum cotidianum da nobis hodie et dimitte nobis etc. vel per die
et nocte id est in prosperitate et adversitate. Ysa. xxv venit mane et nox si que-
ritis querite et conversi venite. Clamet tamen deus quandoque non exaudit propter plures
causas. Primo propter petentis indiscretionem. Matth. xx nescitis quid petatis. 2° propter
petentis dubitationem. Iaco. i postulet in fide nichil hesitans. Aliquando
propter petentis indignitatem. Ysa. i cum multiplicaveritis orationes. Aliquando propter causam
pro qua petitur perversitatem. Ier. xiiii tu ergo noli orare pro populo isto in bonum.
Aliquando propter rei que petitur inutilitatem. ii Cor. xii propter quod ter dominum rogavi. Aliquando propter
petendi pravam intentionem. Iaco. iiii petitis et non accipitis eo quod male
petatis. Aliquando propter petentis iniquitatem. Ps. iniquitatem si aspexi in corde etc.

Tu autem in sancto habitas laus Israel. Ad literam id est omnia scire sanctis
et ordinate. Licet aliquando aliter inordinatis videatur. Alii legunt sic: Ostendit quare eum exaudire nolit quod habitat solum in sanctis. Et est laus sanctorum
et dicit clamabo nec exaudies ut me liberes qui me persequuntur. Tu autem habitas
permanenter in sancto id est in me qui sum sanctus. Io. xiiii pater autem in me ma-
nens ipse facit opera. Non creditis quod ego in patre et pater in me est. Et hec
est meum quod manens confortabis me. Laus Israel id est quod videntes et cognoscen-
tes deum laudant eum et per eum laudabiles sunt. Vel potest exponi littera ut sit
vox capitis in persona membrorum et tunc propheta ostendit quare eum nolit exaudire
et hoc duplici de causa. Primo quod solum habitat in sanctis. 2° quod est laus tantum sanctorum
et dicit propheta clamabo pro meis in die prosperitatis et non exaudies et hoc
contingit quod tu in sancto habitas id est per gratiam inhabitas corda sanctorum non peccatorum.
Ysa. lxvi hec dicit dominus habitans cum sancto cum contrito et humili spiritu. Ysa. xxxvii
in templum dei sanctum est quod estis vos. Eccl. xxiiii ego in altissimis habito.
Laus Israel id est laus illorum qui te per fidem et contemplationem videntes et in
te aspiciunt et te laudant. Deut. x ipse est laus tua et deus tuus. Vel in sancto
id est in eo qui est sine terra id est sine terrenorum cupiditate vel amore. Licet videatur
stultis quod eos deseras et obliviscaris. Augustinus quod sancti non semper exaudiuntur
ad votum hoc est pro eorum salute et quod mali exaudiuntur ad libitum hoc est
eis ad maiorem dampnationem. Eccl. ignis agit in paleam et in aurum pa-
leam urit in cinerem ab auro sordes tollit. Habitat ergo deus in illis
qui sunt in tribulatione meliores. In te speraverunt patres nostri sperave-
runt et liberasti eos. Ad literam liberasti eos de servitute egypti.

et captiuitate babilonis / que liberaciones fuerunt quedam figure huius libera
tionis per mortem meam facte. Alia lectura sic hic christus ostendit quod debuit exau
diri ex oratione patrum quos ipse deus exaudiuit et dicit me non exaudis. Glosa ordi
naria loquitur ex persona veteris hominis sed predecessores patres exaudisti / quia in te spe
rauerunt patres nostri antiqui. Ysa xxv. Sperasti in domino a seculis eternis. Spe
rauerunt inquam ... ad ostendendum eorum spei firmitatem. Genesis xlii.
quod autem 2o vidisti ad eandem rem pertinens scriptum fuerat ... est.
Glosa ordinaria. attende magnum decorem locutus est dum iterauit / sperauerunt / et li
berasti eos ab omnibus malis eruendo ut populum israel de egipto. Exo. xiiii.
danielem de lacu leonum. Dan. vi. tres pueros de camino ignis. Dan.
iii. Susannam de falso crimine. Dan. xiii. me autem non liberas de manibus inde
Ad te clamauerunt et salui facti sunt in te sperauerunt et non sunt confusi
corum. Ad litteram patet ut supra. alia lectura sic hic ostendit quod exaudiuit eos in collacione
bonorum scilicet salutis corporalis et mercedis interne / et dicit ad te clamauerunt patres
deuotam orationem. et salui facti sunt / accipientes a te salutem tam corporalem
quam spiritualem donum in presenti. ps. clamauerunt iusti et dominus exaudiuit eos.
Neemie ix. clamauerunt ad te et dedisti eis saluatores qui saluarent eos
/ in te sperauerunt expectantes laborum suorum premium in futuro / et non sunt confusi quia
impleta est spes eorum. Ro. v. spes non confundit. ysa. math. iii. quibus sperauit in
domino et confusus est quasi diceret. illi sperauerunt / et confusionem euaserunt / ego speraui et
extreme sum confusus. Mat. xxvii. confidit in domino eripiat eum si vult. Alia lectura in
persona christi pendentis in cruce uerba exponi dicentis in cruce / deus deus meus respice
in me / me a morte liberando quare me dereliquisti / derelinquens passionem exspo
nendo / hec verba dixit in cruce. Mat. xxvii. heli heli etc. in quo ostendit quod
non de se sentiunt sed id derelinquis quod verba delictorum / petitiones pro delictis
meorum electorum seu membrorum passione mea pro sua redemptione peracta
sunt longe a salute mea corporali / quia sunt causa mei ad patiendum. et id deus
meus clamabo ad te per diem / in claritate non ob mobilitatem rationis / et no
cte / in tribulatione sensualitatis petendo ut calix transeat a me nec exaudi
es me et non facies quod peto sed non ad insipientiam mihi hoc est quod non sum exau
ditus / est enim pro redemptione generis humani. Tu autem in sancto habitas quamuis
non exaudias tu autem habitas in sancto scilicet in me manendo / Laus israel / laus te
deuote videntium oculo contemplationis sic ego. In te sperauerunt me non ex
audis sed patres audisti quod maius est in te sperauerunt. Glosa. hucusque locutus
est christus in persona veteris hominis / sed hic in sequenti versu loquitur iam ipse in sua
persona. Ego autem sum vermis et non homo obprobrium hominum et abiectio
plebis. Ad litteram hic describitur ipsius christi derisio / cum dicit in persona eius
ego autem sum vermis / vilis et abhominabilis in oculis iudeorum / unde expuerunt
in faciem eius et colaphis eum ceciderunt tamquam contemptibilem. Mat. xxvi.
et non homo / non verus homo sed magis demonis agitatione / unde dicebant
Ioh. vii. demonium habes. obprobrium hominum / maiorum sacerdotum et phariseorum /
et abiectio plebis / scilicet ipse quamuis licet eum cum palmis honorauit / postea
tamen deceptus a sacerdotibus eum contempsit. Mat. xxvii. pretereuntes blasfemabant
eum dicentes etc. Alia lectura sic. Glosa dicit quod christus hucusque locutus est in persona ve
teris hominis / hic vero loquitur in propria persona quasi dicat. patres veteris testamenti liberasti
de variis tribulationibus sed me dereliquisti et ostendit vehementiam delictorum
usque ad contemptum hominum quem describit generaliter et specialiter / ps. dicit deus pater tu ma
gnificasti patres meos et saluasti eos / ego autem qui incomparabiliter eis sum
maior et dignior / sum vermis propter abiectionem / vel propter virginis similitudinem
quia sic vermis nascitur de sola terra sine semine / ita de sola terra / sic christus
de pura virgine. Ps. terra mea dabit fructum suum / propter hoc quod dicit sum vermis

ondit se maiorem antiquis patribus in natura humana · qui sunt ex semine
viri nati · et non homo solum tantum sed etiam deus proprie ondit se maiorem an
tiquis patribus per naturam divinam quam ipse habet et illi non habent · vel non sum
homo peior Job xxv homo putredo et filius hominis et sum obprobrium hominum · i · pe
catorum est autem obprobrium quando aliquod turpe homini imponitur sic iudei xpo dixe
runt demonium habes et dum ei spinis et colaphis illuserunt Luc xxii et
abiectio totius plebis quando persuasi a principibus xpo abiecto et preposito
latronem pretulerunt Jos xviii non barrabam sed barrabam Summa cum deus pa
tres nostros veteris testamenti de variis tribulationibus sed me dereliquisti
sti · ego autem sum vermis propter abiectionem quam fecerunt in me iudei licet sim
tamquam vermis propter similitudinem nam sicut vermis nascitur ex sola carne · vel ex
sola terra sine semine · sic ego ex pura virgine sine viri semine · et non
Ego · i · non sum similis homini propter sputa quibus facies fuit maculata et flagel
lata corporis mei mita vel non sum homo tantum sed etiam deus · vel non sum homo peior
et sic non merui abiectionem et sum obprobrium hominum scilicet peiorum qui turpia
imponunt mihi dicentes demonium habes et illudunt spinis et colaphis et
abiectio plebis que ad suasionem phariseorum et pontificum me abiecerunt
et repbaverunt et latronem pretulerunt Glosa ipsius apparet se vermem
propter multas rationes · primo quia ipse sicut vermis natus est sine coitu de virgine
Ysa vii ecce virgo concipiet · de terra nascitur petam quasi humore gaudendo ut patet
in parabola de ove Luce xv · per terram silentio repit cum hominibus humiliter
conversando Baruch iii post hec in terris visus est et cum hominibus conversatus · Certis
amantibus interior existit pertimendo se in passione humiliando Ysa liii o
vidimus eum et non erat aspectus et desideravimus eum despectum · tener durum
tamquam iniurias illatas sed patienter sustinendo Lii Re xxiii ipse est qui tenerrimus
agni vermiculus · duros dum tangit impenitentes graviter pungendo Act xvi
qui scindit sed lapide et cetera · piscis hamo impositus capit draconem in cruce
decipiendo Job xl hamo capiet eum et extrahes potius et cetera Omnes
videntes me deriserunt me locuti sunt labiis et moverunt caput
Ad literam omnes tam maiores quam minores videntes me deriserunt me
locuti sunt labiis me vituperando et blasfemando et moverunt caput me
scilicet perversam narrando Alle Le sit hic describit vehementiam derisionis
primo in summo · pyca primo ibi locuti et ego sum obprobrium hominum et abiectio
plebis · quia omnes impii gentiles iudei videntes me coram Caifa stantem
oculis velatum in pretorio pilati · in palacio herodis · et demum intuentes
in cruce appensum · deriserunt me Luc xxiii Stabat populus expectans et deri
debant eum principes cum eis Lj Reg iii fecit sinum in derisu omni populo ¶ Ista
derisio fuit figurata Gen ix qui cham derisit Noe patrem suum nudatum
et inebriatum · locuti sunt labiis me blasfemando Mat xxvii vach qui
destruis templum dei si filius dei est descendat de cruce et moverunt caput
me subsannando et quasi conminando Mat xxvii pretereuntes blasfemabant
eum moventes capita sua Glosa quod deriserunt dominum ihesum tres conminando
Jo xix milites plectentes et cetera · 2o veste alba induendo Luc xxiii Sprevit
eum herodes indutum veste alba · genu coram flexo salutando Mat xxvii
genu flexo · palmis cedendo Mat xxvi alii palmas · faciem conspuen
do Mat xxvi tunc expuerunt · regem appellando Mat xxvii · super
eum capita movendo Mat xv pretereuntes Lancardia que in aliis fecit
in prando Luc xxiii alios salvos fecit se ipsum et salvum faciat nunc ·

de 2 ps

8

Sperauit in domino eripiat eum / saluum faciat eum / quoniam vult eum. ad literam
quod locuti sunt sacerdotes blasphemantes eum subdit sperauit in domino eripiat
eum Mat. xxvii principes sacerdotum illudentes cum scribis dicebant alios sal-
uos fecit etc. et sequitur confidit in domino liberet eum si vult. Aliter lege sic quasi desce-
dit quod iudei improperabat ei quod deus non eriperet eum a passione nec suscitaret eum
a morte. et dicit mouerunt capita dicentes yronice sperauit in domino deo
patre suo ut dicit eripiat eum de manibus eorum crucifigi non permittendo
Mat. xxvii confidit in domino liberet eum nunc si vult / saluum faciat eum post
mortem resuscitando / quoniam vult eum id est diligit eum pater / propter quod ipse dicit Sap. ii.
si verus filius dei est suscipiat eum de manibus contrariorum. Quoniam tu es qui
extraxisti me de ventre spes mea ab vberibus matris mee in te pro-
iectus sum ex vtero / ad literam hic tamen verus homo recurrit ad diuinum
auxilium dicens quoniam tu deus es qui extraxisti me de ventre vel super naturam
me nasci fecisti de virgine / spes mea quia secundum diuinum est quod in christo fuit spes
inchoatum in eo erat etiam expectatio future glorie quo ad corpus / in te pro-
iectus sum ex vtero vel tibi in supposito vnitus a conceptionis principio
Aliter lege sic hic secundum glossam subdit causam irrisionis vel potius causam exaudi-
tionis / et ponit triplicem causam / prima quia diuinitus conceptus / 2o quia in solo deo con-
fidit / 3o quia cum sit venatus et colit et dicit sic deus ne discesseris a me /
quoniam tu es qui extraxisti me de ventre vel te operante conceptus sum in vtero
matris mee Mat. primo quod enim in ea natum est de spiritu sancto est / et etiam te operan-
te natus sum ex ea virginis integritate manente. Ezech. xliiii porta hec
clausa erit et vir non transiet per eam quoniam dominus deus ingressus est per eam
ingressu in vterum vel conceptione / ingressu deinde in mundum vel natiuitate / spes mea
ab vberibus matris mee quia secundum humanitatem meam ab infantia mea in te spem
meam pono Luc. xi beatus venter qui te portauit et vbera que suxisti etc.
Lira dicit spes mea continua ad futuram gloriam mei corporis / in te proiectus
sum ex vtero vel in te totam spem meam pono ex quo natus sum hoc non sic
alius qui nascitur in peccato / ps. Ecce in iniquitatibus conceptus sum. De ventre ma-
tris mee deus meus es tu / ne discesseris a me / ad literam in te deum meum
cognoui quia anima christi ab instanti conceptionis fuit repleta virtutibus et scientiis
ne discesseris a me / subtrahendo auxilium tuum Aliter lege sic hic christus in
continua homo se confitetur / se deum etiam ab instanti sue conceptionis et dicit in te
proiectus sum ex vtero / vnde etiam de ventre matris mee deus meus es tu
ab instanti conceptionis mee / vel de ventre matris mee etc. vel in mea hu-
manitate quam de ventre virginis assumpsi / te deum meum / et creatorem agno-
sco colendo et venerando / nam secundum diuinitatem non dicit pater deus filii / sed pater filii
et idem deus cum filio / vnde temptanti diabolo dixit / dominum deum tuum adorabis
et illi soli seruies Mat. iiii / et subdit quia tu es spes mea / ideo ne
discesseris a me tua consolatione et tuum auxilium in subtrahendo / quod intel-
ligendum est magis secundum attentionem quam secundum rem / dolebat enim magis in te
discessurum ab eo / quia eo mortuo ad vnitatem non deliquit corpus nec
animam descendentem ad infernum. Animam deus meus in te proiectus sum ex vtero quia
de ventre matris mee vel ab instanti conceptionis mee vel de ventre matris
mee vel in mea humanitate quam de ventre virginis assumpsi te deum creatorem
agnosco colendo et venerando ideo ne discesseris a me tua consola-
tione et auxilium in subtrahendo. Quoniam tribulatio proxima est et non est
qui adiuuet / Ad literam non subtrahas auxilium tuum a me / quoniam tribu-
latio proxima est id est acerbitas maxima mee passionis et non est qui adiuuet
eripiendo de manibus iudeorum / et per istam petitionem ostendit veritatem sue hu-
manitatis

Alr le sic hic xx orit nulla rem se exaudi ds ne discesseris a me deus
meus qui tribulatio mee pa omnis proxima e tempe quia iam instat et loco
q in corpe meo Mat xxvi Ecce appropinquat qui me tradet et 2c et non e
qui adiuuet ab instanti pa one et a morte liberando n tu due Ysa lxiii
Circumspexi et non erat auxiliator Ysa lxiii Torcular calcaui solus
et de gentibus non erat vir mecum Circumdederunt me vituli multi
thauri pingues obsederunt me Ad litteram vituli multi i iudei qui
pp insolentiam et carnis petulentiam vocantur vituli thauri pin obse
q iudei erant auari et diuitijs impinguati Alr le sic hic e 2 pars
principalis psalmi in qua describit seriem pa omnis xpi et po tunc captiuitate
xpi et dispersionem apostolorum et dicit tribulatio proxima e q circumdederunt me
vndique consilijs fraudulentis gladijs et fustibus Mat xxvi vituli multi
i iudei lasciui et sine iugo dei Ie l effusi estis sic vituli sup herbam
thauri pingues i principes et pontifices superbi mugientes ut thauri
et de habundantia temporalium lasciuientes Deut xxxii incrassatus e dilectus
meus Amos vi ve vobis qui opulenti estis in syon obsederunt me sic
castra ne euaderem diligenter obseruando Eze vi non extolles te in cogi-
tatione velut thaurus Iob xv aduersus deum erecto collo Aperuerunt
sup me os suum sicut leo rapiens et rugiens Ad litteram aperuerunt 2c q
desiderantes me deuorare sic leo rapiens et rugiens q crudelitate mag-
nitudine Alr le sic hic tamen malitia iudeorum in accusando cum auiditate
et crudelitate et dicit sup me os suum illo qui fere volentes me deglutire
os suum non sapia dei sed sua mala intentione reserauerunt me iniuste ac-
cusantes et falsum testimonium ferentes Tren 2 aperuerunt sup te os suum omnes
inimici tui sicut leo rapiens i me crudeliter apprehendentes Io qui tenentes
ligauerunt eum et rugiens i acclamantes ut traderet ad crucifigendum
Io xix crucifige crucifige eum Ie xii facta e mihi hereditas mea quasi leo in silua
contra me dedit vocem suam Sicut aqua effusus sum et dispersa sunt omnia
ossa mea Ad litteram aqua enim postquam effunditur de vase quamuis alij liquores
q aliis liquoribus effusis remanet sapor et odor p hoc intelligitur q iudei
ita intendebant eum annichilare q de eo nulla memoria remaneret et di-
spersa sunt omnia ossa mea i discipuli qui debebant esse robustiores in immi-
nente passione relinquentes eum fugerunt dispersi Io xvi venit hora ut disp-
gamini vnusquisque in propria et me solum relinquetis vel magis ad litteram
sic aqua effusus i destitutus vigore in parte sensitiua propter horrorem passionis
imminentis et dispersa sunt omnia ossa mea i a iuncturis dissoluta ita non di
Dan x due in visione tua dissolute sunt compages mee et nihil in me re-
mansit virium Alr le sic hic orit apostolorum dispersionem relinquentium xpm et
eius doctrinam et dicit raptus sum ab inimicis tanquam a leone et sic aqua sum
effusus i ita viliter sanguis meus facta e effusio ab eis effusio sic aqua
que vilis et q p nullo reputatur 2 R xiiii omnes morimur et sic aqua di-
labimur in terram et dispersa sunt omnia ossa mea i omnes apostoli mei qui
erant q membra mea corporis fortiora Mat xxvi tunc discipuli eius relic-
to eo fugierunt Circumda apprehensus sum ab inimicis meis tanquam a leone
et sic aqua effusus sum i destitutus sum vigore corporis propter horrorem
pa omnis imminentis vel sic aqua effusus sum i ita intendebant me annichilare
q nulla memoria mei remaneret vel sic aqua effusus sum i ita viliter et
habundanter sanguinis mei facta e ab eis effusio sic aqua que q p nullo
reputatur et dispersa sunt omnia ossa mea i a iuncturis suis dissoluta vel di-
spersa sunt omnia ossa mea i omnes apostoli mei qui erant membra mea corporis
fortiora dispersi sunt a me Nota pa o xpi comparatur aque po propter rae
dentium ablutionem Apoc po lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo

Secundo pp^r ginnacoy et seruitium Hebr^e ix sine sanguinis effusione non fit
remissio peccatorum · et pp^r p[er]egrinum lapsum et extimacionem Mat xxvii San-
guis eius super nos et super filios nostros ¶ Nota x^e in passione sua d^r effusa
sit aqua ad lavandum immunditias Zach xiii Erit fons patens domui Dauid
et habitantibus ierusalem in ablucionem peccatorum Ad refrigerandum concupiscencie feruidos
Prov xxv aqua frigida anime sicienti Ier xviii Nunquid de petra agri de-
ficiet nix libani aut auelli possunt aque frigide et defluentes Ad po-
tandum sitibundos Ioh iiii qui bibit ex hac Ysa lv Sicientes omnes
Ad extinguendum ignem infernalem accensos Ecc iii · ignem ardentem extinguit
aqua · et elemosina resistit peccatis Ad humectandum aridos Ysa xxxv
que erat arida in stagnum · ad fecundandum infructuosos Ecc xxiiii di-
xi rigabo ortum · ad submergendum adversarios Exod xv submissi sunt quasi
plumbum · ad faciendum cadere superbos · et erectos Ps fiat via illorum tene-
bre et lu Ieremias iiii lubricam vestigia Et Factum est cor meum tam-
quam cera liquescens in medio ventris mei Ad litteram Sicut cera ex
calore ignis resoluitur sic cor humanum magis quam plus sensitiue organum
corpore sensibili impressum et hoc fuit in xpo · ne tamen fuit in eo aliquid
deordinatum Albertus sic hic ondit quod discipuli xpi dispersi sunt eius doct-
rina abiicientes et d^r io discipuli mei fugientes · quod cor meum i doctrina ex
corde meo prolata Math xii bonus homo de thesauro suo i de corde suo p[ro]-
fert bona factum est liquescens sic cera i discipulis meis quod igne tribula-
cionis ab eis euanuit et qui est amicabilitas quod obliti erant preceptorum cristi
quando predixerat sua tradicionem · et captiuitate in medio ventris mei i in col-
legio apostolorum meorum qui quasi ventres molles fuerant et infirmi · antequam sunt
confirmati per spiritum sanctum Aruit tamquam testa virtus mea et lingua mea
adhesit faucibus meis et in puluerem mortis deduxisti me · ad litteram
quod humor eius in corpore xpi fuit quasi exhaustus per sudorem sanguineum
Luc xxii et per extractionem sanguinis in flagellacione coronacione · manuum et
pedum confixione et lateris apertione in cuius signum post sanguinem exiuit aqua
Io xix ad ondendum quod corpus remansit quasi ex sanguine et humore siccum · et ossa
mea conturbata sunt quod defficiente sanguine defecit virtus ossium · et lingua mea
adhesit faucibus meis propter sitim et in puluerem mortis deduxisti me
i ad mortem per quam corpora rediguntur in puluerem In corpore xpi fuit ab hoc
separatum per suae veram anhelandum super Ps xv Albertus sic hic ondit
tamen quam discipuli v^l dispersi fuerunt quod obliti sunt miraculorum que xpus
coram eis fecit · et d^r ideo discipuli dispersi sunt quod virtus mea i potestas in fa-
ciendo miraculis · Aruit tamquam testa i tamquam fragilis viluit · non opera-
rendo quod tunc noluit facere miracula Abac iii ibi abscondita est fortitudo
eius · et io spreuit cum herodes cum exercitu suo Luc xxiii quod coram eo nullum
fecit miraculum · et io dicebant iudei si filius dei est descendat de cruce Mat
xxvii et lingua mea adhesit faucibus meis i nichil loquebatur nec
ad interrogata respondebat quasi esset mutus Mat xxvii et non respondit ei verbum
Sinnile nec herodi Luc xxiii Ysa liii Sicut agnus coram tondente se ob-
mutuit · et in puluerem mortis deduxisti i deduci permisisti per capitos
iudeorum quod corpus meum fuit positum in sepulcro Ps estimatus sum cum descen-
dentibus in lacum Nota quod peccator habet cor aridum ad bene cogitandum Ps percu-
ssus sum ut fenum et aruit cor meum · animam aridam ad bene volendum Num xi
anima mea arida est · linguam aridam ad bene loquendum Ysa xli lingua
eorum siti aruit Manum aridam ad bene operandum Luc vi erat homo et manus
eius dextra erat arida Brachium aridum ad bene supportandum Zach xi brachium
eius ariditate siccabitur Ossa arida ad bene standum Eze xxxvii ossa arida
audite verbum domini · omnia membra ad bene faciendum arida Ioh xv mittetur foras

sic palmes et arescet. Quoniam circumdederunt me canes multi, concilium mali-
gnancium obsedit me. Glossa ad literam, i. iudei ostendens se ad me non sicut homines
sed sicut rabidi canes. Concilium malignancium obsedit me. Mathei xxvii mane
autem facto consilium inierunt ut eum morti traderent. Alle. le. sic hic tangit
crucifixionem et post malignantes prevaricatum in verbis, 2º in consiliis, et dicit circuit
tanquam bestia victima mea quia circumdederunt me canes multi, i. iudei oblatra-
tores et mordentes per detractiones. 2 Petri ii. Ysa. lvi. canes impudentissimi
nescientes saturitatem. Concilium vel consilium malignancium obsedit me, scilicet iudeorum
et concilium de morte mea tractancium. Jo. xi. collegerunt pontifices et pharisei con-
cilium etc. Postea quibus consurgens in adulescentia etc. obsederunt me quasi civitatem ad ca-
piendum et subvertendum. Ysa. xxvi. urbs fortitudinis Syon salvator ponetur etc. Nota
quod peccatores canibus comparantur quia Evangelium sunt cetera: tamen per facta pa-
Quia saturari non possunt incessant congregando. Ysa. lvi. canes impu-
dentissimi nescientes saturitatem. Quia ad vomitum redeunt, peccata iterando. Proverbiorum
xxvi. sicut canis qui revertitur ad vomitum. Quia latrant veritati contradicendo. Ysa.
lvi. noluit sanctum dare canibus. Quia extraneos homines mordent bonis detra-
hendo. 2 Regum xvi. quare maledicit canis hic mortuus etc. Quia aquam
lambendo bibunt veritatem audire contempnendo. Judicum vii. sicut canes solent
lambere. Quia vulnera lingunt peccata et malefacta laudando. Luce xvi. sed et
canes veniebant etc. Quia immundi sunt luxurie vacando. Deutronomii xxiii. non offeres
mercedem prostibuli nec precium canis in domo Domini. Quia in ecclesie ingressu
arcendi sunt in iudicio. Apocalypsis ultimo foras canes etc. Foderunt manus
meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Glossa ad literam foderunt
etc. clavis in cruce perforando, et licet hoc fecerunt milites presidis qui
erant gentiles, hoc tamen fuit factum ad importunam peticionem iudeorum. Dinumera-
verunt omnia ossa mea, i. dinumerare potuerunt omnia ossa in meo corpore quod
fuit extensum sicut arcus. Alle. le. sic hic ponit penas quas Christus passus est
in cruce a militibus qui executi sunt mandatum iudeorum, et dicit foderunt
manus meas et pedes meos clavis grossis perforando et quasi foveas
faciendo. Zacharie xiii. consiget eum pater eius scilicet pontifex et mater eius scilicet sinagoga
dicentes quid sunt plage iste in medio manuum tuarum. Et dicitur fodi sicut terra
ad fructificandum. Cassiodorus: corpus Christi clavis affixum latus lancea perfora-
tum fructum nobis attulit sine fine mansurum. Dinumeraverunt omnia ossa mea,
i. dinumerabilia fecerunt, corpus meum extendentes in ligno crucis extendendo.
Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me. Diviserunt sibi vestimenta mea et
super vestem meam miserunt sortem. Glossa ad literam inspexerunt me, estimantes me
hominem purum eo quod videbant me talia passum. Diviserunt sibi vestimenta mea. Jo.
xix. acceperunt vestimenta eius et fecerunt quatuor partes etc. et super vestem meam
miserunt sortem, i. super tunicam eius inconsutilem quia non erat conveniens divisi-
bilis miserunt sortem eius quibus cederet tota. Alle. le. sic hic ponit mali-
ciam assistencium in aspiciendo et in spoliando, et dicit Ipsi vero iudei a sua
malicia perfossionum manuum mearum et pedum non in cruce mutati con-
sideraverunt me extra corpus meum distensum tenendo, et inspexerunt in-
terna fossa diligenter intuendo, non compaciendo. Jeremie xxxi. computo quod malum
est eius nescio. Zacharie xii. aspicient in me quem confixerunt. Alia litera habet
non intellexerunt me, i. infirmitate mea quamvis non vidi virtute vide-
o. Diviserunt sibi vestimenta mea ipsi milites quatuor partes faciendo. Jo. xix.
et super vestem meam, i. tunicam inconsutilem que erat de super contexta per totum,
miserunt sortem cuius fieret sortiendo. Jo. xix. non scindamus eam sed sorti-
amur de illa cuius sit. Augustinus sic glosat per vestimenta Christi intelliguntur
sacre scripture, per tunicam inconsutilem caritas vel unitas ecclesie designatur.

Per illos qui vestimenta diuiserunt pulsores scripturarum et heretici intellig-
untur qui scripture et sacramenti ecclesie diuidi p(er)mit p(er) hereses sed tunica de-
super i(d est) adeo p(er) totum contexta que e(st) caritas et vnitas katholice ecclesie non
potest diuidi et hac fuerunt diuina sorte desuper et nulli errori cedit. Tu
autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me ad defensionem meam conspi-
ce. ad hebreos. hic contra describit p(er) ea vtute dei b(ea)ti qua xp(istu)s ho(mo) postu-
lat deus. tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me q(uod) factum e(st) p(er) accele-
racionem resurrectionis sue que facta e(st) tercia die. aliter le(gitur) sic enarratum pa(tre) o(mn)e. oat
p(er) accelerande resurrectionis. et p(ost)ea petit accelerari resurrectionem. 2o erui a morte. et d(icit)
ita xp(ist)i faciunt. tu autem domine pater ne elongaueris auxilium tuum a me vsque
ad diem nouissimum meam resurrectionem differendo. sed accelera meam resurrectionem q(uod) factum e(st)
qua tercia die eum suscitauit. act(uum) ii que deus suscitauit soluto doloribus inferni
ad defensionem meam conspice omnia nocumenta quibus impediri posset mea re(surrectio)
amouendo. Math. xxviii. Iudei g(e)n(ti)o custodiri sepulcrum angelus domini descendit etc.
et exterriti sunt custodes etc. Erue a framea deus animam meam et de ma-
nu canis vnicam meam. ad hebreos. erue a fra(mea) etc. i(d est) a morte violenta
que gladio solet infligi q(uod) factum e(st) p(er) hoc q(uod) licet plage sibi illate et tor-
de sua non deduxerunt ho(mi)nem p(er)fecit vsque ad separacionem anime a corpore tamen non
sit separata in xp(ist)o sed ipsa voluntate. Io x. ego pono animam meam et nemo
tollet eam a me. sed ego pono eam a me ipso i(d est) p(ro)pria voluntate mea et de
manu canis vnicam meam i(d est) de potestate inferni qui deuorat auide ut canis
Aliter le(gitur) sic hic petit a morte erui animam suam et ecclesiam et d(icit) domine ad de-
fensionem meam conspice et erue a fra(mea) meam animam meam a morte que sic
gladius animam a corpore diuidit. me ad vitam resuscitando. Et de manu ca-
nis i(d est) de potestate diaboli et inferni qui deuorat auide ut canis vnicam
meam i(d est) ecclesiam meam liberando. Cant(icorum) vi. vna e(st) columba mea. uel erue a fra(mea)
i(d est) a lingua detractorum et insultancium et de manu canis vnicam meam i(d est) a-
nimam de potestate iudei in re(surrectione) oblatrantis. Salua me de ore leonis
et a cornibus vnicornium humilitatem meam. ad hebreos. salua me etc. leonis
i(d est) iudaici populi qui e(st) crudelis ut leo et a cornibus vnicornium i(d est) a presumpcio-
ne et superbia militum qui me putabant custodire in sepulcro. Aliter le(gitur) sic
hic petit se saluari de potestate regnorum scilicet demonum et hominum d(icit) Salua
me de ore leonis i(d est) diaboli qui circuit q(uod) deuoret. animam meam ab inferis
educendo. Pet(ri) v qui non derelinques animam meam in inferno. de ore leonis i(d est) diaboli etc.
p(rim)a pe(tri) v. uel ex ore leonis i(d est) principum secularium ut pilati uel herodis me de
eorum potestate p(er) resurrectionem liberando. Ro(manos) vi. xp(istu)s resurgens ex mortuis iam non moritur
et a cornibus vnicornium i(d est) a potestate et superbia iudeorum de singulari dei
cultu qui de vno cornu superbiencium uel quorumlibet superborum singularem glori-
ancium. humilitatem meam i(d est) me humilem. nomen meum et ecclesiam meam ab eis
extinguinon permittendo. Num(eri) xxiiii. cornua eius ut rinocerotis. Nota
2m glo(ssam) vnicornis e(st) animal superbissimum q(uod) d(icitu)r mori ex indignacione si p(ro)pter cap-
tiuitate sua teneatur. Cuius tamen vnum cornu. Narrabo nomen tuum fratribus
meis in medio ecclesie laudabo te. ad hebreos. Narrabo no(men) t(uum) i(d est) apostolis et aliis
quam discipulis quibus manifestat resurrectionem suam factam virtute dei patris ad lau-
dem et gloriam sui nominis. in medio ecclesie laudabo te i(d est) faciam te laudare
p(er) apostolos alios qui crederent qui in die penthecostes repleti gracia spiritus sancti
loquebantur magnalia dei. Act(uum) ii. Aliter le(gitur) sic hic primitus laudatorem dei
ostendens vtilitatem sue passionis. 2o alios inuitat ad laudem illi qui timetis.
et d(icit) sic qui saluasti me ex ore leonis animam meam educendo ab inferis
tunc narrabo nomen tuum fratribus meis i(d est) apostolis et aliis discipulis meis p(re)-
dicando. Io xvii. pater manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti michi
Ioh xx. vade ad fratres meos et dic eis ascendo ad patrem meum etc.

fratres suos ... per conformitatem caritatem et dilectionem. Hebr. ii non confunditur
eos vocare fratres dicens: nunciabo nomen tuum fratribus meis in medio ecclesie lauda-
bo te, id est in tota ecclesia mea publice te faciam laudare. Eccli. xv in medio ecclesie
aperuit os eius etc. Qui timetis dominum laudate eum, universum semen iacob glo-
rificate eum. Ad hebr. Hic ex tanto beneficio invitat alios ad laudandum deum
dicens: qui timetis dominum timore filiali laudate eum corde et ore. Universum semen
iacob, id est universi imitatores fidei eius et operum, glorificate eum coram omnibus
absque timore et verecundia honorantes eum, quia gloria est honor exhibitus
alicui coram multis in testimonium virtutis sue, ut dicit commentator super primo ethicorum.
Alia lectura sic: Hic invitat alios ad laudandum deum, scilicet prelatos et magistros,
et dicit: Ego in medio ecclesie laudabo te deus, et vos qui timore filiali time-
tis dominum, incipientes, quod est maxime incipientium, quia perfecta caritas foras mittit
timorem. Prima Io. iiii. Laudate eum eius beneficia et magnificentiam recolendo.
Universum semen iacob non carnale sed spirituale, scilicet qui vincit mundum, carnem
et dyabolum, quod est maxime perfectorum virorum, designati per iacob qui supplantavit
esau fratrem suum seniorem, glorificate eum eius gloriam ubique narrando. Eccli.
xliii. Glorificantes dominum quantumcumque poteritis adhuc supervalebit. Et tota sua
glorificant deum multipliciter, primo corpora sua domando. i. Cor. vi glorificate et
portate deum in cordibus vestris. Bona que faciunt ad eum referendo. i. Cor. x. Si-
ve ergo manducatis sive bibitis vel aliud quid facitis omnia in gloria dei
facite. A malis propter eum abstinendo. Ysa. lviii et glorificaveris eum dum non facis
vias tuas et non invenitur voluntas tua. Exempla bona hominibus prebendo. Math.
v. Sic luceat lux vestra. Non solum consilia eius sed et precepta eius implendo.
Ps. deus qui glorificatur in consilio sanctorum. Cum de beneficiis suis devote laudando.
Gal. i. In me glorificabant deum. Opera eius admirando. Math. ix glorificaverunt
deum scilicet qui dedit potestatem talem hominibus. Scripturas eius docendo. Ysa. xx-
iiii in doctrinis glorificate dominum. Adversa propter eum sustinendo. i. Pet. ii glori-
ficent deum in die visitationis. Timeat eum omne semen israel, qui non sprevit
neque despexit deprecationem pauperis. Ad Rom. Timeat eum etc. non carnale sed spi-
rituale. Rom. ix. israel quoad carnem et secundum spiritum. Qui non sprevit neque despexit
deprecationem pauperis, id est Christi qui in paupertate fuit natus, conversatus, crucifixus
et mortuus et in alieno sepulcro sepultus. Alia lectura sic: Hic monet ad ti-
mendum deum et ponit causam timendi dicens: timeat eum omne semen israel, id est qui-
cumque sunt imitatores israel, scilicet per fidem videntes deum, videndo timeat eum reveren-
do et sinendo. Job xxxi semper quasi timentes super me fluctus timui deum. Qui
non sprevit totaliter respuendo et contempnendo neque despexit exaudire ne-
gligendo et differendo deprecationem pauperis, id est humilis qui est pauper spiritu et qui
de se non presumit nec de potentia sua superbit. De isto dicitur Eccli. xxxv oratio
humiliantis se nubes penetrabit. Nec avertit faciem suam a me et cum clama-
rem ad eum exaudivit me. Ad Rom. Quia Christus in omni oratione sua providente ex re-
verentia deliberativa semper fuit exauditus, ut dicitur ... super Hebr. v. Alia lectura sic:
Hic ostendit quod deprecante se deus non contempsit et dicit: nec avertit faciem suam a me
deprecante me et mea oratione non spernendo. Thob. iiii noli avertere faciem tuam
ab ullo paupere, nec a te avertetur facies domini. Et cum clamarem ad eum exaudivit me pre-
ces meas devotas semper implendo. Io. xi ego sciebam quia semper me audis. Sed
post dixit clamavi per diem et noctem et non exaudies et hic dicit oppositum. Re-
spondeo ideo est ut fideles capiat exemplum sicut Christus in quibus expediebat fuit semper
exauditus et non in aliis in quibus non expediebat, sic fideles non tristen-
tur si semper ad eorum voluntatem non exaudiuntur. Apud te laus mea in ecclesia
magna, vota mea reddam in conspectu timentium eum. Ad Rom. Apud te etc. Istud
verbum est directum ad patrem, quia Christus in nomine patris laudatur in ecclesia per orbem
terrarum diffusa. Vota mea, id est corpus meum et sanguinem voluntarie a me

oblata in cruce. reddā subām panis. et vini in corpꝰ meū et sanguinem
in sacramento eukaristie. ipse enim ē sacerdos summus qui hanc ꝯsecratoz efficit
virtute diuina. sacerdos aut̄ ecclīasticus nō ē nisi minister. ꝓferens vba ꝯsecra-
cionis i noīe eius. in ꝯspectu timencium eum. i fideliū quorum quibꝰ in eccla
ꝯficit̄ hoc sacrm̄. Alle le sic hic tangit laudē magnitudinis extensiua et
intensiua et dicit xpc deo patri laus mea ē apud te i in te. nā laus mea per
totū mundum inter fideles diffusa a te venit id laudabo te et laudari pro-
curabo p fideles in eccla mag i in eccla vniuersali que ē in toto mundo
Malachie p° ab ortu solis usque ad occasū magnum ē nom̄ meum i gentibus
vota mea i sacrificia corporis et sanguinis mei. reddā i instituā et ymo-
labo ac ymolari faciā. in ꝯspectu timencium eum i in eccla fideliū p
quorum salute ymolatur. Edent pauperes et saturabuntur et laudabunt dnm
qui requirunt eum viuet corda eorum in seculum seculi. Ad lram edet pauperes
i vere humiles et saturabuntur qr ꝓficit eis hoc sacram̄. et laudabunt dnm
qr cū diuinis laudibus et graciarum accione debz accipi hoc sacrm̄. viuet corda
eorum in seculum seculi qr viuificat spualiter et etnaliter Io vi Si quis manducauerit
ex hoc pane viuet in etnm̄. Alle le sic hic ont̄ aliū fructum pro omībus xpi
scz credencium refectionem ex xpi corpore et sanguine et ont̄ ad quos ꝓdest sumpcio
corporis et sanguinis xpi et quibus ꝓdest. et dicit vota mea et sacrificia i corpus
meū et sanguinem. edent i sacramentaliter et spualiter sument et manducabunt
Io vi panis quē ego dabo caro mea ē p mundi vita. pauperes i humiles
et contemptores huius seculi Math v Bti pauperes spū. et saturabuntur p internā
et spiritualem refectionem. Prouerbiorum xiii iustus comedit et replet animam suā. venter
aut̄ impiorum insaturabilis est. et laudabunt dnm. glo pauperes deū laudant,
diuites se. et id pauperes sunt qr dnm laudant ut eū capiant et ipse ē diuite
pauperum. diuites ꝯtempnit imple archam terrenis opibus. pauperes ꝯtempnit
imple cor deo et diuinis spiritualibus. et id si eorum corpora moriantur. tn̄ anime
viuent. laudabunt dnm p graciarum accionem. qui requirunt eum i ueraciter et frequenter
ꝯtempnunt eum nō aliū. In signum huius post cenam dnus et discipuli eius. ympno dicto
exierunt in montem oliuarum Math xxvi. viuet corda eorum in seculum p vite spu-
alis etna adepcionem. uel in seculum i etnaliter in etna btitudine Io vi si quis man-
ducauerit ex hoc pane viuet in etnm̄. et dicit corda nō corpora qr cibus iste spualis ē nō cor-
poralis. vn licet et si moriantur corpore viuunt corde i in anima. Sma vota mea
et sacrificia i corpus meū et sanguinē edent i sacramentaliter et spualiter sument
et manducabunt pauperes i humiles et contemptores huius seculi et saturabuntur per
internam et spualem refectionem. et laudabunt dnm p graciarum accionem qui requi-
runt eū nō aliū. viuet corda eorum i seculum seculi p vite spualis etnam
adepcionem uel etnaliter in etna btitudine. Reminiscentur et conuertentur ad dnm
vniuersi fines terre. Ad lram verbum est Rdauid predicentis conuersionem omnium gen-
tium ad fidem xpi cum fine mundi. Alle le sic hic ont̄ quibus ꝓdest huius sacramenti
suscepcio qr toti eccle et dicit qr pauperes i humiles celebrando et sumendo
sacramentū corporis xpi reminiscentur i recordabuntur passionis xpi Luc xxii hoc
facite i meam commemoracionem. Vel reminiscentur dnm dei sui p fidem et conuertentur
ad dnm i in xpm dnm quodammodo p imitacionem et p suscepcionem huius sacramenti
mutabuntur in ipsum. Augustinus i libro ꝯfessionum nec tu me mutabis in te sic cibum carnis
tue sed tu mutaberis i me. vniuersi fines terre i omnes gentes ad fidem xpi
conuertentur de vniuersis finibus terre. Ysa xlv conuertimini ad me et salui eritis
Sma pauperes i humiles celebrando et sumendo sacramentū corporis et sa-
nguinis xpi reminiscentur passionis eius i faciet i eius commemoracionem. et conuertentur
ad dnm i mutabuntur quodammodo in xpm dnm p imitacionem et suscepcionem huius
sacramenti. Vel sic reminiscentur scz gentiles dni dei creatoris sui. cognoscendo
eum p fidem ad predicacionem euangelii et conuertentur ad dnm per caritatem

diligendo eum ex toto corde. vniuersi fines terre id est homines de vniuersis finibus
terre. Et adorabunt in conspectu eius vniuerse familie gentium. ad literam et
adorabunt in conspectu eius adorando latrie vniuerse familie gentium sicut predictum fuit
Daniel vii omnes populi tribus et lingue seruient ei. August. etc. sic hic ostendit quod vniuerse
gentes conuerse ad deum per fidem adorabunt eum et dicit et adorabunt adorando
latrie procedentes genibus cordis uel etiam corporis. iii Reg. viii utrumque enim genu
in terram fixerat. in conspectu eius id est coram deo uel in conscientia ubi ipse videt. uel
in fide qua videtur. vniuerse familie gentium id est omnes credentes de vniuersis finibus
et omnibus familiis gentium. Ps. omnes gentes quascumque fecisti venient et adorabunt coram te.
Quoniam domini est regnum et ipse dominabitur gentium. ad literam quia domini est regnum quia
ipse scilicet christus cum eidem cum patre in diuinitate. dominabitur gentium. August. li. sic
admodo debet adorari deus quia domini est regnum id est totius vniuersi terre imperium quia ipse
est rex regum. Apoc. xix Rex regum et dominus dominantium. et ipse dominabitur gentium
ad fidem conuersarum quamuis iudei dixerunt nolumus hunc regnare super nos. tamen quia
tollere dele non potuerunt quin ipse eternaliter regnabit super eos. et sic omnes gen-
tes conuersos ad fidem. Sic Dauid primus regnauit in ebron super iudam septem
annis deinde in ierusalem super omnes tribus israel. Manducauerunt et adorauerunt omnes
pingues terre in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram. ad
literam manducauerunt etc. id est repleti diuitiis et honoribus cuius modi sunt principes et
alii qui de nocte manducant corpus christi. modo dicit sumunt et sic dicitur manducauerunt
et adorauerunt quia corpus christi nemo digne sumit nisi adoret. in conspectu eius cadent ex latrie
reuerentia quia scilicet ex hoc quod in hebreo et in translatione ieronimi habetur. et
curuabunt genua quod est proprie latrie signum. omnes qui descendunt in terram id est omnes
mortales homines. August. etc. sic hic ostendit quibus non prodest huius sacramenti perceptio
et dicit non solum pauperes edent sacramentum corporis et sanguinis christi. sed etiam
manducauerunt id est manducabunt corpus domini sacramentaliter non spiritualiter sicut iudas
et adorauerunt id est adorabunt exterius genua flectendo non corde et non sunt
veri adoratores qui adorant in spiritu et veritate. omnes pingues terre id est diuites
in terrenis non in spiritualibus homines qui plus appetunt terrenas diuitias quam
deum quia scilicet manducant boni et mali. boni ad meritum. mali vero ad iudicium
sed in conspectu eius id est in occulta et inuisibili consideratione dei qui solus est cognitor
secretorum. cadent in presenti per culpam. et in futuro per penam et ad eternam dam-
pnationem. ut cadet ex latrie reuerentia genua curuando. i Cor. xi qui man-
ducat et bibit indigne etc. omnes qui descendunt in terram id est qui ab amore
dei declinant ad amorem terrenorum. uel qui descendunt in terram id est omnes mortales
homines. Nota qui vult manducare panem eucharistie debet animo ieiunare.
i Cor. xi quemadmodum in uino. debet se probare. i Cor. xi probet autem se homo.
debet se mundare. i Reg. xxi si mundi sunt pueri. debet christi passionem recolere. Luc. xx
ii hoc facite. debet hoc sacramentum credere. Heb. xi accedentem ad deum oportet credere.
August. crede et manducasti. Tertio in sacramento adorare ut hic. August. nullus manducat
nisi prius adoret. debet cum lacrimis et deuotione accedere. Ps. cibauit nos pane etc.
Nota quod eucharistie cibus digne conmedentes sanat peccatorum. i Cor. xi
ideo inter vos multi infirmi. Confirmat contra pristinam temptationem. Ps. ut exhila-
ret faciem. Sustentat contra impetum tribulacionum. iii Reg. xxiv tollite muscam
et pro sustentate eum pane. Delectat per delectationem affluentem. Sap. xvi prestitisti panem
de celo. Satiat infusione gratie et hic Ps. pane celi saturauit
Impinguat augmento caritatis et uirtutum. Ysa. xxx panis frugum terre
erit vberrimus et pinguis. Viuificat perducendo ad vitam eternam. prima. Ioh.
vi qui manducat hunc panem etc. Et anima mea illi viuet et semen meum
seruiet ipsi. ad literam et anima mea illi viuet quia Dauid habuit fidem et vetus
et semen meum seruiet ipsi id est posteritates mei in fide. In hebreo autem habetur
et animam suam non viuificauit. cui concordat translatio ieronimi. in hebreo quod sic habet et
anima eius non viuet et sic est finis versus precedentis. et cum hic recedit sententia eius.

quia factus est dominus, et adorabunt in conspectu eius universe familie gentium etc. ex hoc
enim quod christus humiliter et caritative exposuit se morti pro humano genere, meruit
talem honorem. Philip. 2. humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem
propter quod deus exaltavit illum et dedit ei nomen etc. et semen meum serviet ipsi, id est fi-
deles qui sunt semen christi. Aug. lc. sic hic omnes utrosque scilicet laudantes et reconcilia-
tionem et in se et in suis, et dicit pingues terre cadent in conspectu dei. sed anima
mea que paupera sit et humilis, illi vivet id est de illo et ad honorem eius.
Jo. vi. qui manducat me et ipse vivet propter me. 2 Cor. v. pro omnibus mortuus
est christus, ut qui vivunt iam non sibi vivant sed ei qui pro ipsis mortuus est. vel
et semen meum id est opera mea, vel per me credentes in eum, serviet ipsi domino. Josue
xxiiii. ego et domus mea serviemus domino, vel semen meum id est posteritas mea; talis
iustus enim non nutrit liberos suos nisi ad cultum dei, quos magis amor quam
rerum temporalium post hec heredes serviet ipsi laudando et obediendo. Annun-
ciabitur domino generatio ventura, et annunciabunt celi iustitiam eius populo qui nas-
cetur quem fecit dominus. Ad literam generatio ventura id est generatio populi renati et regenera-
ti ex aqua et spiritu sancto que tempore David adhuc erat ventura et per orbem divul-
ganda, et annunciabunt celi iustitiam eius id est apostoli alii quam christi discipuli qui
dei sunt ut celi. Ps. xviii. iustitiam eius id est christi populo qui nascetur id est populo renato
ex aqua et spiritu sancto nascituro, quem fecit dominus spirituali et novo genere factionis
de qua dicitur nos fecit ut iusti essemus in conspectu eius. Aug. lc. prima factio fuit de
nichilo, secunda vero de sanguine christi et hoc magis est attendenda et considerandum
quam prima. Aug. lc. sic hic quod generationem in eorum posteritate in quibus continu-
abit et per quos et dicit semen meum serviet ipsi, et annunciabitur id est per annuncia-
tionem quorumlibet ad dominum generatio ventura scilicet generatio christiana que generatio erat nova
ex aqua et spiritu sancto. Jo. iii. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto etc.
vel annunciabitur domino ab angelis presidibus eorum defensoribus generatio ventura ad i-
psum dominum, et annunciabunt celi id est celestes viri scilicet predicatores evangelii de quibus
ps. celi enarrant gloriam dei, iustitiam eius id est mandata dei per que iuste vivitur
et aquam baptismi, sine qua non est salus. Jo. iii. oportet vos nasci denuo, vel
iustitiam eius id est christum filium dei et mandata eius scilicet gloriose credidit. sed cui annun-
ciabunt, populo qui nascetur ex fide et sacramento ecclesie, quem fecit dominus novo
genere factionis scilicet per regenerationem qui prius fecit nos ut essemus, sed fecit ut iu-
sti essemus. hunc populum deus creavit ex nichilo, sed christus refecit id est recreavit
eum, non de nichilo sed sanguine proprio. Ia. Cor. vi. empti estis pretio magno
glorificate et portate deum in cordibus vestris. Anima semen meum serviet ipsi et
annunciabitur id est per annunciationem et predicationem verbi dei quorumlibet ad dominum generatio
ventura scilicet generatio christiana que erit nova generatio ex aqua et spiritu sancto, et annun-
ciabunt celi id est apostoli christi et celestes viri scilicet predicatores evangelii, iustitiam
eius id est mandata dei per que iuste vivitur et fidem baptismi sine qua non est
salus. Mar. x. qui crediderit et baptizatus fuerit, vel iustitiam eius id est christum filium dei
et mandata eius scilicet gloriose. sed cui annunciabunt, populo qui nascetur ex fide et
sacramento ecclesie quem fecit dominus novo genere factionis scilicet per regenerationem et
precium sanguinis christi. quia empti estis pretio magno etc.

ps. xxii. Dominus regit me et nichil michi deerit, in loco pascue ibi me col-
locavit. Ad literam titulus ps. David, et in hebreo canticum David et
est idem canticum et ps. Ra. Ca. dicit quod aliquando spiritus sanctus tangebat prius mentem
David et post ea canebat psalmum, et tunc in titulo ponitur psalmus canticum, non quod
David, vel canticum David, aliquando eius David implebat tamen est mistico
ad excitandum devotionem suam utitur de psalterio, tunc tamen psalterium factum est
in eum spiritus domini, et post scribebat tantum spiritus sancti, et tunc in titulo ponitur psalmus commemora-
tionem ipsius David, tantum. Et dicunt aliqui quod David previdens in spiritu re-
ditum captivitatis babilonice fecit hunc psalmum, in cuius persona dicit dominus, dominus

regit me / quod reduxit in terram israel de babilonia divina gubernacione / et nichil michi
deerit / quod in via non habuit notabilem defectum · in loco pascue me collocavit
scilicet in terra israel que est fertilis sed necesse fuit dicere quod populus qui redierat in
tanta paupertate erat quod disponebat vendere filios suos et filias ut possit
habere alimenta ad vivendum / Et ideo Rabbi Salomon exponit de david qui tempore saul
cum viris suis fugit ad regem moab / primo regum xxii / sed quod cum david fuerunt viri
fugitivi et debitis obligati et quod ad ydolatriam primo tunc dominus per gad prophetam
dixit ad david quod rediret in terram iuda tunc venit david in saltum / aretb
confidens de divina provisione et tunc divina provisione factum est locus habundans fru-
ctibus arborum et nemoribus fontibus / et david cum suis viris posset ibi suste-
ntari et non haberent occasionem ydolatrandi manentes in terra moab et de illo sal-
tu dicitur / i regum xxiii / quod vulgo terre venit in saltum in quo erat mel sic facie agri
fluens de arboribus in quibus apes mellificabant magna habundancia / et ideo in
hoc psalmo dicit david · dominus regit me et nichil michi deerit / sic dixerit ad su-
os viros qui timebant redire in terram iuda / eo quod erant debitis obliga-
ti / primo regum xxii · et est sensus / dominus regit me per prophetam suum in terram iudam
me revocando / et nichil michi deerit ex quo me in terram suo cultui deditam
revocat / credo firmiter quod de victu michi et sociis meis providebit / in loco
pascue id est bone sufficiencie ad vivendum / ubi me collocat scilicet in saltu areth
Moraliter sic / In precedenti determinatur de passione christi et quod per passionem eius fit re-
ductio credencium de statu peccati et culpe ad statum gracie et ad domum dei · ideo
hic determinat de huiusmodi reductione que significata est per reductionem filiorum israel
de babilone in terram promissionis id est a peccato ad statum gracie et libertatis / quod per re-
missionem dominum habemus libertatem redeundi ad supernam ierusalem / ad quam reducimur
per decem beneficia que in hoc psalmo describuntur / titulus similiter / psalmus david i-
ste psalmus attribuitur david id est fideli populo ecclesie facte in eius persona loquitur hic propheta
Intencio ut omnes essent in via dei / Et dividitur in decem partes quod describit
decem effectus huius mutacionis sive decem gracias quod decem mansiones quibus fit re-
ductio de statu peccati ad statum gracie quarum prima quarum pertinet ad bonam col-
lacionem / sequentes quinque ad mali amocionem · ubi non et si ambulavero · quattuor
posteriores ad utriusque beneficii consummacionem ibi parasti / primum ergo beneficium est
verbi dei instructio / in hac prima referendo · dicit ergo ecclesia vel quilibet vir iustus
dominus id est christus / Io x / dominus est / regit me redemptum de captivitate babilonica id est
de peccato ad salutem dirigendo / Ezech x / In medio eorum rector illorum in honore
et sub tanto rectore nichil michi deerit necessarium ad salutem qui tribuatur michi ab ipso
2 Cor iii / sufficiencia nostra ex deo est / Luc xxii / quando misi vos sine sacculo
et pera numquid aliquid defuit vobis et dixerunt nichil · nichil ergo michi deerit
in futuro quod illum habebo et tenebo qui erit omnia in omnibus / prima Cor xv / Deu-
teronomii xxviii / tradet vos dominus locum in quo nullius rei est penuria / In loco
pascue in studio et intelligencia sacre scripture per qua fit refectio amoris
quod non in solo pane vivit homo sed in omni verbo etc / Eccli xv / cibavit illos pane
vite et intellectus ibi me collocat / scripturarum intelligenciam et amorem michi
tribuendo / Luc ult / tunc aperuit illis sensum etc / Et erat patet prima gracia seu primum be-
neficium / Summa dicit ecclesia vel quilibet iustus dominus id est christus regit me ad salutem
dirigendo et sub tanto rectore nichil michi deerit necessarium ad salutem · qui tribuatur michi
ab ipso nichil michi deerit in futuro quod illum habebo qui erit omnia in omnibus · in
loco pascue id est in studio et intelligencia sacre scripture per qua fit refectio
amoris / ibi me collocat id est ordinate scripturarum intelligenciam et amorem michi
tribuendo / Nota quod dominus regit sequentes se sic ductor viatores ne extra
viam evagentur / Sap x / Iustum deduxit dominus per vias rectas / Secundo sic lux in tenebris
ambulantes ne in casu labantur / Io viii / qui sequitur me non ambulat in
tenebris / Tercio sic pastor oves ne a lupis infernalibus devorentur / Io x[viii]·

no sum turbatus te pastore sequens. Sic gubernator naue ne in mari
mundi huius submergatur. Exo. xiiii. qui deduxisti in mari viam etc. Sic magister
discipulos ne erroribus seducatur. Iohel ii. letamini in domino quia dedit vobis
doctorem iusticie. Sic rex regnum ne a predonibus vastetur. Reg. xv. cum vadit ipse
ipse qui eruit regem gratie in ipsum confidentes sperabunt. Sic pontifex populum ne adeo se
petur. Hebr. ix. xi. assistens pontifex futurorum etc. **S**uper aquam refectionis educauit
me animam meam conuertit. ad literam super etc. quasi diceret quod prius tirone saul
volebam manere in terra gentilium non volo amplius cum ex quo sum in loco in quo
est sufficientia ad viuendum. Aliter. Sic hic ponit secundam graciam seu beneficium
scilicet graciam baptismi. et dicit super aquam refectionis educauit me id est per aquam baptismi
gratia sua in baptismo reficiendo. et virtutibus ad profectum nutriendo. educauit
me id est reformauit similitudinem dei que per peccatum fuerat deformata. Zach. xiii.
erit fons patens domui dauid in ablucionem peccatoris. vel educauit id est reformauit
similitudinem dei id est nutriuit seu repleuit gratia spiritus sancti. Act. ii. baptizetur vnusquisque
vestrum in nomine domini nostri ihesu christi et accipietis donum spiritus sancti in remissionem
peccatorum. animam meam conuertit ab amore temporalium ad eterna totaliter reducendo. Iohel
ii. conuertimini ad me in toto corde vestro etc. **D**eduxit me super semitas iusticie
propter nomen suum. Ad literam deduxit me etc. id est reduxit me ad locum sue cultus
que est iusticia perfecta. propter nomen suum id est ne ego vel viri mei aliquid agerent
contra honorem nominis sui vt deus est. Aliter. Sic hic ponit certam graciam quam
facit dominus viro iusto. et dicit deduxit me ab errore et peccato super semitas
iusticie id est ad consilia sua et precepta que docent mundam vitam et breuem viam ad
patriam vt peccator penitens non solum impleat precepta sed sic commutet
vitam peccando sic abstineat a quibusdam licitis vel permittendo. propter nomen suum
id est propter bonitatem et graciam suam. non propter mea merita. ps. propter nomen tuum domine propicia-
beris peccato meo. Prou. x. ducam te per semitas equitatis. Sap. x. iustum deduxit.
Nam et si ambulauero in medio vmbre mortis non timebo mala quoniam tu me-
cum es. Ad literam Reg. i. cum in monte vmi id est in periculo mortis ex persecucione saul
vel regnum suum non timebo mala ab eo excogitata. quoniam tu mecum es tamquam
defensor fortis. Aliter. Sic hic est 2 pars vbi ponit duas gracias pertinentes
ad mali declinacionem scilicet alienum et proprium. et dicit deduxit me super semitas iusticie
nam et si ambulauero id est conuersatus fuero in medio vmbre mortis id est in medio
infidelium in statu ignorancie et mortis eternum. vel in medio vite pre-
sentis que obscura est. et ad mortem eternam multos perducit. Huius vmbra mor-
tis est prius vita que est caligine peccatorum obscura et via ad mortem in qua
sunt mala culpe et pene. Vel in medio vmbre mortis id est in medio sa-
cramentorum et hereticorum qui sunt vmbra mortis quia configurati ipse et inni-
tantur diabolo. qui est vmbra mortis etc. Cassio. quia obscure temptando
laqueos nobis ponit per quos ad mortem eternam nos deducere pretendit.
non timebo mala culpe ad que me diabolus et sui serui trahere vellent.
quoniam tu mecum es per graciam protegendo me a malis eorum. Iob xxiii. non enim
perii propter imminentes tenebras nec faciem meam operuit caligo. ysa. xliii.
cum transieris per aquam tecum ero et flumina non operient te. **V**irga
tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt. ad literam hoc dauid
dixit dominum suum ad quem deum. quasi diceret virga tua et baculus tuus id est defensiones
que signantur nominibus baculi et virge ipsa consolo sunt me. Aliter. Sic hic
ponit secundam graciam pertinentem ad mali declinacionem et dicit virga tua id est
disciplina minor seu leuis a te immissa qua corrigitur paruulus simplex
et incipiens. et baculus tuus id est disciplina maior et forcior qua corrigi-
tur iam proiectus id est perfectus qui recenit in vita spirituali. Aliter virga dicitur disciplina
leuis que fit quasi ad oues et ad simplices. Baculus dicitur disciplina fortis

que fit ad grandiores filios et ad perfectiores qui ab animali vita consurgunt
ad spiritualem / ipsa scilicet flagella pro baculo et virgam intellecta consolata sunt
quid / non afflixerit me flagella correctionis minora vel maiora que non solum
pacienter sed etiam libenter sustinui quia in hiis intelligo deum meorum esse
mei sui gloriosi et me amare ab ipso Apoc iii ego quos amo arguo et
castigo / et per huiusmodi flagella et penas temporales euado penas eternas
Aug Iusti penas temporales lucrum putant quia per has eternas euadere non igno
rant Vel virga i. pene comminatio / et baculus i. gratie sustentatio ipsa me
consolata sunt P[ar]asti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tri
et dabo vobis pastores. ad serviendum Aggei ii assumam te zorobabel serve
meus ad revelandum Matth. xvii assumpsit ihesus petrum iacobum et io. in montem
excelsum et transfiguratus ad cogitandum Ps. beatus quem elegisti et assumpsisti ad con-
gregandum. iii Reg. xi te assumam et regnabis super omnia quae desiderat anima tua ad
permanendum Ioh. xiiii si abiero et preparavero locum iterum veniam et assumam
Legem pone mihi domine in via tua et dirige me in semita recta propter ini-
micos meos. Ad literam lex dicitur a ligando. dicit ergo legem pone mihi quod

Itaque me liga lege naturali et diuina ut non declinem a via mandatorum tuorum et
dirige me in semita rectam per semitam que est auctor et rector iustitie maior per-
fectionis que est super exrogationis quam dauid desiderabat. Alia lectura sic habet est
2 petitio in qua petit dictionem ne erret scilicet in via preceptorum et consiliorum
et dicit legem pone mihi domine ne errem in preceptis tuis ea transgrediendo in via
presentis vite uel in via tua id est per christum qui est via veritatis et vita Jo. xiiii.
Ps. legem statuit ei in via quam elegit et dirige me in semita recta ut pro-
grediam ultius in consiliis perficiendo id est dirige me ut sim perfectione vite proverbio-
rum quarto iustorum semita quasi lux splendens procedit et crescit usque ad perfectam diem uel di-
rige me in semita recta que est arcta ducens ad te Mathei vii arcta est via que
ducit ad vitam propter inimicos meos qui mihi insidiari non cessant me persequen-
do. Ne tradideris me in animas tribulantium me quoniam insurrexerunt in me
testes iniqui et mentita est iniquitas sibi ad literam ne tradas me in animas tribulantium me
id est in voluntates malignorum spirituum mihi aduersantium qui insurrexerunt in me testes
iniqui demones enim dicunt iustorum mortem a deo requisiti sunt impudenter et allegan-
tem eos sicut patet Job primo sathan requisiuit a domino de morte Job. sunt enim
et cum eum sancta allegauit deus inique frustra Job tunc deum et mentita est
iniquitas quam sathan mendax est et pater eius id est inventor mendacii Joh. viii.
Alia lectura ad literam legitur ab illo loco legem pone mihi domine quod est petitio dauid
petentis ut adeo sit dignus quod a saule et eius complicibus non capiatur et quod
subditur qui insurrexerunt in me testes iniqui scilicet illi qui erga saul sic diffama-
bant dauid Regum primo xxiiii quare audis verba loquentium dauid cogitat ad-
uersum te sed post exposito magis consonat litere presenti et sequenti que legitur de
perseuerantia dauid in bonis post mortem saulis propter quod ex tunc perseuerantiam concludit
dicens credo videre. Alia lectura sic habet est 3 petitio qua protectionem petit ab
insultibus ab aduersariis incumbentibus et dicit dirige me in semita recta et ne tradideris
me id est ne permittas me cadere in voluptates malignorum spirituum siue hominum
Mathei vi et ne nos inducas in temptationem in animas tribulantium me id est persequen-
tium seu persecutorum meorum siue hominum siue demonum et dicit in animas non in manus
quia et si corpus est in manu eorum tamen eorum voluntas seu intentio non impletur
Mathei x nolite timere eos qui occidunt corpus post hoc non habent quid faciant quoniam
insurrexerunt in me id est contra me testes iniqui adulatores et detractores proverbio-
rum xix testis iniquus deridet iudicium testis falsus non erit impunitus et menti-
ta est iniquitas id est iniquus testis adulator seu detractor et ponitur iniquitas abstra-
ctum pro concreto per figuram que dicitur emphasis sibi id est ad suam deceptionem non
meam Ambrosius ne petum in suum redit auctorem uel sibi id est pro suo desiderio duo
sunt falsi testes adulator et detractor Mathei xxvi nouissime venerunt duo falsi
testes unus in bonis alter in malis. Credo videre bona domini in terra
viuentium. Ad literam hic concludit de credo per bona domini electis repromissa
in terra viuentium id est in vita beata que est eterna heres enim est terra expectatio
future beatitudinis ex gratia et meritis proueniens. Alia lectura sic hic ostendit certitudinem
proueniendi et gloriam demonstrans certitudinem sue spei et aliorum innotauit et
dicit iniqui insultare contra me sed ego in terra periculo credo id est indubitanter
confido hebreos xi fides est sperandarum rerum argumentum non apparentium vide bona domini
id est apparentia dona eterna electis non transitoria promissa Ier. xxxi populus meus bo-
nis meis adimplebitur Ysa primo si volueritis et audieritis me bona terre
comedetis in terra viuentium id est in vita beata ubi nullus moritur non in terra
morientium Apocalipsis xxi mors ultra non erit. Expecta dominum viriliter age
et confortetur cor tuum et sustine dominum ad literam hic dauid loquitur ad seipsum uel
ad alium et dicit expecta dominum per virtutem spei certitudine ab ipso expectando
et viriliter age de bono in melius proficiendo et confortetur cor tuum. Viuite

·dare gratie que stabilit cor tuum Hebr. xiii optimum est gratia stabilire cor
tuum, et sustine dominum pacienter ferendo disciplinam eius flagellum quia ipse vul-
nerat et medetur, percutit et eius manus sanabunt Job v. Ancora ut iste psalmus exponi
posset, ut sit oratio cuiuslibet sapientis ad vitationem regna seu potestates se divertere
incipientis quia post dicit petere confirmatione contra insultus malignorum spirituum 2o diligentiam
sancta cultus domini 3o perseverantia in bonis ut perveniat ad finale premium quia
qui perseveravit usque in finem hic salvus erit Math. x. Alia lectura sic hic invitat
alios ut etiam colligant firmam spem perveniendi ad gloriam et fiant perseverantes
et pacientes in tribulationibus et dicit expecta dominum in adventu domini in presenti per
gratiam et in futuro per gloriam et ad extreme iudicium ne te frangat dilationis
diuturnitas Abac. ii si moram fecerit expecta eum viriliter age ne te dissolvat
boni agendi difficultas Deut. xxxi viriliter age et confortetur cor tuum 2 Paral.
xxxii confortamini et nolite timere et confortetur cor tuum ne deiciat mentis
pusillanimitas ysa. xxxv dicite pusillanimes confortamini et nolite timere et sustine
dominum id est quod patereris per dominum ne frangat te tribulationum acerbitas Ecc. v vel sic
qui perdiderunt sustinentiam, ps. vivimus qui sustinemus te non confundemur vel in
voce expecta dominum per gratiam dei in presenti et post mortem gloriam anime et finaliter
post extremum iudicium noli desperare propter diuturnitatem dilationis viriliter age et
non sit mollis non debes remissus seu tepidus esse ad bonum agendum propter
difficultatem operandi, et confortetur cor tuum ut non sis timidus et pusillanimis
resistendo impedientibus te in bono agendo sed fortis in corde et sustine
dominum id est quod pateris sustine per dominum et noli frangi propter acerbitatem tribulationum.

·XXVII·

Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me neque taceas a me
et assimilabor descendentibus in lacum Ad literam titulus in hebreo et in
translatione ipso sic in presenti psalmo et fecit David istum psalmum quando transiret
Absolon fugiendo de Ierusalem et ascenderet clivum montis olivarum flens
et operto capite et nudis pedibus et Sadoch et Abiathar asportaverant archam
domini volentes ipsum comitari et ascendit Abiathar ut consuleret dominum ut habetur
2 Reg. xv sed tunc non habuit responsum ratum eo iussit archam reportari et timuit
David vestem scindens ad deum oravit et tunc fecit hunc psalmum per sua liberatione
a persecutione Absolon et intellexit per spiritum suum se exauditum Lectura David ps.
ps. primo devota petitio ipsius David 2o eius exauditio ibi benedictus deus ps. dicit
sic ad te domine clamabo id est ex magno affectu orabo et que sit oratio subdit,
deus meus ne sileas a me denegando mihi responsum per spiritum tuum sic denegatum
est mihi petenti per Abiathar sacerdotem, ne quando taceas a me, repetitio est ibi
ad maiorem affectus expressionem et assimilabor descendentibus in lacum id est reputabor
me mortuum si non des mihi responsum Alia lectura sic in isto psalmo tractatur de
Christi passione et resurrectione, titulus psalmus huic David, per David alii intelligunt caput
id est Christum, corpus eius id est ecclesiam aliqui utrumque simul, qui autem addunt huic ulti-
mo ipse intelligunt ipse Christus exponit sic psalmus iste attribuitur huic David id est ipsi Christo qui
loquitur in isto psalmo Cassiodorus huius psalmi est primo et sic intendit ut Christo comparandum
si voluntas concurrat Glosa dicit iste psalmus est tunc cum qui de passione et resurrectione
Christi loquitur et dividitur in duas partes in prima agit de passione, in 2a de resurrectione ibi
benedictus dominus, adhuc primo petit ut exaudiatur per se 2o pro suis ibi exaudi domine
primo dicit domine deus pater ego Christus in ignitum (?) clamabo ad te in passione te invocando
·sicut dicit Math. xxvii voce magna clamavit Heli Heli· deus qui es pater meus Jo. xx
ascendo ad patrem meum, ne sileas a me id est ne in silentio declines a me, de-
relinquendo me in passione et non clarificando, et ne quando id est aliquando scilicet post mortem
meam taceas id est non taceas, sed iubeas resurgere et non differas resuscitare
ps. exurge gloria mea, et assimilabor descendentibus in lacum id est si tacueris et me
cito a morte non resuscitaveris ero similis aliis descendentibus in lacum id est in
sepulchrum et demum ad infernum et ibi detinebor sicut ceteri si per eum dominum re-
surrexit, nec enim Christus virtute divinitatis exivit de lacu et alios inde eduxit
·Zach. ix· tu vero in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu etc.

Exaudi domine vocem deprecationis mee dum oro ad te dum extollo ma-
nus meas ad templum sanctum tuum ad literam exaudi etc. i. non differas dum
me exaudire dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum quia ipsa facie
orabat ad locum ubi erat tabernaculum in quo loco fiebat per spiritum sancti
tem templum aedificandum Aslo dicitur ut Gregorius iii Reg viii preceptum fuit ut ubicum-
que essent ad illum locum orarent ubi debitum esse fieret et sic Christus implens
legem fecit Alle etc sic hic petit ut clamor eius exaudiatur et dicit exaudi
domine vocem deprecationis mee qua deprecor per resurrectionem in me in gloriam et hoc fecit
Christus antequam traderetur Io xvii dum extollo manus meas ad patrem in medulla
ad templum sanctum tuum ecclesie scilicet instantis construendum vel ad templum suum sive ad eccle-
siam triumphantem in more fidelium orantium. Ne simul tradas me cum peccatoribus
et cum operantibus iniquitatem ne perdas me. Ad literam ne simul tradas me
cum peccatoribus qui sunt digni morte corporali et cum operantibus iniquitatem ne perdas
me perditione vehementi Alle etc sic hic petit frustrari intentionem iudeorum eo
post eum petentibus ubi qui loquuntur pro dicitur Exaudi domine vocem meam et ne tra-
das me in mortem quia pater tradidit filium suum in mortem Ro viii proprio filio suo
non pepercit deus sed pro nobis omnibus tradidit illum sic cum peccatoribus hoc est cum
illis qui peccant in deum ea intentione qua iudei peccatores interfecerunt ut me-
moriam de medio delerent et cum operantibus iniquitatem scilicet eisdem qui pe-
tunt in proximum ne perdas me dampnando ut reum sicut illa intendebant. Qui
loquuntur pacem cum proximo suo mala autem in cordibus eorum ad literam quasi di-
cit qui operantur iniquitatem et dicit qui loquuntur pacem cum proximo suo i. mecum et
de talibus erat Achitofel qui fuerat consiliarius David et sicut Absalon quasi
et Absalon fugiebat sub dilige David ut patrem et tamen machinabatur
contra David in malum quia Absalon de consilio Achitofel conspiravit contra patrem
2 Reg xv Alle etc sic hic ostendit causam sue petitionis scilicet fraudulentiam peccatorum
quia pacem gerunt in ore et malitiam in corde et dicit ne perdas me cum operan-
tibus iniquitatem qui loquuntur pacem cum proximo suo i. mecum in adulatione Matt
xxii magister scimus quia verax es etc. ergo autem proximus sum eorum sine nature
similitudine sive etiam misericordie impressione Luc x quis tibi videtur proximus illi qui
incidit in latrones mala autem multa scilicet odii rancoris avaritie etc sunt in
cordibus eorum Luc v ut quid cogitatis mala in cordibus vestris Jer ix In ore
suo pacem cum amico suo loquitur et occulte ponit ei insidias Prov xxvi qui sub-
mittit vocem suam ne credas ei septem enim sunt nequitie in corde illius.
Da illis secundum opera eorum et secundum nequitiam adinventionum ipsorum ad
literam da illis per opera eorum eos punienda et hoc dixit David
non zelo vindicte sed iustitie et per nequitiam adinventionum ipsorum i. contra ne-
quitiam ab eis studiose inventam quia Absalon de consilio Achitofel sub
specie devotionis ivit ad locum conspirationis fiende contra patrem 2 Reg xv
Alle etc sic hic petit condignam ultionem contra pessimam intentionem et dicit quia
quia mala sunt in cordibus eorum ideo da illis mercedem condignam contra opera eorum i. contra
mala intentionem eorum suorum Prov xxiiii Cognovit et omnia tua nihil fal-
let reddes quia homini contra opera sua Aslo ord da illis contra quod meruit non contra
id inde provenit et est potius non optare vel optavit iustitiam dei in hoc punire
quia hoc iustum est ac si dicat iustitie domine tue consentio que mihi placet et
si eorum pena non delectet et contra nequitiam adinventionum ipsorum i. per mali-
tiam fictarum cogitationum Ysa iii Ruit caput et Iudas concidit quia lingue
eorum et adinventiones eorum contra deum de quibus Matt xxvi principes sacerdo-
tum consilium fecerunt in unum ut Ihesum dolo tenerent et occiderent. Secundum opera
manuum eorum tribue illis redde retributionem eorum ipsis ad literam manuum
mala eorum etc. hic est repetitio eiusdem ad maiorem expressionem Alle etc
hic petit ultionem condignam contra pravam operationem exteriorem secundum operantium

malignitate. et d[icit] 2m opa manuu eo[rum] tribue illis i[d est] redde eis mer-
cedem s[ecundu]m qualitate[m] op[er]m exterio[rum] puniendo eos p[ro] talib[us] op[er]ibus
ysa po aiang vre plene sut sanguine. Redde retribucio[nem] eo[rum] ip[s]is i[d est]
pena[m] sue tribulac[i]o[n]is seu retribuc[i]o[n]is q[uia] in mala p[ro] bonis retribuunt
eis reddendo p[ro]v[er]b[iorum] xvii q[ui] reddit mala p[ro] bonis no[n] recedet malu[m]
de domo ei[us] Q[uonia]m no[n] intellexerunt op[er]a d[omi]ni et in op[er]a manuu[m] ei[us]
destrues illos et no[n] edificabis illos. ad l[itte]ram q[ui] no[n] intel[lexerunt] op[er]a d[omi]ni
i[d est] op[er]a a d[omi]no p[re]cepta que sut s[an]c[t]a et bona licet no[n] intellexerunt practice
q[uonia]m[vis] achitophel q[ui] erat valde sapie[n]s intellexit speculative et in
op[er]a manuu[m] ei[us] destrues illos q[uia] absolon sine filio interfect[us] e[st] 2 R[egum]
xviii et achitophel suspendio interiit 2 R[egum] xvii et ut[ru]mq[ue] c[on]tig[it] iudicio
d[ivi]no. Al[ite]r se[cundu]m sic ch[ristu]s petit c[on]dignam ulc[i]o[n]em co[n]tra errore[m] et tangit
culpa[m] et pena[m]. et d[icit] redde retribucione[m] eo[rum] ip[s]is q[ui] no[n] intellexerunt
i[d est] intelligere noluerunt p[s] noluit intelligere ut b[e]n[e] ageret [ps] xx [In] dolo
renuerunt me scire. op[er]a d[omi]ni invisibilia q[ue] op[er]atur intus in cordibus
et in op[er]a manuu[m] ei[us] i[d est] x[risti] op[er]a s[cilicet] visibilia que op[er]atur extra i[n] corporib[us]
ut sut op[er]a miraculo[rum] que blasfemabant dicentes luc[e] xi In Belsebub
p[ri]ncipe demonio[rum] eicit hic demonia. destrues illos dispergendo et dis-
sipando p[er] mundu[m] luc[e] xix no[n] relinquent i[n] te lapi[dem] sup[er] lapidem q[ui] no[n] de-
struat[ur] et no[n] edificabis eos p[ro]pt[er]ea i[n] melius reformando sic aliq[ua] destruunt[ur]
edificia ut meliorent[ur] sed templo[rum] destructio p[er]severabit usq[ue] in fine[m] dan[ielis]
ix finis ei[us] vastitas et p[ost] fine[m] belli statuta desolatio. Benedictus
d[omi]n[u]s q[uonia]m exaudivit voce[m] dep[re]cac[i]o[n]is mee. ad l[itte]ram q[uia] destitutus
exaudic[i]o[n]e petic[i]onis qua[m] in sp[irit]u p[re]miserat in g[e]n[er]ali no[n] in c[on]tinu[o] ad q[uam]
c[on]dic[i]o[n]es p[ar]ticulares d[icit] b[e]n[e]dict[us] d[omi]n[u]s tanqua[m] gratus de divino b[e]n[e]ficio q[ui]
exaudiv[it] i[d est] exaudiend[o] revelat voce[m] dep[re]cac[i]o[n]is mee Al[ite]r se[cundu]m sic ch[ristu]s
e[st] 2 p[ar]s p[salmi] in qua agit de x[risti] gra[tiarum] agendo et recitat b[e]n[e]ficia si[bi]
collata. et b[e]n[e]ficia collata p[o]p[u]lo i[n] eu[m] credenti ubi d[omi]n[u]s fortitudo plebis
sue. p[s] d[icit] sic d[omi]n[u]s destruet illos et no[n] edificabit. ergo b[e]n[e]dict[us] sit d[omi]n[u]s
i[d est] bonus dicat[ur] et laudet[ur] tu[m] gra[tiarum] actione thob[ie] xii b[e]n[e]dicite deu[m] celi et
cora[m] o[mn]ib[us] q[ui] viventib[us] c[on]fitemini illi. q[ui] exaudiv[it] voce[m] dep[re]cac[i]o[n]is mee
q[ua]m ip[s]e dep[re]catus sum i[n] monte oliveti et i[n] cruce exp[ir]ando hebr[eos] v cu[m]
clamore valido et lacrimis exauditus e[st] p[ro] sua reverentia. d[icit]ur aut[em] ora[tio]
et dep[re]cac[i]o q[uia] or[ati]o fit p[ro] bonis adipiscendis. dep[re]cac[i]o p[ro] malis amovendis
Dominus adiutor meus et protector meus et in ip[s]o sperauit cor meu[m]
et adiutus su[m]. ad l[itte]ram d[omi]n[u]s adiu[tor] meus i[n] factis arduis. et p[ro]tector
meus in p[er]iculis. et i[n] ip[s]o sp[er]av[it] cor meu[m] no[n] lingua tu[m]. et adiutus su[m]
eo q[uod] sp[er]avi vere corde et ore Al[ite]r se[cundu]m sic ch[ristu]s tangit 2m b[e]n[e]ficiu[m] s[cilicet] ad-
iutoris et p[ro]tectionis et d[icit] d[omi]n[u]s exaudivit dep[re]cac[i]o[n]e[m] mea[m] na[m] tu[m] deus
e[st] adiutor meus i[n] bonis faciendis. et p[ro]tector meus i[n] malis tollera[n]-
dis ysa l d[omi]n[u]s deus auxiliator meus et io no[n] su[m] c[on]fusus. [E]cc[lesiastici] li [S]alv[a]-
vit n[o]s a d[omi]no et p[ro]tector eo[rum] e[st] in t[em]p[or]e tribulac[i]o[n]is. et io in ip[s]o
n[on] i[n] homine sp[er]avit cor meu[m] i[d est] mens seu ro mea. quamvis caro seu
sensualitas timuerit. et adiutus su[m] ab eo q[uia] me a p[er]sequentib[us] liberavit
et t[er]cia die resuscitavit Et refloruit caro mea et ex voluntate
mea c[on]fitebor illi. Ad l[itte]ram q[uia] ex leticia cordis interiori fit
q[ua]ndoq[ue] reflorencia in carne exteriori p[ro]v[er]b[iorum] xvii a[n]i[m]us gaudens etate[m]
floridam facit. sp[iritu]s tristis exsiccat ossa. et ex voluntate mea i[d est] motu
p[ro]p[ri]e devocio[n]is c[on]fitebor illi c[on]fessione laudis Al[ite]r se[cundu]m sic ch[ristu]s tangit
t[er]tiu[m] b[e]n[e]ficiu[m] s[cilicet] resuscitacio[n]is et p[ro]pt[er] hoc p[ro]mittit se laudaturu[m]
deu[m] et d[icit] In d[omi]no sp[er]avit cor meu[m] et adiutus su[m]. q[uia] refloruit caro

mea i. iterum secundario floruit quia post floruit in resurrectione per perpetuam immunitatem Ysa xi flos de radice eius ascendet sed post ea refloruit in die per
glorificationem corporis ita ut dici possit illud psalmi iustus ut palma florebit et
ideo ex voluntate mea i. ex amore non ex timore confitebor illi i. laudabo
illum Eccli vii confitebor tibi rex et collaudabo te deum salvatorem meum
Dominus fortitudo plebis sue et protector salvationum christi sui est. Quod licet
sit omnibus quid confiteatur dicens dominus fortitudo plebis sue q. d. ego et plebs
mea non sumus tanti quod possemus resistere in virtute divina et protector sal
vationum christi sui est i. mei qui sum christus eius quia per eum in regem unctus Alle
gorice sic homo beneficia collata populo in eum credenti quia fortis est i. fortis
et protegit a malo et dicit animo confitebor illi quia dominus est fortitudo sed facien
seu ad operandum bona plebis sue i. populi in eum credentis primi magis in
non in multitudine exercitus victoria belli sed de celo est fortitudo et pro
tector contra mala i. universum omnium malorum salvationum christi sui est i. eorum quos
christus salvat vel ad salutem elegit Genesis xv ego protector tuus sum Salvum
fac populum tuum domine et benedic hereditati tue et rege eos et extolle
illos usque in eternum Ad literam quia ad bonum principem pertinet bonum desi
derare populo suo ideo subdit salvum fac populum tuum in periculis et benedic he
reditati tue multiplicando populum tuum in temporalibus et spiritualibus bonis et rege
eos ne devient a via iustitie et extolle illos perducendo ad ?? ?
celestis glorie usque in eternum i. sine fine Moraliter posset exponi iste psalmus
de quolibet fideli posito in afflictione corporali vel mentali et ideo petit se
domino liberari et sentiens se a domino exauditum studet ei devote regratiari
Alle sic homo orat pro salute populi et petit quatuor primo gratiam a malo
salvantem 2o gratiam in bono proficientem et benedic 3o gratiam inter pericula huius
vite conservantem ubi et rege quarto gratiam a terrenis elevantem et dicit quia tu
domine es protector salvationis pro christi populo ergo salvum populum tuum domine tibi
et in te credentem et tibi obedientem a peccatis liberando Math. primo ipse salvum fa
ciet populum suum a peccatis eorum et benedic hereditati tue i. ecclesie tue quam iure hereditario
possides eam in ??? augendo et multiplicando Num vi benedicat te dominus
et custodiat te Ysa lxv semen benedictorum domini est et nepotes eorum cum eis et
rege eos s. qui sunt in populo tuo et in hereditate tua inter pericula huius vite
conservando Prov xi ubi non est gubernator corruet populus et extolle illos a
terrenis levando usque in eternum i. in eterna vita collocando vnde dicitur propter ea
et loco Ysa lviii extollam te super altitudinem celi et cibabo te.

xxviii Afferte domino filii dei afferte domino filios arietum Ad literam huic
psalmo premittitur talis titulus in hebreo psalmus David ?? in ?? ?? dicitur tantum
David et patet expositione quia predicto ?? primum dicitur Ro?? quod David fecit
hunc psalmum in consummatione tabernaculi quod fecit ad reponendum archam
domini primi Paralip xvi quo consummato erat ibi ad devote offerendum et serviendum
et dividitur in duas partes primo invitat ad offerendum deo devote 2o declarat quod
serviendum est ei sicut et prompte ubi vox domini primo dicit afferte domino filii dei
i. vos filii Israel qui estis filii dei tamquam ab eo specialiter electi et dilecti Exod
iiii filius meus primogenitus Israel vel aliter filii dei i. vos sacerdotes et mi
nistri qui inter filios Israel estis specialiter electi ad cultum dei afferte filios a
rietum hic dicitur propter iuge sacrificium in quo offerebantur cottidie duo agni imma
culati unus mane alius vespere et per hoc intelliguntur alie oblationes et sa
crificia que offerebantur medio tempore quia cum sacrificium matutinum non poterat
fieri alia oblatio seu sacrificium terminare nisi post iuge sacrificium vespertinum
Alle sic In precedenti psalmo tractavit de christi passione et resurrectione hic tractat
de fructu ecclesie collato per dona spiritus sancti titulus psalmi David in consummatione
tabernaculi ut supra spiritualiter hic agitur de consummatione ecclesie tamquam domini

thabernaculi et sic dauid sacrificia et dona obtulit / ita populus fidelis debet
offerre sua sacrificia Exposicio tituli psalmi iste attribuitur dauid propheta in consummatione
thabernaculi id est egressus de perfectione ecclesie in hoc seculo ubi tamen ecclesia mili-
tantis et id thabernaculum dicitur quemadmodum secundum futurum statum dicitur domus quia in
ea conquiescetur / Expositio psalmi est per septem dona consummatis intendens hortatur
fideles ut dona et sacrificia sua in ea offerant et dauid primo monet fideles
ad sacrificiorum in ecclesia oblationem 2o subdit tamen secundum ipsius ecclesie consummationem primo
dicit vos filii dei per graciam dei in filios adoptati / Jo primo dedit eis potestatem filios dei
filios fieri nomini sui per timorem seruitutis / afferte domino non ydolis primo vos
deum munera vestra Gen iiij Respexit dominus ad abel et ad munera eius / afferte
domino filios arietum id est vos ipsos tamquam agnos filios apostolorum et primum angelorum
deum munera vestra Afferte domino gloriam et honorem / afferte domino gloriam
nomini eius adorate dominum in atrio sancto eius / ad literam afferte etc id est omnia que
vestra bona ad eius gloriam dirigendo / Cor x omnia in gloriam dei facite / hec est
facit fides per dilectionem operans in quibus consistit dei cultus interior / Augustinus
fide spe et caritate colitur deus / afferte gloriam nomini eius id est nomini de tetragra-
maton quod habetur in tanta reuerentia apud hebreos quod nominabatur in publico non
sed tamen in templo in festiuitatibus sacerdotum primum / adorate dominum in atrio sancto
eius id est in atrio sacerdotum ubi fiebant sacrificia quod erat sanctius alio atrio
in quo erant vulgares ad adorandum et audiendum verbum domini / Alia lectio sic
hic ostendit quid debet offerre et ubi et dicit / afferte per ... interiorem toti
uel spiritualiter ipsi gloriam confessionis vocalis que gloria secundum tullium est frequens
fama cum laude et honore que est exhibenda reuerentie in testimonium virtutis /
Afferte domino gloriam nomini eius scilicet predicatione et diuulgatione glorie eius nos
Sicut psalmista laudabo nomen tuum assidue et collaudabo id est in confessione et hic
nomen est super omne nomen ad Philippenses / adorate dominum adoratione interiori et ex-
teriori in atrio sancto eius id est in ecclesia militante que est atrium eius per stantes
... in atrio sancto eius id est in ecclesia militante que est atrium eius per stantes
exterius pedes nostri etc quod ex eadem non est locus sacrificii sed adorationis / uel
in atrio sancto eius id est in deuoto corde Joh iiij veri adoratores adorabunt
patrem in spiritu etc Vox domini super aquas deus maiestatis intonuit dominus
super aquas multas ad literam hic ostendit quod deo sit obediendum et declarat
per multa exempla virtutem diuine cui nichil potest resistere Ambrosius in exameron de institu-
cione maris rubri ubi dicit vox domini super aquas / deus maiestatis intonuit Exo
xiiij de nube intonuit super castra israel et egyptiorum diuino iussu presserit
tonitrua et fulgura subuertentia rotas curruum egyptiorum et aque reuerse
sunt sic egyptios id est submersit dominus super aquas multas Alia lectio sic hic est in psalmo
qui in qua ostendit ecclesie edificationem et consummationem per septem voces christi / septem
dona spiritus sancti predicantibus et primo ponit donum timoris 2o donum pietatis
primo dicit adorate dominum in atrio sancto quia vox domini id est predicatio christi facta est / sic agit
id est super populum iudeorum Reg xiiij omnes morimur et quasi aque dilabimur in
terram / deus maiestatis id est christus qui est diuina maiestas intonuit per donum
timoris sua predicatione ad penitentiam terrendo Job xxxvij tonabit deus voce
sua mirabiliter / et dominus christus per apostolos et per predicatores tamquam per suos nun-
cios intonuit super aquas multas id est super populum gentium Apoc xvij aque multe
populi multi / sua predicatione gentibus terrorem pene immittendo seu ad penitentiam
vocando Vox domini in virtute vox domini in magnificentia Ad literam hic
ponit 2m exemplum de datione legis que facta fuit cum diuine virtutis Exo xix iam
aduenerat dies tercius et mane inclaruerat et ecce ceperunt audiri tonitrua
ac micare fulgura et nubes densissima operuit montem clangorque bucci-
ne vehementius perstrepebat / et quantum ad hoc dicitur vox domini in virtute propter
secundum est dominus dicens ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti
et consequenter ponitur decem precepta decalogi / et quantum ad hoc dicitur Vox

domini in magnificencia loquebatur enim sicut rex magnificus imponens precepta
Alle. sic hic ondit predicacionem domini pietatis et domini fortitudinis et dicit
vox domini i. predicacio xpi in virtute i. monens per donum pietatis que est virtus per
excellenciam quia ad omnia valet. Luce vi. virtute intercedens sic per virtutem etc.
aut pietas vero antonomasice quia pietas ad omnia valet. ya thimo iiii vox
domini i. predicacio xpi facta est in magnificencia i. per donum sue que fecit magna
videri miracula docendo sine offensione in medio prave et perverse nacionis
sicut ioseph per donum sue fuit magnificatus in egypto. Gen. xli. et in magnifi-
magis mirabilia faciendo. Vox domini confringentis cedros et confringet dominus
cedros libani. Alia lectura quia filii israel fuit valde perterriti ac pavore con-
cussi steterunt procul dicentes moysi loquere tu nobis et audiemus non loquatur no-
bis dominus ne forte moriamur et quantum ad hoc dicit vox domini confringet cedros
i. maiores illius populi qui erant capita eorum. in monte enim libani erant
maiores cedri quam alibi et hoc dicitur ad denotandum magnitudinem principum
illius populi qui erant capita eorum. Alle. sic hic ponit effectum vocem
predicacionis per donum fortitudinis ad superborum ex gentibus et iudeis conversionem
et dicit vox eciam domini i. predicacio xpi confringet i. ad penitenciam convertens et quer
--- per donum fortitudinis cedros i. gentiles et superbos. ysa xlv. gloriosos
terre humiliabo fortitudinis. Ier. confringam illos in potenti forti. et confringet
dominus i. voce sue predicacionis ad penitenciam convertendo et gubernando cedros libani
que altiores sunt ceteris arboribus i. superbos et alios iudeos qui superbiores
erant gentibus de lege gloriando. sicut beatus fuit paulus act. ix. qui conversus
factus est per spiritum fortitudinis per quem conversa est et mutata. cedri cedrorum forti-
ysa xli. gentes fortitudinem mutent. Et comminuet eos tamquam vitu-
los libani et dilectus quemadmodum filius unicornium. Alia lectura i. sicut vitu-
lum pascentem in libano qui ex medico sumptu vel fragore terretur et tre-
mit. sic isti fuerunt mirabiliter territi ut predictum est. et quia comminuti in mente quasi
considerantes divinam manifestacionem et suam fragilitatem reputaverunt se quasi nichil
et sic res comminuta. quia cum moyses non fuit in animo territus. unde dixit
ad populum nolite timere et moyses autem accessit ad caliginem in qua erat
deus ideo subditur et dilectus scilicet moyses qui fuit dilectus deo et hominibus. Ecc.
xlv. quemadmodum filius unicornium i. servus et magnificatus sicut unicornis
contra Sacerdotes in hoc et disperget eos quasi vitulum libani et sarion quasi filius
unicornium et est eadem sentencia quia multi territi dispergentur. vel de filiis israel
dicitur vere sunt territi ac pavore concussi steterunt procul et sarion i. filius
per quem intelligitur moyses adeo dilectus. quasi filius unicornium ita quasi
sicut unicornium quia non stetit quasi unicornis. Alia lectura sic hic tangit superborum
conversionem humiliacionem vero predicacionem xpi et exemplo sue passionis et dicit
quando voce sue predicacionis confringet cedros i. superbos ad penitenciam et com-
minuet eos i. per se humiliabit usque ad susceptionem mortis tamquam vitulum
libani qui comminuitur i. totus in frusta dicisus in sacrificio ymolatur.
dicit enim libanus mons pascuosus in quo vituli pascebantur qui postea
offerebantur in templo. Levit. pd. detractaque pelle artus in frusta deinde
dedit. et dilectus scilicet xpus filius dei sui ait pater. Luce tercio hic est filius meus
dilectus. comminuit eos et ipse comminuetur et confringetur in crucis pati-
bulo quemadmodum filius unicornium i. sicut quasi filius iudeorum de lege singula-
riter gloriancium. ysa xxxiiii descendent unicornes cum eis et tauri
cum potentibus. Vox domini intercidentis flammam ignis. vox domini concucientis
desertum et commovebit dominus desertum cades. Alia lectura hic ponit
tercium exemplum de vindicta domini facta in deserto. de chore et complicibus
eius ut habetur num. xvi. ex quibus aliqui fuerunt combusti per ignem a deo.

inimicitiam et aquam a terra et absorpti, et ignem ad hoc dicit vox domini intercidentis
flammam ignis. quia Aaron pro illa plaga sedanda obtulit thimiamata et
cessavit incendium. Numeri xvi. obtulit thimiama et stans inter mortuos et vivos
cessavit incendium. vox domini concutientis desertum quia
tunc pro ipsis deprecatus est et plaga cessavit. vox domini concutientis desertum quia
tunc fuit terre motus et terra aperiens os suum deglutivit Chore Dathan et
Abiron et tabernacula eorum. et commovebit dominus desertum Cades. hoc addit
quia hoc sibi accidit in deserto Cades ubi in mascule filii ipsius longo tempore
Deut. primo. Alia 2a sic hic ponit septem voces Christi predicatoris scilicet consilii
et sextam vocem scilicet domini intellige. vox domini concutientis. et dicit vox eadem domini
in predicatione Christi intercidentis vel resecantis flammam ignis vel cupiditatis mundi per
domini consilii paupertatis predicando in mundo renunciando. et superflua resecando
Luc. v. dicit pauperes spiritu et iste ignis inde dicit sufficit. Prov. xxx. vox est
domini in predicatione Christi fuit concutientis desertum vel gentilitatem in qua habitat
domini ipsa predicatione Christi fuit concutiens desertum vel gentilitatem
eos ad fidem per donum intellige commovendo et inducendo. et commovebit
dominus Christus voce sue predicationis desertum Cades vel iudeos eos ad fidem per intel-
ligentiam scripturarum convertendo que dicitur desertum Cades quia in eo dicta est lex
in Cades inspirati sunt legis. Luc. xxiii. commovit populum dominus per universam
Iudeam. Vox domini preparantis cervos et revelabit condensa et in templo
eius omnes dicent gloriam. ad literam hic ponit quintum exemplum dicit vox domini
preparantis cervos. Hebrei dicunt vox domini accidentis cervos. Job. iii. Pro istis ponit ...
iuxta Hebr. dicit vox domini obstetricantis cervas. et secundum hoc ista littera intelligenda est
exponit. Rabi Sa. exponit ea de tempore messie in quo ut dicit tunc iudei habi-
tabunt cum hominibus et deliciis et ad voluntatem eorum dominus mittet cervos
et alia animalia silvestria que sunt comestibilia. sed hoc dominum fundatur super
errore in quo dicunt vitam futuram fore carnalem cibis indigentem. et in hoc
errore concordant Iudei et Sarraceni. Dicunt autem Hebraica hic posita
consueta sunt ad significandum orationem obstetricationis et precationis. Secundum autem
alios exponitur de virtute dei dantis cervis virtute preveniendi et etiam mittendi fetus.
Job. ... secundum autem literam convenientiorem potest exponi de
terra quod supplet ibi prius obstetricis. Secundum autem literam convenientiorem ...
terra neptalim. Deut. xlix. neptalim cervus emissus dans eloquia pulcritudinis
et exponitur adaptando Hebreis et Latinis eo quod in sorte neptalim erat terra
primitias ante alias terras profert fructus suos sic cervus velocius currit.
Primitias ante alias terras proferens fructus suos sicut cervus velocior currit
aliis animalibus. et propter hoc de illis fiebat sacrificia in solemnitate paschali
de granis novis. et tunc levite cantabant divinas laudes que sunt eloquia
pulcritudinis et cervus intelliguntur fructus de terra neptalim velociores
ad maturescendum pre aliis sic est cervus velocior in cursu aliis animalibus
que quidem velocitas fiebat divina virtute producente et in hoc dicit vox domini
preparantis cervos. et quia de illis fructibus fiebat oblatio in solemnitate paschali
ut dictum est. ideo subditur et revelabit condensa vel atrium sacerdotum et templum
quia tunc aperiebantur ad solemniter celebrandum divina. et dicit condensa eo
quia vulgus non habebat illuc accessum liberum. et in templo eius omnes dicent gloriam
quia tunc divine laudes fortius cantabantur per levitas et sacerdotes. tunc hic
repleta atrium per tabernaculo quod paravit David arche domini. et frequentatur
vnum pro alio in veteri testamento. Alia 2a sic hic est septima vox pertinens
ad donum sapientie et huius vocis triplex tangitur effectus. primus doctorum preparatio
29 septuaginta manifestatio et revelabit. 2us dei glorificatio ibi et in templo
dicit vox eadem domini in predicatione Christi est tamquam vox preparantis cervos per donum
sapientie acutum visu vel discretionem et intellectum ad vitandum venenum erro-
rum sancte prudendo. 2 Reg. xxii. coequans pedes meos cervis. Abac. qui
posuit pedes meos tamquam cervorum. et revelabit condensa vel manifestabit
obscura scripturarum. Luc. xxiiii. tunc aperuit illis sensum ut intel-
ligerent scripturas. Job xxviii. profunda quoque fluviorum perscrutata est et abs-

scondita pducat in lucem / et in templo eius omnis dicet gloriam i. vsu diui
in ecclesia laudando deum et gratias agendo / Ecc li. Damnum in sapiencia dabo glo
riam. Dominus diluuium inhabitare facit et sedebit dominus rex in eternum / ad
literam. Dicit post quintum exiij de diluuio quod fuit tempore noe Reducit dominus a
ptute sua eciam ad puniendum hominum malicia Genesis vij et quantum ad hoc dicit
dominus diluuium i. terram dissipatam per diluuium inhabitare facit per multiplicacionem
hominum et animalium que noe in archa reseruauit / et sedebit dominus tamquam index
dominus rex in eternum ysa ix multiplicabitur eius imperium et regni eius non erit finis
Alle. sic dicit ergo tria ps principalis in qua describit ecclesie edificate et
consumate statum et decorem in qua tres effectus ponit ablucionis / 2us purgacionis
et sedebit · 3us confirmacionis dominus virtutem / 4us retribucionis dominus benedicet Ideo omnes in
templo dicent gloriam quod dominus facit sanctos suos inhabitare securos seu
securitate diluuium inundacionis iniquitatis huius seculi sicut fecit tempore noe in
sua familia secure manere in archa noe Genesis vij / de quibus iniquitatibus
mundi Osee iiij maledictum et mendacium et homicidium et furtum et adul
terium inundauerunt / Vel sic dominus facit diluuium purgacionis et ablucionis
siue per flagella siue per baptismi sacramentum inhabitare in templo i. in ecclesia
sua Naum ps. Bonus dominus et confortans in die tribulacionis consumacionem
faciet i. diluuio preteriunte et dominus sedebit in templo sancto suo i. in ecclesia
rex in eternum i. regens et gubernans eam in perpetuum Dominus virtutem populo
suo dabit / dominus benedicet populo suo in pace / ad literam. Dicit dauid preter
bona populo suo dei / dominus virtutem et panem in aduersis populo suo dabit i. dei /
vij Ebr. non enim modum optatum sed per quod venimus futurum mediatori mei
dominus benedicet i. benedicat / populo suo / eum in bonis temporalibus et spiritualibus mul
tiplicando in pace Leuitici xxvi iste ps de ecclesia militanti in qua cottidie
offertur agnus immaculatus xpc ipse ad honorem dei patris sui sumendus est et per
implet obediencia et mirabilia que fiunt in celo et in terra / et ps mirabilis
terminos sacramenti baptismi Genesis x omnis in monte baptisati sunt in nube
et in mari / 2o ex o terminis publicacio eiusdem per quod consecrati sunt cedri li
bani i. principes seculi sub ministeriis humiliati colla sua iugo fidei / 3o ex
terminis regressio ignis iussu dei ... virtute admittentes martiribus mar
tiribus sicut patet in eorum legendis et terre motus opprimens tirannos et eorum
ministros et corruunt fanes templi ydolorum sicut patet in legendis plurium marty
Ultimus vero exiij narrat ecclesie primitiue statum quod tunc sicut terra primitiua produxit
inter eos fideles gaudentes et propter recentes admiracionem quod fuit in ex
altacione eius celestium in templo ecclesie dominum iugiter laudancium Littera
exiij presignat statum mundi ante incarnacionem xpi in quo deo primitiue
inondauit diluuium viciorum sed per xpm et apostolos tamquam per alium noe
et eius filios conservata est ecclesia ex multiplicacione fidelium Alle. sic dicit ordinat
statum ecclesie quantum ad retribucionem et dicit / dominus rex sedebit in templo i. in
ecclesia fidelium in eternum et ipse dominus dabit virtutem populo suo roborando eum
contra pugnas et aduersitates huius seculi ysa xl qui dat lasso virtutem
et dominus tunc soli qui venit benedictionem dare num. Inuocabitur nomen meum super
israhel et ego dominus benedicam eis / benedicet / benedictione celesti Mathei xxv venite
benedicti patris mei et / populo suo scilicet in eum credenti / et mandata eius obseruanti
in pace scilicet eterna de qua ysa xxxij sedebit populus meus in pulchritudine pacis

Exaltabo te domine quoniam suscepisti me nec delectasti inimicos meos
super me / ad literam. Titulus ps cantici pro dedicacione domus dei
i. templi edificati per salomonem quod dicitur dicitur domus dauid quod ipse
voluit edificare templum ut habetur 2 Reg. xvij / sed de mandato domini
fuit hoc edificium retardatum usque ad tempus Salomonis filii dauid / et tunc
in dedicacione templi sacerdotes portabant archam velleret suffere eam
de tabernaculo dauid et inducere in templum in sancta sanctorum porte templi

clauserat se nec fuit reseratus donec leuite tacuerunt Ps cxxx venerunt ad locum illum pter dauid puerum tuum ne auertas faciem xpi tui i salomonis in regem muncti et sue porte fuit reserate q videntes omnes per conuenerunt q peccatum dauid de adulterio bersabee et homicidio vrie esset totaliter remissum et usque ad tempus illud populus de peccato tenebat contrarium. Hec preuidens dauid in spiritu fecit hunc psalmum in quo describit peccati commissionem ex sua fragilitate et eiusdem remissionem ex dei misericordia et benignitate. Et diuiditur hic dauid in duas partes. primo ostendit diuinam bonitatem 2o propriam fragilitatem. ibi ego autem dixi primo dicit exaltabo te domine nomen tuum puro collaudando quoniam suscepisti me in tuam gratiam post tanta flagitia a me perpetrata scilicet in adulterio bersabee et homicidio vrie. nec delectasti inimicos meos super me scilicet achitofel et absalon qui induxerat populum ad persequendum me allegantes contra me predictum flagitium. tandem finaliter non fuit delectatum quia achitofel se suspendit et absalon in bello interiit et magis populus sequebatur eum. Aliter lectio sic In preteriti psalmo tractauit de edificatione ecclesie et consumatione hic tractat de eius dedicatione seu consecratione sicut in capite quod intelligitur in titulo psalmi cantici in dedicatione domus dauid. et quia dauid nullam domum legitur dedicasse. et ideo quia nos intelligere de dedicatione spiritualis domus i ecclesie que in capite xpo. iam facta est in resurrectione. eius membris vero fiet spiritaliter in generali resurrectione. Expositio tituli hec est psalmus cantici i leticie huius in dedicatione domus dauid i ecclesie cuius primum est ecclesie caput in capite quod in membris dedicata. Intendens fideles ad huius dei dedicationem preparare. Et diuiditur in 3es partes primo xpus pro sua et ecclesie dedicatione gratias agit 2o ostendit quo eam meruit. Ego autem 3o qualiter eam accepit audiuit dominus In prima parte deum laudat pro beneficiis resurrectionis ideo dicit domine pater exaltabo te altitudinem tuam laudando Extra xliiij benedictus deum exaltare illum quantum potestis. quoniam suscepisti me i ad te suscepisti me resuscitando ysa xlix ante sinus meos suscepisti eum nec delectasti inimicos meos super me i demones et homines de morte mea diu gaudere permittendo Michee vij ne leteris inimica mea quia cecidi consurgam. Ita quod deus exaltatur 3x primo corde psalmo accedat homo ad cor altum et exaltabitur deus. 2o ore Ysaie iiij lingua modicum membrum est et magis exaltat 3o opere Thobie xiij exaltate regem seculorum in operibus vestris Domine deus meus clamaui ad te et sanasti me Ad litteram domine deus clamaui ad te corde ore et opere. et sanasti me a predicto periculo Aliter lectio sic hic laudat pro beneficiis sanationis corporis et dicit domine deus meus non delectasti inimicos meos super me primo domine contra ad potentiam creatoris deus meus contra ad gratiam familiaritatis et amoris clamaui ad te deuote orando in passione hebreorum v cum clamore valido et lacrimis. et sanasti me i fecisti corpus meum impassibile et immortale post i resurrectionem Iere xvij sana me domine et sanabor saluum me fac et saluus ero Domine eduxisti ab inferno animam meam saluasti me a descendentibus in lacum Ad litteram quia post dicta flagitia exam digni ut veheremur sed tu me sanasti ex tua misericordia Aliter lectio sic hic laudat deum pro triplici beneficio scilicet pro saluatione anime quia eduxit eam de lacu inferorum et saluauit de manu inimicorum et dicit domine deus tu sanasti me et eduxisti de inferno animam meam et tertia die inde exire faciendo contra voluntatem demonum sicut sampson de gaza contra voluntatem philisteorum Iudicum xvj saluasti me a descendentibus in lacum i de manu inimicorum qui assidue descendunt in huius seculi profundum scilicet a consortio dampnatorum in inferno detentorum Potest etiam talis expositio in persona ecclesie sic exaltabo te domine altitudinem tuam predicando quoniam suscepisti me protegendo et saluando et non delectasti inimicos meos super me

Post est persecutores meos deprimendo et confundendo / Domine deus meus clamavi ad
te Deum exorando / et sanasti me infirmitates meas et peccata auferendo
et eduxisti domine ab inferno animam meam et animas patrum meorum de limbo
et salvasti me a descendentibus in lacum i(d est) non permisisti me dampnari in inferno.
Psallite domino omnes sancti eius et confitemini memorie sanctitatis eius. Ad ter-
cium hortatur alios ad laudandum deum de misericordia sibi facta dicens psallite domino
omnes sancti eius i(d est) vos sacerdotes et levite divino cultui deputati / et sanctificati
confitemini memorie sanctitatis eius confessione laudis / ad quam confessionem tunc di-
verat memoriter domine david etc. aperte fuit porte templi ut dicitur et sic
omnibus apparuit peccatum david adeo dimissum. Glosa alia sic hic invitat alios
ad laudandum deum ore et voce et dicit quia dominus eduxit ab inferno animam meam
ideo psallite domino i(d est) ad honorem dei sancti exponendo Matth. v. Sic luceat lux
vestra coram hominibus etc. sancti eius Apoc. xix. Laudem dicite deo nostro omnes
sancti eius / quia non est speciosa laus in ore peccatoris Eccl. xv. et confitemini voce lau-
dando Ps. confitemini domino quoniam bonus etc. / memorie sanctitatis eius i(d est) quia memor
fuit nostri sanctificando nos / vel quia ex sua sanctitate et bonitate memor fuit nostri
vel memorie sanctitatis eius i(d est) memorantes eius sanctitatem. Quoniam ira in indigna-
tione eius / et vita in voluntate eius. Ad quartum quoniam ira etc. i(d est) cito irasci-
tur / unde in glosa habetur quod admonitum ira eius et vita in voluntate eius
quia deus non vult mortem peccatorum sed ut convertatur et vivat Ezech. xviii. quia
eius misericordia superexaltat iudicium Jacobi ii. Glosa alia sic hic post ea laudi-
tionis sunt iustitia puniendo et misericordia liberando / et dicit ideo psallite et confitemini
domino / quoniam ira i(d est) vindicta qua nos et totum genus humanum punivit / est in indi-
gnatione eius i(d est) ex zelo iustitie eius Gen. iii. et Prov. xvi. indignatio regis
nuncius mortis et vita qua nos mortuos in peccato resuscitavit / est in vo-
luntate eius i(d est) ex eius beneplacito non ex nostro merito Ezech. xviii. Nolo mor-
tem peccatoris sed ut magis convertatur et vivat. Ad vesperum demorabitur
fletus et ad matutinum leticia. Ad quintum quod si in vespere induxit
fletum peccatoribus puniendo cito transibit et in mane dabit leticiam eos conso-
lando. Glosa alia sic hic post manifestatam esse per effectum et tempus effectus ire et
misericordie / et dicit quia ira i(d est) vindicta venit ex zelo iustitie dei / ideo fletus i(d est) dolor
et gemitus totius humani generis miseriam suam deflentis / ad vesperum i(d est) ad
occasum veri solis in adam inchoatum / demorabitur i(d est) diu morabitur usque
ad matutinum reditum sive ortum veri solis i(d est) adventum salvatoris de quo
Malach. ult. vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitie / et ad ma-
tutinum scilicet in ortu veri solis i(d est) Christi in mundo / demorabitur leticia quia cum Christus
orta est leticia sanctis Luc. ii. Evangelizo vobis gaudium magnum Ps.
lux orta est iusto et rectis corde leticia. Vel aliter ad vesperum peccati ade fletus
inchoatus demorabitur i(d est) diu morabitur usque ad mane diei seu domini-
ce resurrectionis / et ad matutinum scilicet generalis resurrectionis demorabitur leticia. Vel aliter
fletus incipiens ad vesperum peccati cuiuslibet peccatoris demorabitur usque ad matu-
tinum penitentie / et conversionis redeunte sole iustitie / leticia i(d est) alacritas spiritua-
lis. Vel aliter ad vesperum dominice passionis et sepulture demorabitur fletus in
mulieribus et in apostolis / et ad matutinum dominice resurrectionis leticia demorabitur
in eisdem Jo. xx. Gavisi sunt discipuli viso domino. Ego autem dixi in ha-
bundancia mea non movebor in eternum. Ad sextum hic david confitetur
propriam fragilitatem / et declarat suam miseriam et dei clementiam ubi audet
ipse dicit Ego autem in habundancia mea i(d est) in principio regni mei quando habundavi
bonis temporalibus et spiritualibus non movebor in eternum a via veritatis et iustitie
ex hoc enim quod in persecutione Saulis positus divinam innocentiam servaverat
ut patet Reg. 24 de cetero eandem innocentiam se tenere confidebat / non di-

domine in voluntate tua Alia lectura sic hic est 2 ps principalis in qua o-
stendit quod xpus dominum conseruatorem seu glorificatorem ecclesie meruerit
et tangit triplex motiuum persuadencia seruitutis 2o conturbacionem propter ibi a-
uertisti 3o deuocionem orationis ibi ad te domine / primo persuadencia seruitutis declarat
ex mobilitate ad malum et ex virtute ad bonum / et dicit quod radix quasi
ad peccatum venit fletus / Ego autem dixi i. firmiter proposui et ordinaui in
habundancia mea i. in habundancia gracie creatae et increatae mihi habundanter
prestitae Io iii non ad mensuram dat deus spiritum / non mouebor recedendo a
deo ad peccatum / in eternum i. nullo tempore prima pe ii qui peccatum non fecit Domine
in voluntate tua prestitisti decori meo virtutem ad literam quod dauid con-
fidebat se tenere inuenta ideo dicit domine in voluntate tua prestitisti decori meo
virtutem / fuit enim decorus corpore ut habetur primi regum xvi et magis mente virtu-
tis decore / verumtamen quod in hac minus confidit deus ad horam eum dimi-
sit / et grauiter peccando suam fragilitatem cognouit Alia lectura sic hic de-
clarat persuasiones in seruitute ex virtute ad bonum / et dicit domine in voluntate tua
i. ex tua gracia non ex merito meo prouidenti prestitisti virtutem in bono perse-
uerandi vel inmaculate faciendi / decori meo i. mee pulchritudini et morum e-
legancie propter quod canticum tu pulcher es dilecte mi et decorus / Ezechiel mihi occasione
decoris prebuit virtutem Ezechiel xvi habens fiduciam in pulchritudine tua / fornicata
in nomine eius Auertisti faciem tuam a me et factus sum conturbatus / Ad
literam quia dauid in virtute sibi prestita minus confidebat deus ad horam
eum dimisit et peccando fragilitatem suam cognouit ideo dicit auertisti faciem tuam a me
ad horam me relinquendo fragilitati meae / et factus sum conturbatus quod per
sathanam in flagicia grauia deiectus Alia lectura sic hic ostendit perturbacionem
passionis dicens auertisti faciem tuam a me i. visum et auditum exponendo me passioni
vnde dicebat Matheus xxvii ut quid dereliquisti me / et factus sum conturbatus in sen-
sualitate secundum doloris impetus et turbacionem cordis sentiendo Io xii nunc anima
mea turbata est Alia exposicio de primo parte Ego autem dixi i. habundancia
et quod ad vesperum demorabitur fletus / ego autem dixi i. cogitaui quod in ha-
bundancia mea i. in deliciis paradisi quiescendo non mouebor in eternum
ab hac habundancia deliciarum / et tu domine in voluntate tua non meritis meis
prestitisti decori meo i. mee morum virtute gracie tue dum eram in paradyso
auertisti etc. / sed per modum me puniendo auertisti faciem tuam a me de paradiso
expellendo propter peccatum et factus sum conturbatus expulsus in hoc exilio Ad
te domine clamabo et ad deum meum deprecabor / Ad literam ad te domine cla-
mabo corde et ore et ad deum meum deprecabor pro dictorum peccatorum meorum remissione
allegat rationes pro gloria immortalitatis habenda / et pro miseria mortalitatis tollenda
et dicit ideo quod sequitur Alia lectura sic hic tangit 3m motiuum scilicet deuote supplica-
tionis et dicit tu domine auertisti faciem a me exponendo me passioni ideo domine qui
es deus omnium per potentiam creationis clamabo ad te i. deuote orabo pro gloria
immortalitatis mihi danda Matheus xxvii Ihesus voce magna clamans expirauit
et ad te deum meum per graciam specialem vnionis deprecabor pro miseria mor-
talitatis eius deprecabor dominum et ad deum meum ponam eloquium meum

Que vtilitas in sanguine meo dum descendo in corrupcionem Ad
literam hic pro peccatorum suorum remissione allegat persuasionem dicens que
vtilitas mea in sanguine meo i. in peccato meo / dum descendo in corrupcionem
i. si propter ipsum incurram mortem corporis et gehenne quasi dicat nulla Alia lectura sic
hic ponit Xc persuasionem ex parte sui ne sit inutilis eius passio dicit clamabo
ad te domine pro gloria immortalitatis habenda / quia que vtilitas erit in sanguine
meo effuso sine culpa mea / dum descendo i. si descendo quod per quos-
dam peccatores infidelium in corrupcionem et in incineracionem / Vnde si-

tercia die nō resurrexisset a mortuis mūdo in eū nō credidisset ideo dr Ro v traditus ē ꝓpter delicta mea resurrexit ꝓpter glificatōz nr̄a

Nunquid ɔfitebitur tibi puluis aut annunciabit veritatem tuā ad litteram nunquid ɔfi. ē puluis .i. corporis mei mirandi q.d. nō/ id melius ē ut remittas in culpā et penā etiam eā in spalem mutado Aliter lr̄ sic hic ponit ꝑsuasionem ex pte dei ut eū laudet et utilitas eius pdiret et dr̄ nulla erit utilitas si descendā in corruptōz ex mors ɔfitebitur .i. laudabit te puluis .i. pctōr .i. puluere manens de puluere pcti nō suscitatus Ecc. xvii a mortuo quasi nichil perit ɔfessio/ aut annunciabit uitē tuā aliis pdicando q.d. nō ps. peccati dixit deus quare tu enarras iusticias meas q.d. si ego nō resurgerem aplī in puluere pcti mansisset quād go alios docuisset. Vel aliter expo sic nunquid puluis .i. corpus meum .i. puluere resolutum ɔfitebitur .i. erit causa ut gentes ɔfiteantur et et laudet te aut annunciabit veritatem tuā .i. pdicabit aliis fidem tuā q.d. nō

Audiuit dominus et misertus ē mei/ dominus adiutor factus est meus ad litteram Hic ɔfitetur diuinā clemenciam dicens/ audiuit dominus deprecatōm meā exaudiendo et misertus ē mei flagiciū meum remittendo dominus factus ē adiutor meus insultus sathane a me repellendo Aliter lr̄ sic hic ē 3a pars in qua ostendit qualiter dictam ɔseratōm .i. glificatōm accepit/ et dr̄ deprecatus sum dominum et ipse dominus audiuit me deprecantem et misertus ē mei ɔsurgendo me a corruptōs miseria Ecc. xxxv deprecatōz humilis exaudiet et dominus adiutor factus ē meus pducendo me ad gloriam inmortalitatis ysa. l. deus meus auxiliator meus

Conuertisti planctum .i. gaudium mihi/ ɔcidisti saccum meum et circumdedisti me leticia/ ad litteram quasi dixit planctum meum de pcti ɔmissione .i. gaudium mihi de eius remissione/ ɔcidisti saccum meum veste lugubrem deponendo et circumdedisti me leticia mentis ɔsolando hoc autem factum fuit quando ꝓpter peccatum bersabee et vrie ɔmissum ieiunauit dauid et fleuit iacens super terram infirmante puero de bersabee nato 2 Re. xii ꝓpter quod mortuo puero surrexit de luctu et mutata veste lugubri locutus ē et mortuus in signum exultacionis cognouit enim peccatum suum dimissum quantum ad culpam et ꝑtem pene ꝓpter luctum suum et pueri mortem Aliter lr̄ sic hic ostendit quo ordine accepit glificatōm in generali et in speciali et dr̄ domine factus es adiutor meus ex planctum meum .i. tristiciam meam ꝓpter omnes Mat. xxvi tristis ē anima mea usque ad mortem/ ɔuertisti mihi in gaudium .i. in leticiam Prouer. Iob iii ꝓpter lamentacōm et fletum exultatōm infundit Vel ɔuersio pt hic intelligi fca i suis aplis Jo xvi tristicia vra vertetur in gaudium et id quisque ē planctus i gaudium m ex ɔcidisti saccum meum .i. deposuisti carnem meam mortalem i passione quod erat plena dolore sic saccus frumento de quo psalmus vii Sacculum pcius serui tulit/ et circumdedisti me leticia .i. vestisti me gloria inmortalitatis pri Cor xv hoc opꝫ corruptibile induere in corruptōm et mortale hoc induere inmortalitatem Vel aliter lr̄ etiam diues ɔuertisti planctum meum de peccatis ꝑpetratis .i. gaudium de absolucione/ ɔcidisti luctum meum per mesticiam culpe ꝑpetrate circumdedisti me leticia hilaritatis ɔsciencie mundatē

Vt cantet tibi gloria mea et nō ɔpungar domine deus meus in eternum ɔfitebor tibi/ alia lr̄ habet ut cantem ē gloria mea et nō ɔpungar et ad litteram ut cantet ē gloria mea .i. publica laude et clara et nō ɔpungar remorsu ɔscie ex pcti ɔmissione qz ɔgnoui esse dimissum quantum ad reatum culpe domine deus meus in eternum ɔfitebor ē ex in patria erit ɔfessio diuine laudis ꝑfecta ps. bti qui habitant i domo tua domine in secula laudabunt te Moraliter iste ps posset exponi de quolibet fideli qui reuelacione diuina seu ꝓbabili coniectura cognoscit aliquod grauem peccatum ab

sibi dimisisti. ppter quod gratias agit collaudando dei bonitatem et recognoscendo
propriam fragilitatem. Alia littera sic ut cantet etc. hic ostendit quo fine glorificationem
accepit quia laudaret deum et dicit conuertisti saccum meum et circumdedisti me leticia
ad hoc quia gloria mea id est ratio mea glorificata cantet tibi id est sit causa mihi et meis
cantandi et laudandi te pro Ad Cor xii si gloriatur vnum membrum congaudent
omnia membra et non compungar id est de peccato non patiar Ro vi xpc resurgens
ex mortuis iam non moritur. domine omnipotens creator deus meus pro speci-
alem graciam remissionis. ego confitebor tibi in eternum id est laudabo te semper sic
sine fine ps benedicam dominum in omni tempore semper laus eius etc. Vel aliter de quolibet fideli
exponitur sic ut cantet tibi gloria mea id est ut te laudet gloria conscientie mee et non con-
pungar remorsu culpe domine deus meus in eternum confitebor tibi te laudando
sine fine ps beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te

In te domine speraui non confundar in eternum in iusticia tua libera me
Ad victoriam Titulus in hebreo ad victoriam ps dauid et in translatione aliorum vin-
centi victori ps dauid et patet expositio supra psalmo x. Cas. ps dicitur agi
quia dauid fecit hunc psalmum loquens in persona populi de captiuitate babilo-
nica liberari prouidens in spiritu eius liberationem. Alii dicunt liberari de seruitute phi-
listinorum. Rabi Sa. dicit quod dauid fecit hunc psalmum exiens in persecutione saulis
per qua multos ps fecit quia longo tempore durauit et fecit hunc psalmum gratias agendo
eo quod multa pericula preterita iam euaserat et orando pro euasione presentium et
futurorum que formidabat et continet hoc dauid in duas partes primo dauid ostendit
sue persecutionis acerbitatem. 2o ibi Erubescant impii ostendit
impiis post ostendit confidencie stabilitatem et dicit In te domine speraui sic in protectione
forti non confundar in eternum licet confundar ad tempus quia erat exul et fu-
gitiuus et timens lesor diuine maiestatis habitus in iusticia tua libera me
quia confido de ea non de mea. Alia littera sic. In precedenti psalmo tractat de
conseruatione ecclesie in capite et in membris hic tractat de extasi seu de ini-
tiatione animi hoc audientis scilicet de multiplici ecclesie in medio tribulatione et
firmitate. Titulus ps In finem ps dauid pro extasi eius et est sensus tituli
ps dirigens nos in finem id est in xpm est dauid ipsi qui hic loquitur in persona
xpi vel ecclesie habitus pro exstasi agit enim de excessu mentis qui fit per
frenacionem tribulacionum pauorem. Materia magnitudo tribulacionum ecclesie
Intentio inducere homines ut in tribulatione confidant in misericordia dei non de se
et diuiditur in 3s partes primo quia tribulationis premittit spem et oracionem et exprimit
confidencia et dicit xc domine speraui certe in te speraui cum quia homo indubitanter
de te confidendo. Math. xxvii confidit in domino liberet eum nunc si vult. non
confundar in eternum id est nunquam tarda a confidencia mea vel non confundar
confusione eterna Ecc. ii nullus sperauit in domino et confusus est et ideo in iusticia
tua libera me tanquam moriturum eripiendo de iniusta morte. Incli-
na ad me aurem tuam accelera ut eruas me. Ad literam hic loquitur de
deo more humano cui est aurem suam inclinare ad id quod vult audire et
exaudire. accelera ut eruas me ne deficiam in persecutione. Alia littera sic
hic petit liberacionis accelerationem et primo petit audienciam dicens ut me libera
domine inclina ad me aurem tuam attendendo oracionem meam et exaudiendo
Anach Inclina deus aurem tuam et audi. accelera ut eruas me scilicet die tercia
a morte resuscitando an resurrectionem generalem ysa viii vera noui eius accele-

Esto mihi in deum protectorem et in domum refugii ut saluum me facias.
Ad literam esto mihi etc. in presentibus periculis et in domum refugii pro
futuris. Alia littera sic hic petit protectionem in tribulatione ab impugnantibus et
dicit accelera ut eruas me esto mihi in deum protectorem id est deus sis protector meus
ab impugnantibus defendendo me ne me ledant. Ecc. ii protector est omnibus

Requiretibus se in civitate et in domum refugii i. suscipiat me i. domum
refugii a persequentibus me capiat me. prov. xviii turris fortissima nomen
domini ad ipsum currit iustus et exaltabitur. ut salvum me facias ab utrisque
eripiendo. Quoniam fortitudo mea et refugium meum es tu. et propter nomen
tuum deduces me et enutries me. ad literam viri habitatores illi qui
erant de tribu david non audebant eum recipere timore saulis regis. ymo
cum eo erant in persecutione david. primo regum xxiii quod si in terra se absconderit
perscrutabor eum in cunctis milibus iuda. et propter nomen tuum deduces me per
eam viam quod saul non potuit me capere. et enutries me scilicet in desertis locis
ubi non possum ab hominibus victualia habere. aliter legitur sic. hic subditur triplex
persuasio propter quam sperat se liberaturum a persecutione et dicit loquens te solum protecto-
rem et refugium quero quia tu es fortitudo mea domine ad tollerandas perse-
cutiones. exodi xv. fortitudo mea et laus mea dominus. ysa xxv. fortitudo ege-
no in tribulatione spes a turbine umbraculum ab estu. et refugium meum
ad evadendas persecutiones totaliter. ps. tu es refugium meum a tribulatione que
ps. xvi dominus fortitudo mea et robur meum et refugium meum. fortitudo
in vita. refugium in morte. et propter nomen tuum ut innotescat modo per me
io. xvi propter manifestacionem nominis tui deduces me te sequentem per viam man-
datorum tuorum incedendo. ps. deduc me domine in semita mandatorum tuorum et
enutries me i. alios cibum in incorporabis. io. iiii. ego cibum habeo
manducare quem vos nescitis. Educes me de laqueo quem absconderunt
mihi quoniam tu es protector meus. ad literam educes me scilicet i. de occultis insidiis
ziphitorum et consilium quod faciebant contra david in favorem saulis ut habetur primo
reg. xxiii. aliter legitur sic. hic ponitur tertia persuasio et dicit educes me de laqueo
quem absconderunt mihi i. de periculo mortis erues me quam occulte parabant michi
per laqueos contritus est et nos liberati sumus et illam mortem christus moriendo de-
struxit et resurrexit. quoniam tu es protector meus liberans me de cunctis adver-
sitatibus. 2 reg. iiii vivit dominus qui eruit animam meam de omni angustia. Lx
sunt etiam alie littere omnia de ecclesia exponit secundum glossam. quod caput et membra eadem
voce utuntur. quod fit propter nimiam unitatem capitis et corporis christi et ecclesie sponsi
et sponse quam facit caritas ut dicit glossa. unius angeli sic lingua omnium mem-
brorum suscepit vocem dicens per pedem calcas me. non dicit. calcas pedem et
per manum vulneras me. non dicit. vulneras manum meam. sic christus pro membris
utitur verbis non ingerere non se dividens a verbis meis qui enim dignatus est
pro nobis homo fieri et formam servi vestiri non dedignatur nos transfigurare
in se. In manus tuas domine commendo spiritum meum. redemisti me domine deus
veritatis. ad literam quod non habeo protectorem seu defensorem ex parte hominum re-
demisti me domine deus veritatis quod david de servitute egipti redemptus fuit
in populo antiquus. aliter legitur sic. hic tamen post orationem statim commendat se deo in
tribulationibus et dicit quod tu domine es protector meus ideo in manus tuas i. in tua
potestatem commendo spiritum meum ut cito eum in corpus meum restituas. in persona
christi dixit in cruce. luce xxiii pater in manus tuas commendo spiritum meum et
redemisti me i. redemptionem disposuisti mei. et non tantum me sed etiam corpus
meum i. ecclesiam sanguine meo prima petri primo non corruptibilibus auro et argento
redempti estis sed precioso sanguine agni immaculati. domine qui potens es
ad solvendum deus veritatis i. deus verus qui verax es in promissione.
Odisti observantes vanitates supervacue. ad literam odisti observantes va-
nitates i. auguria et consilia per quorum observationem aliqui sperant eva-
dere pericula supervacue quod talis observancia inutilis est ymo nociva. quod
est superstitiosa. aliter legitur sic. hic ponitur adversariorum reprobatio. et dicit redemisti

Omne dne deus virtutis sed odisti reprobando et dampnando Ecc xii altissimus
odio habet peccatores omnes tam maiores quam minores observantes vanitates i. qui
observant et amant vanitates seculi Ecc p° vanitas vanitatum / supervacue
i. inutiliter ymo dampnose Sap vi que fructum consequitur hec in illis in quibus
non exuberat nisi timor illorum mors est / Ego aut in dno sperabo ex-
ultabo et letabor in mia tua Ad lram e° Ego aut in dno speravi non i. stelle
sophimis et aliis vanis exultabo et letabor i. mia tua me liberante ab an-
gustia quia sic persecucio est causa tristicie sic liberatio causa leticie Ale Le
sic hic post oracionem et comendacionem exultat servus de liberacione et post tam
sua in deo confidencia 2° leticiam / et dicit Ego aut in dno non in sculptilibus speravi
i. mea spe et confidenciam posui Ps Sperate in eo omnis congregacio populi quia ipse
e vitas Jo xiiii Ego sum via veritas et vita exultabo tam leticia que ma-
nifestatur exterius / et letabor leticia que e interius i corde in mia tua non
in mea iusticia ·q· d· letabor corde et corpore Quoniam respexisti humilitatem
meam salvasti de necessitatibus aiam meam Ad lram Excelsus enim deus humilia
respicit Ps c xxxvi Salvasti de necessitatibus i. de periculis urgentibus i.
quibus ho e necessitatus aiam meam i. vitam meam Ale Le sic hic tangit ra-
cionem exultacionis ex parte dei quia apparet et a vivis liberat et dicit ego leta-
bor in mia tua qm respexisti humilitatem meam tam mentis quam corporis
approbando Luc p° respexit humilitatem ancille sue Ps qm excelsus dns
et humilia respicit / vii quamvis oculis visus deo placeret super tum humilitas
ei dualis omne sublime videt / salvasti de necessitatibus aiam meam i. conserva-
sti a periculis aiam meam quibus ho i. presenti vita undique implicatur Nec
conclusisti me i. manibus inimici / statuisti i loco spacioso pedes meos Ad
lram hic ont que fuerit pericula preterita et dicit conclusisti me i manibus inimici
sc saul et exercitus eius qui cingebat david / et viros eius i modum corone
ita quod david desperabat se posse evadere Pri Re xxiii statuisti i loco spacio-
so pedes meos quia nunc ex ordinacione divina nuncius venit ad saul dicens festina et
veni quia infuderunt se philistei super terram et fuit compulso redire et david
qui erat inclusus potuit quo voluit abire Ale Le sic hic tangit ra-
cionem exultacionis que e ex parte adversarii quia liberat a potestate demonis et
collocat in libertate amicorum et dicit salvasti animam meam nec conclusisti me i.
concludi non permisisti i manibus inimici i. in potestate dyaboli et demonum nec non per-
misisti Jo viii qui facit peccatum servus e peccati / Eg dicit Job xvi conclusit
me apud iniquum / statuisti i. fecisti me collocari pedes meos i. affectus meos
i loco spacioso i. in libertate gracie per viam latam caritatis me deducendo Pv
iiii ducam te per semitam equitatis Miserere mei dne qm tribulor contur-
bata e i ira oculus meus anima mea et venter meus Ad lram hic continet
descriptum acerbitatis persecucionis tam dicit miserere mei dne qm tribulor pondere
malorum presencium et timore futurorum imminencium / conturbatus e in ira oculus
meus ista ira erat per zelum non per vicium / tamen ex ea dicit oculus turbatur
corporis quia motus ire maxime apparet i facie et in oculis / potissime aia mea
quia ira per zelum oculum mentis turbat / sed ira que e per viciu illum excecat
et venter meus quia passio ire inmutat totum corpus Ale Le sic hic e ra-
cio principalis i qua continetur tribulacionum magnitudo et tangit tria
mala sc turbacionem cordis / anxietatem dolorum et debilitacionem virtutis
ubi infirmata e / pro dicit sic nec conclusisti me i manibus inimici sed quia semper
insurgunt tamen me io miserere mei dne et libera me a miseria qm tribulor
sustinendo tribulacionem ab adversariis Pri thimo iii omnes qui pie volunt
vivere in xpo persecucionem paciuntur Ps multe tribulaciones iustorum Act xiiii
per multas tribulaciones oportet nos intrare in regnum dei / ita michi tribulor

q in ira i. ptr̃ ira adu̾sarior̃ me p̾sequenciu conturbatus est oculus meus
s. interior i. racio mea / et anima mea i. affectus sensualitatis et venter meus
i. naturalis appetitus carnis / vel oculus p̾storum anima inp̾storum venter potor̃
Quoniam defecit in dolore vita mea et anni mei in gemitibus / ad litteram
sim dixit i. do vita mea i. ad defectionem fuit disposita ex doloribus et an-
gustiis vnde de ipso dicitur iij Reg. primo Rex dauid senuerat habebat que etatis
plurimos dies cumque operiretur vestibus non calefiebat et tamen tunc non habebat
nisi lxx annos quia xxx annorum fuit cum cepit regnare et xl annis tamen regnauit
ut habetur 2 Reg. v quod igitur ita cito venit ad senium et ad mortem vna causa
fuit propter dolores et angustias quas in persecucione saulis sustinuit / Aliter
Ita sic hic tangit anxietatem dolorum interiorum et exteriorum et dicit conturbatus sum
propter iram aduersariorum me persequencium quoniam vita mea temporalis defecit in dolo-
re i. pre dolore interiori a tormentis illatis / dolor enim minuit vitam / sed
gaudium auget Eccli xxx Tristiciam non des anime tue et non affligas temet
ipsum quia iocunditas cordis est vita hominis Eccli xxxviij / a tristicia festinat mors
et anni mei i. defecerunt in gemitibus i. in doloribus exterioribus Iob iij an-
tequam comedam suspiro et tamquam inundantes aque sic rugitus meus Infirmata est in paupertate virtus mea et ossa mea conturbata sunt Ad
litteram in illa enim persecucione multas paupertates sustinuit tamquam fugiti-
vus et ab achimelech panes cum ieiunus peciit i Reg. xxi et a nabal pe-
tiit subsidium victus cibariorum primo Reg. xxv ex defectu autem victus debi-
litatur corporis virtus Aliter lege sic virtus i. vigor et confidencia anime mee
infirmata est i. debilitata in paupertate i. propter defectum bonorum meorum et os-
sa mea conturbata sunt i. fortitudo corporis mei debilitata est Super
omnes inimicos meos factus sum obprobrium vicinis meis et timor valde no-
tis meis Ad litteram quia eius p̾ obprobrio ducebatur quod erat amicus proditoris
regis licet falso / et timor notis meis quia timore saulis non audebant eum
ad se recipere et timebant occasione eius dampnificari a rege Aliter lege sic primus
ostendit tribulaciones quas sustinuit in se hic ostendit tribulaciones quas su-
stinuit in suorum amissione / et primo quod sui eum contempserunt et proximi eius
timuerunt / et sic fortitudo corporis mei debilitata est / quia ego christus factus sum
obprobrium valde vicinis meis quia iudei deridebant eum in sua passione et in tre-
nis xxiij et Ps. xx factus sum in derisum tota die super omnes inimicos meos
i. plus quam omnes inimici mei quia barrabam latronem michi pretulerunt
Mat. xxvij non hunc sed barrabam / et factus sum timor notis meis i. apostolis
meis qui videntes me captum a iudeis fere a me fugerunt Mat. xxvj
Qui videbant me foras fugerunt a me / obliuioni datus sum tamquam
mortuus a corde Ad litteram hoc est in deserto vbi eram fugitiuus / fugerunt
a me timentes ne imponeretur eis quod essent de mea parte / obliuioni datus sum
a corde aliorum meorum tamquam mortuus de quo dicitur vulgariter mortuus non habet
amicum / Aliter lege sic hic ostendit quod sui alii fugerunt et recesserunt ab eo
corpore et corde / ideo noti mei fugerunt videntes propter captionem meam et qui
videbant me foras i. exteriorem afflictionem corporis mei / et non interiorem
consolacionem primo Reg. xvi homo videt ea que patent deus autem intuetur cor. Et
isti fugerunt a me / relinquentes me ut discipuli mei Mat. xxvj / et ita
datus sum obliuioni ab eis i. obliti sunt mei in cordibus suis tamquam mor-
tuus i. excidi ab eorum recordacione sicut mortuus ysa lvij iustus perit
et non est qui recogitet in corde suo Quoniam audiui vituperacionem multorum commorancium in circuitu Ad litteram factus sum et
de quo non sperat vituperacionem / qui audiuit viri et vxori et nabal cuius
mansio erat in carmelo / in quo dauid et viri eius aliquando latebant / vitu-
perabant dauid et viros eius dicens quis est dauid et quis est filius ysai

q d nullus moritur et subdit hodie invenerit servum qui fugiunt dominos suos
Alr le sic hic ondit q eu vituperaverit et p inutili reputaverit et dt ob
litus sum a notis meis et sicut sum l reputatus sum tanquam vas perditum ide
vas inutile ad aliquod ministerium Sap ii estimavimus illum qui inutilis
e nobis qui audivi vituperacionem con me multorum sc stultorum quorum infi
nitus e numerus Ecc i commorancium l circuitu l astancium mihi circumquaque l circu
tu l sequencium circuitu rerum temporalium Ps In circuitu impii ambulant In eo
dum convenirent simul adversum me accipere animam meam consiliati sunt ad lram
In eo dum convenirent simul adversum me sc saul et exercitus eius accipere animam
meam consiliati sunt et de morte mea tractaverunt Alr le sic hic ondit
q machinati sunt et fecerunt consilia ut caperent eum et dt audivi vituperacionem
multorum con me In eo tempore dum convenirent et congregati fuerunt con me sic
qui non pauci colligendo consilium con me Jo xi collegerunt pontifices et
pharisei consilium etc consiliati sunt l consilium fecerunt auferre animam meam l privare
me vita mea Jo xi nec cogitatis quia expedit vobis ut unus moriatur homo
pro populo etc Gen penult In consilium eorum non veniat anima mea Ego autem
in te speravi domine dixi deus meus es tu in manibus tuis sortes meae ad
litteram ego autem in te speravi domine tanquam in meo protectore dixi deus meus es
tu p veram fidem et cultum in manibus tuis sortes meae l sortes tam vite
me quam mortis mee sunt in tua disposicione In hebr continetur in mani
bus tuis tempora mea l ad videndum quantum tibi placuit et non amplius Alr
le sic hic orat p liberacione ab utrisque et ondit confidenciam cordis sui l deo
et confessionem oris et dt Illi consiliati sunt auferre animam meam ego autem in te
non in alio domine speravi et tota confidencia cordis mei in te posui Rom x
loq. corde t in deo dixi ore confitendo corde creditur ad iusticiam ore autem fit
confessio ad salutem Ps x deus meus es tu et salvator meus Ps dixi domino
deus meus es tu qui bonorum meorum non eges in manibus tuis l l potestate
et potestate tua sortes mee l electus mea tam temporalis quam eterna quia p sor
tes fiebant electio ut dicit Ps Vel p aliam literam in manibus tuis sunt tempora
mea sc vivendi et moriendi Job xiiii constituisti terminos eius qui preteri
ri non poterunt Eripe me de manu inimicorum meorum et a persequentibus
me ad literam Eripe sc saulis et suorum complicum et a persequentibus me qua
cumque alia occasione Alr le sic hic orat p liberacione a malis et p adi
pisciendis bonis dt sic quia tu es deus meus ideo eripe me de manu l de
potestate inimicorum meorum sc demonum qui anthonomatice dicuntur inimici et a per
sequentibus me a malis hominibus utrique enim impugnant xpm et membra eius
Ephe vi non e nobis colluctacio con adversus carnem et sanguinem sed adversus
principes et potestates adversus mundi rectores tenebrarum Illustra faciem tuam
super servum tuum salvum me fac in misericordia tua domine non confundar quoniam in
vocavi te ad literam sc fac tuam super servum tuum l super me tua gracia me il
lustrando salvum me fac in tua misericordia non in mea iusticia domine non confun
dar ab adversariis captus seu accitus persecutoribus in pacata sperans quoniam
invocavi te qui potens es exaudire Alr le sic hic orat p bonis adi
pisciendis et dt deus deus meus non solum me eripe de manu inimicorum
meorum sed eciam illustra l manifestata faciem tuam etc super servum tuum hoc
e mea me fore tuum servum et tibi placitum Jo xvii pater clarifica filium
tuum salvum me fac domine non per mea merita sed per tua magis l presenti
et in futuro Ysa xliii Ego salvator et non est absque me non con
fundar l non permitte me sustinere confusionem ab inimicis meis quoniam in
vocavi te orando ad te Johelis ii omnis qui invocaverit nomen domini
salvus erit Erubescant impii et deducantur in infernum muta fiant
labia dolosa Ad literam erubescant impii non potentes assequi finem

Contemptu in persecutione iustorum sic tyranni incedentes per tormenta autem inviros a
fide et non potentes / erubescant et confundantur de eorum violentia sic patet de
Daciano et sancto Vincentio et de Pascasio / et sancta Lucia et multis aliis / et Saul
persequens David et cum capere non potens reversus est ad domum suam confusus et de-
ductus est in infernum post vitam istam si in sua malicia perseveravit / hoc autem dice-
bat David non zelo vindicte sed divine iustitie / cui est applaudendum iuxta illud
Psalmi letabitur iustus cum viderit vindictam / muta fiant labia dolosa id est Saulis qui
aliquando vocabat David filium j Regum xxiiij ubi dixit Saul numquid hec vox
tua est fili mi David et levavit Saul vocem suam et flevit et sic comparatus ad
horam in pace dimisit eum ad mortem et labia adulatorum [illegible] et zyphaeorum
qui prodebant [illegible] ad David in urbibus et in [illegible] cum tradere in ma-
nus Saulis j Regum xxiij Alia littera sic habet pro sua liberatione petit incarceratorum
punitionem et dicit non permittas me domine confundi ab inimicis meis sed potius impii
erubescant in iudicio tuo ysaie xlj confundantur et erubescant omnes qui pugnant
adversum te / et deducantur in infernum iudicis pacto / Judith xxv [illegible] maledicti
in ignem eternum / muta fiant in inferno labia dolosa perpetuo silentio eis im-
posito j Regum ij impii in tenebris conticescent Psalmi obstructum est os loquentium
iniqua / Que loquuntur adversus iustum iniquitatem in superbia et in a-
busione / ad litteram que loquuntur adversus iustum id est adversum me qui nichil eis no-
cui sed benefeci / que locuntur iniquitatem de me dicentes quod quererem malum Sauli
regi j Regum xxiiij / in superbia et in abusione quia aliqui de David loquentes
superbe iactabant se ut caperent regis inimicum et aliqui in abusione mediante
detractione ipsi David ut haberent gratiam Saulis / Alia littera sic habet declarat
ordine qui sunt labia dolosa et dicit / muta fiant labia dolosa que loquuntur in-
iquitatem adversus iustum id est Christum et membra eius blasphemando Luce vj beati eritis
cum vos oderint homines et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me
mentientes in superbia cordis Proverbiorum xj ubi fuerit superbia ibi erit et contumelia
et in abusione omnis magni de beneficiis domini Ecclesiastici viij [illegible] honorum pri-
cipum et honore qui eis collatus est abusi sunt in superbia / Quam magna
multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timentibus te / non tamen hic
deserit equitas divine retributionis quando ad sustinendas patienter persecutiones
propter deum / et sic invitat fideles ad patienter sustinendum ubi diligite dominum
Psalmi dicit quam magna id est valde magna multitudo dulcedinis tue domine in futura
beatitudine quod oculus non vidit et auris non audivit in cor hominis non ascendit
que preparasti diligentibus te / ysaie lxiiij Alia littera sic habet hic est in psalmis principaliter
in qua post eminentiam multitudinem tribulationum subditur consolatio et post tantam
collationem bonorum dicens / o quam magna est extensive multitudo intensive dulce-
dinis tue intime ineffabilis et multipliciter magna quasi dicat dulcedo et leti-
tudinis de tua visione domine est ita magna et longa quod nunquam finem habebit
et ita mixta quod diminui non potest / Ecclesiastici xxiiij spiritus meus super mel dulcis
quam dulcedinem abscondisti timentibus te id est ad opus preparasti timentium te illam
salvans et conservando aliis occultando usque ad iudicium ysaie xliiij oculus
non vidit deus absque te que fecit et ista dulcedo precipue consistit in dei visione
qua etiam iam in iudicio fruitur anima Ecclesiastes xj dulce lumen oculis videre solem
Perfecisti eis qui sperant in te in conspectu filiorum hominum / ad litteram perfe-
cisti id est perfectam rem fecisti et parasti eis qui sperant in te / spe debita / que est ex
gratia et meritis provenientes in conspectu filiorum hominum id est qui non timent nec erube-
scunt suam spem coram hominibus eorum persecutionibus / Alia littera sic habet ostendit
quod electi perfecte habebunt illam dulcedinem visionis divine et dicit illa dulcedine
magna et multa perfecisti id est perficiens domine post iudicium eis qui sperant

Sperant in te qui resumet gloriosum corpus. Alio pacto iudicio amplitudinem caritatis
dei demirabitur electus non solum occulte in corde sed manifeste in conspectu filiorum ho-
minum qui non secundum adam sed secundum filium hominis vivunt eis demirando. Mat. x. Qui
confitebitur me coram hominibus confitebor et ego eum coram patre meo. Luc. xii. Omnis
quicumque confessus fuerit me coram hominibus et filius hominis confitebitur eum coram patre suo et
angelis suis in conspectu filiorum hominum. Alio qui non secundum adam sed secundum filium ho-
minis vivunt. Abscondes eos in abscondito faciei tue a conturbatione hominum.
Ad literam abscondes eos in abscondito faciei tue id est coram facie tua que hominibus hic nunc
est abscondita a conturbatione hominum quia dicitur Sap. iii. visi sunt oculis insipientium
mori illi autem sunt in pace. Alle(gorice) sic hic tangit beneficia in amotione ma-
li in futura vita et etiam in presenti et dicit electos tuos qui sperant in te pertrahuntur
dulcedine tue caritatis ostendes in conspectu filiorum hominum id est qui vivunt secundum filium hominis
sed post iudicium abscondes electos eos cum abscondito faciei tue id est ne ipsi electi
et facies tua aspectus ab impiis videantur. Ysa. xxvi. tollatur impius ne vi-
deat gloriam dei. ante iudicium vero videntur sic etiam vel in abscondito faciei tue id est in
secreto visionis ac presentie tue quia electi videbunt te facie ad faciem. Psalmus xxx
xiiii. a conturbatione hominum id est ne ipsi electi turbentur cum hominibus dampnatis.
Sap. v. videntes turbabuntur timore horribili. et etiam mali aspicere tenent
ipsos electos. Proteges eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarum.
Ad literam quia non solum proteget deus suos in futuro seculo, sed etiam aliquando
in presenti id est in hoc seculo proteges eos in tabernaculo tuo spiritualiter proteges eos in presenti
seculo a detractione linguarum id est ab illis qui linguis suis tractabant de mor-
te eorum. Alle(gorice) sic hic ostendit beneficium quod exhibet deus suis electis in presenti
vita et dicit domine deus tu abscondes in futura vita electos tuos a conturbatione hominum
et in presenti vita proteges eos in tabernaculo tuo id est in ecclesia militante. Zach. x.
dominus deus exercituum proteget eos a contradictione linguarum id est scismaticorum et
hereticorum calice suis linguis et ore contradicentium. Job xvi. surrexit falsiloquus
adversus me contradicens mihi. Benedictus dominus quoniam mirificavit misericordiam suam
mihi in civitate munita. Ad literam quia congratulatur david ab habitatoribus
ceille qui tractabant inter se ipsum tradere in manus saulis. primo Reg. xxiii. ideo
gratias agendo sequitur dicens benedictus dominus qui mirificavit misericordiam suam in me mirabiliter
liberando in civitate munita id est in ceilla in qua tradidit eum saul tempore eo quod
erat civitas fortis et clausa secundum quod habetur primo Reg. xxiii. nunciatum autem
est sauli quod venisset david in ceillam et ait saul tradidit eum deus in manus
meas conclususque est quia ingressus est urbem in qua porte et sere sunt. Alle(gorice) sic
hic pro beneficiis eminentis deum laudat et se humiliat et dicit benedictus sit deus ubique
laudandus et glorificandus. ii Cor. primo benedictus deus et pater domini nostri ihesu cristi qui
tot beneficia sanctis suis ostendit. et qui mirificavit id est mirabilem fecit et ostendit
misericordiam suam dona sua habundanter et mirabiliter diffundendo in civitate
munita id est primo in ierusalem deinde in toto mundo spiritu sancto misso in igne super
discipulos extunc totum mundum replendo. Sap. primo spiritus domini replevit orbem terrarum.
Ego autem dixi in excessu mentis mee proiectus sum a facie oculorum tuorum.
Ad literam ego dixi in excessu mentis mee. Ieronimus transtulit de hebreo veritate ego
dixi in stupore meo. stupor enim est quidam excessus mentis. David autem fuit
tunc positus in stupore magno quando audivit quod saul veniret ad obsidendum
eum tunc dixit david domine proiectus sum a facie oculorum tuorum quasi dicat video quod ego
sum positus extra custodiam tuam. Alle(gorice) sic dominus mirificavit misericordiam suam in me
ego autem considerans fragilitatem meam propriam et tribulationum et tediorum multi-
tudinem ut vir iustus dixi in excessu mentis mee id est in pavore seu in
stupore pre multitudine persequentium. Ps. ibi beniamin adolescentulus in
mentis excessu. proiectus sum a facie oculorum tuorum id est derelictus sum a te cum me-
tu et timoris passionibus video expositum. Ideo exaudisti vocem orationis

mee dum clamarem ad te. Ad literam ideo exaudisti vocem orationis mee liberando
me mirabiliter dum clamarem ad te corde et ore positus in tanta anxietate. Alle-
gorice sic quasi sic me humiliavi ideo exaudisti vocem orationis mee tribulationes meas
mitigando Ecclesiastici xxxv oratio humiliantis se nubes penetrabit dum clamarem
ad te toto cordis affectu te invocando ysaia xxx miserans miserabitur tui ad
vocem clamoris tui statim ut audierit respondebit. Diligite dominum omnes sancti
eius quoniam veritatem requiret dominus et retribuet habundanter facientibus superbiam
Ad literam hic invitat fideles ad tollerandum patienter dicens diligite dominum omnes
sancti eius ita quod non recedatis ab eius amore positi in tribulatione quoniam veritatem
requiret dominus bene remunerando vos pro vestris penis et laboribus et retribu-
et habundanter facientibus superbiam id est vestris persecutoribus eos debite puniendo.
Allegorice sic hic invitat alios ad diligendum deum pro huius beneficiis dilectione
cordis et operis et dicit dominus exaudivit me ut ego et vos similiter exaudiamini
omnes sancti eius diligite dominum nam pro tantis beneficiis que vobis exhibuit nil
aliud quam dilectionem a vobis requirit deuteronomii x et nunc israel quid dominus deus
petit a te nisi ut diligas eum quoniam veritatem requiret dominus in iudicio hoc est
conferet premia amantibus et facientibus veritatem Ecclesiastici xxvii veritas ad eos qui
operantur illam revertetur et retribuet habundanter facientibus superbiam id est superbos
et peccatores iustissime puniendo Ecclesiastici vii vindicta carnis impii ignis et vermis
et nota quod hic capit superbiam pro omni peccato secundum glosam quia initium omnis peccati est
superbia Ecclesiastici x. Viriliter agite et confortetur cor vestrum omnes qui speratis
in domino ad literam viriliter agite resistendo perseverando et prosperando et confortetur cor
vestrum tribulationes sustinendo omnes qui speratis in domino spe debita que est certa ex-
pectatio future beatitudinis ex gratia et meritis proveniens. Quid contineat iste psalmus
et sequentes et quamvis licet sit historialis seu literalis respectu ipsius david sunt
tamen morales respectu nostri in quantum david dedit nobis exempla virtutum. Allegorice sic
quasi dominus dabit premia in futuro amantibus et facientibus veritatem ideo viriliter agite
bene operando ne sit ociosa dilectio vestra sicut mulieribus Naum iii mulieres in
medio tui. Et Ecclesiastici ix civitas parva et pauci viri in ea. Et confortetur cor vestrum
ut fortiter resistatis adversariis impedientibus vos in bono opere et in sanctis me-
ditationibus prima petri v cui resistite fortes in fide. omnes qui speratis in domino
non in hoc mundo

XXXI Beati quorum remisse sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Ad
literam huic psalmo premittitur talis titulus in hebreo, david eruditio, sed
premittitur littera lamech ad designandum quod david est dux eruditionis in
verbis ipsius iuxta hebreos sic eruditio david, in multis sensibus per hoc
enim quod post hic eruditio datur intelligi quod aliquid profundum fuit ipsi david
revelatum, sed quid sit id non apparet in speciali ex littera tituli propter quod varie
tamen hic quasi ab hebreis doctoribus et ab nostris aliis, accipio unum modum dicendi
qui videtur magis probabilis et magis consonus littere, et ipsum prosequar. Glo-
sa dicit quod david fecit hunc psalmum quando sibi fuit revelatum a deo dimissum peccatum
adulterii cum bersabee et homicidii urie, quod non potest sciri nisi per specialem reve-
lationem a deo ii regum xii habetur dixit david ad nathan peccavi peccatum
domino, ad quem nathan, dominus transtulit peccatum tuum non morieris, unde david
propter adulterium et homicidium meruerat mortem corporalem, sed propter suam humilem
confessionem translata fuit ad puerum de bersabee natum, sed predixit sibi
nathan propheta quod erat affligendus temporaliter quasi suscitavit dominus malum contra
eum de domo sua, et post ea per penitentiam et orationes devotas meruit ut sibi
revelaretur dimissio pene peccati et de hoc fecit hunc psalmum, in quo primo
agit gratias de peccati dimissione, secundo orat a residuitate ibi pro hac orabit
Quod dicit Beati quorum remisse sunt iniquitates quantum ad culpam, isti enim sunt

sti in spe et si nō adhuc in re / remissio enim culpe nō fit nisi per graciam ge
t quedā aurā glīe et quorū tecta sunt pctā scilicet ipsi deo nō quod aliquid pos-
sit ab eo celari uel tegi sed quia nō respicit puniendū scilicet pena eterna
Alia lra sic In hec titlo psalmus agit de extasi per gradatus tribulacionibus eccle et
quia tribulacionis accidunt propter petōs nostros / id hic agit de petōrum nrorum cognicione
et accusacione et cfession / vnde et titulus hui psalmi est intellectus david vel viri peni-
tentis / hic enim docetur quid debeamus intelligere / volens agere pnām quod se petōrem
esse / qua huius psalmi est recognicio et accusacio petōrum Intencio nos monere
ad pnām et david in quantum ps agit de petī remissione / 2o de ca remis-
sionis scilicet recognicione et cfessione petī ibi delictū meū / 3o de pnīa seu
satisfaccione ibi pro hac orabit / 4to de fructu pnīe ibi intellectum tibi / primo
ondit quam bonū sit illis qui sunt in gra remissis petīs / et dicit beati scilicet beatitudine
vie et in spe licet adhuc nō habent beatitudinem pfe et in re / illi quorum re-
misse sunt iniquitates vel pctā originalia / de quibus ps dicitur ecce enim in iniquitatibus conceptus
sū / que dicit remitti quia concupia et fomes petī nō totaliter extinguitur in
corpe mortali / sed debilitatur mane per sacramentum baptismi Ro vi nō ergo regnet
petīm in vrō mortali corpe / et beati sunt illi quorum pctā actualia et mor-
talia per eos cmissa / sunt tecta per pnām ne videantur adeo ad puniendum
judicio / et ne videantur ab hominibus ad cfusionem et erubescenciam / pa pe-
nī caritas opit multitudinem petōrum prō x vniuersa delicta opit caritas
vel iniquitates vocat aū baptismum cmissa et pctā post baptismum Beatus vir cui
nō imputauit dns petīm nec est in spū eius dolus / ad decem Beatus vir cui nō
imputatur deus petīm ad eternā puniendū nec est in spū eius dolus quia vere
penitet modo sic exigitur ora Alia lra sic ps ondit quam bonū est nō habent ma-
culam culpe originalis et nō habent maculam culpe mortalis / hic ondit quam
bonū est nō habent maculam culpe venialis nec maculam ypocrisis et simulacōis
vnde ppha in psona eius penitentis tria deo attribuit pro iustificacione que
est in petōrum remissione / 2o occultacionem petōrum adeo per cfessionem / ibi quorum
tecta / 3o attribuit ei plenam remissionem que fit per satisfaccionem id dicit beatus vir
tū 2o / sed qui sunt illi quibus hec fiunt respondet quod homines simplices / nō dicit
nec est in spū eius dolus et hic est ille qui cum sit petōr / intelligit se esse
petōrem / et cum simplicitate vera vera simplex et hic est contra ypocritas in
quorum spū est dolus qui simulant se habere sctitatem quam tū nō habent Est
ergo sensus vsiculi / beatus est ille vir cui dns nō imputauit petīm veniale / sed
statim delet feruore caritatis prō delicta iuuentutis mee etc. nec est in spū
vel in corde eius / dolus vel macula ypocrisis simulans sctitatem quam nō habet /
Jo po ame re iusticia in quo dolus nō est 3 Rg xiiii vxor ieroboam
quare te aliam simulas Quoniam tacui inueterauerunt oīa ossa mea dum cla-
marem tota die ad decem hic auctor ondit remissionis modū et eius
impedimentū / 2o eiusdem cfessionem ibi delictum / Circa primum sciendum quod impe-
dimentū remissionis culpe est eius occultacio sub sctitate spē prō xxviii qui
abscondit scelera sua nō dirigetur / david petīm cum bersabee perpetratum
occultauit et ppter eius maiorem occultacionem vriam occidi fecit / et tū de petō
in petīm miserabiliter ruit deo iuste pmittente et diabolo cooperante / et hoc
est quod dicit david quoniam tacui scilicet abscondendo scelus meum / inueterauerunt oīa
ossa mea / i vires aīe mee ex petōrum cmissione / que per ossa designantur
in quibus csistit robur corporis / sic in viribus aīe robur meritorum mane
in viribus intellectus / dum clamarem tota die / iste clamor nō erat cfessio
petōrum / sed anxietas timoris ne super eum appet diuinū iudiciū per aliquam
manifestam punicionem / ppter verecundiam enim nō aperiebat pctā sua faciendo
pro eis debita sacrificia in lege precepta / que pro variis petīs varie

imponitur et sic multo formidabat ne super eum veniret vindicta divina
aperta. Alia lectura sic. Hic ostendit exemplo suo quam miserabile est remanentibus
in statu culpe scilicet quo ad carentiam boni et incidentiam mali. Et dicit
quoniam tacui confiteri peccata mea et abscondi scelus meum. Ysa vi ve mihi quia
tacui. Ideo inveteraverunt omnia ossa mea id est debilitata sunt quantumque habebam
fortia. Hebr. viii quod antiquatur et senescit prope interitum est. Vel inveteraverunt
ossa mea id est virtutes anime et bona opera. Vel inveterata sunt ossa mea id est defecit
fortitudo mea spiritualis. Tacui quidem et abscondi scelera mea dum mihi cla-
marem tota die anxietate cordis timens ne super me veniret vindicta
die per aliqua manifesta punitionem. Vel dum clamarem tota die id est frequenter
et aperte iactarem bona mea et multa et excusarem mala. Vel sic quoniam ta-
cui confessionem dum mihi clamare oportebat peccata magnitudine mea sicut Gen. xviii
clamor sodomorum venit ad me. Quoniam die ac nocte gravata est super me
manus tua conversus sum in erumpna mea dum configitur spina. Ad literam quoniam
die ac nocte id est continue timui aggravationem manus tue super me. Quare
sic fui in erumpna mea dum configitur spina scilicet contritionis. Ad literam enim natham
propheta fuit contritus et confessus peccatum verecundia deposita ut habetur 2 Reg. xii.
Alia lectura sic. Hic ostendit incidentiam mali in pena exterior et interior et
dicit quoniam die ac nocte id est assidue tam in prosperis quam in adversis gravata est super
me manus tua id est tua potentia et iusticia tribulationes super me permittendo
et humiliando me superbum. Nam geminatio peccati continue merito affligitur. Ps.
Reg. v aggravata est manus domini super azotios. Conversus sum in erumpna mea id est con-
versus sum ad cogitandum de miseria mea. Vel conversus sum id est cognovi miseri-
am meam in erumpna mea id est in defectu tibi gratie dei. Tren. iii Ego vir
videns paupertatem meam. Et hoc dum configitur spina id est contritio vel peccatum in cor-
de meo tanquam punctura conscientiam meam remordens. Et hee sunt spine que
oriuntur in terra maledicta. Gen. iii maledicta terra in opere tuo. Delictum meum
cognitum tibi feci et iniusticiam meam non abscondi. Ad literam hic ostendit causa
remissionis culpe scilicet humilis confessio quam fecit david ad verbum nathan
prophete. Delictum meum cognitum tibi feci per veram confessionem et sacrificium oblationis
et iniusticiam meam non abscondi per reprehensionem qua reprehendit me natham.
Alia lectura sic hic quod est ps. primus in qua agitur de peccati recognitione et confessione
et confitetur peccata omissionis et commissionis. Et dicit conversus sum in erumpna mea
ideo delictum meum cognitum tibi feci id est peccata omissionis per me confessus sum tibi coram
vicario tuo. Vii Josue vii fili confitere peccatum tuum et da gloriam deo. Et
iniusticiam meam non abscondi id est peccata etiam transgressionis seu commissionis que sunt
peiora aperte manifestavi. Job xxxi si abscondi quasi homo peccatum meum. Et
pro. xxviii qui abscondit scelera sua non dirigetur. Dixi confitebor adversum
me iniusticiam meam et tu remisisti impietatem peccati mei. Ad literam
dixi id est firmiter proposui et firmiter implevi confitebor adversum me iniusticiam
meam domino non predicto. Et tu remisisti impietatem peccati mei per tuam gratiam
conversum ad culpam. Alia lectura sic. Hic ostendit effectum confessionis ubi primo dicit se ha-
buisse propositum confitendi. 2° quomodo fecit remissionem peccati et dicit delictum
meum cognitum feci et dixi id est proposui in corde meo proposui firmiter et delibera-
vi. Confitebor adversum me id est accusabo meipsum non alium. Glosa ordinaria. Sic alii
qui faciunt accusando deum dicentes deus ita vel sic voluit. Ut dicitur fa-
tum me fecit stelle me fecerunt et ita dicit Job x. Dimittam adversum me elo-
quium meum. Pro. xviii. Iustus prius est accusator sui ipsius. Iniusticiam meam
domino coram vicario eius sicut fecit david 2 Reg. xii peccavi domino. Dixit ergo natam
ad david transtulit dominus peccatum tuum et tu remisisti statim absque mora. Ysa.
lxv antequam clamet ego exaudiam. Impietatem peccati mei id est non solum reatum
peccati sed etiam impietatem id est tacitunitatem et occultationem peccati mei. Propterea

Confitendum e propter multas causas / pmo qr petor p confessionem evomit virus
i venenum dyaboli 2o qr p confessionem scam diminuitur pena / 3o qr p confessionem
homo efficitur inimicus dyaboli et hoc e valde bonum / 4to qr confessio liberat
a dyabolo et coniungit deo Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno
Ad literam hic dauid orat ut compleretur a radiuo / 1o monitorum communi ita
aliquos ibi nolite fieri etc / pmo dt pro hac scilicet re que p ea subditur / tum in tempore
ad exitum pro hac orabit etc / orabit omnis sanctus i a culpa perpetrata emundatus
in tempore oportuno qd e tempus remissionis culpe tunc enim sunt preces exaudibiles
qr in gratia facte Alr 2c sic hic e tercia pars psalmi in qua agit de penitencia
et satisfactione cuius pars e oracio et pmo ostendit qd sancti viri orant pro remissione
peccatorum / 1o qr impius de hoc non curat / et e hic diaplasma i diuisio psalmi
p silencium interpositum p quam ostenditur quedam diuersitas dictorum et dicendorum / et
dt tu remisisti impietatem peccati mei eciam quo ad penam orabit ad te omnis
sanctus / excepto scilicet sanctorum i xo et matre eius Eccl iii qui timet dominum exo-
rabit p peccatis i tempore oportuno i in tempore gracie 2 Cor vi ecce nunc tempus acce-
ptabile ecce nunc tempus salutis / uel in tempore oportuno i in hac vita u est tempus
oportunum Uerum tamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt
ad literam ostendit p quo sit orandum et dt verum tamen i diluuio aquarum multarum i re-
pentini vehementer sed p peccati recidiuum de hoc dicit orare deum omnis e-
nibus saul qui conabatur eum occidere ut habetur Reg. quasi dicit si ego qui sum
pauper et fugitiuus inueni graciam apud eum. similiter illi qui vero corde acce-
dunt ad eum. Alle le sic hic ostendit 2m premium scilicet oracionem et dicit vos corde
ad dominum accedentes non confundemini quia iste pauper scilicet ego dauid vel xpc vel
quicumque iustus qui est pauper spiritu propter deum sic illuminatus quamuis sit diues
in rebus. clamauit alto desiderio deuote et attente orando. et dominus exaudiuit
eum. quod postulabat ei concedendo et dando perpetuam virtutis consolacionem. Eccl non est
oblitus clamorem pauperum et ex omnibus tribulacionibus eius saluauit eum. id est eri-
piet eum in morte ab omnibus malis. Eccl xvi firmum est ut moreretur in medio
et permaneret etc. Nota tria predicentes visum et sequentes qui vult accedere ad
sacram communionem debet multiplex esse differentia. primo debet esse sanus in fide quia est cibus
sanctorum id est fidelium Pro xiiij infirmum in fide assumite. Ibidem qui infirmus est
si in fide manducet olus non panem angelorum. 2o debet esse mundus a crimine quia est
cibus mundorum Pro xxi si mundi sunt pueri et maxime a mulieribus ma-
ducet. 3o debet esse magnus in dileccione quia est cibus grandium Augustinus cibus sum
grandium crede et manducabis me Can iiij comedite et bibite et inebri-
amini carissimi. quarto debet esse filius dei per imitacionem quia est panis filiorum Mat
xv non est bonum sumere panem filiorum etc. quinto debet esse iocundus per munditiam
deuocionis quia est panis deuotorum Eccl ix vade comede cum leticia panem
tuum et bibe cum gaudio vinum tuum. Sexto debet esse festinus in sollicitudine
quia est cibus sollicitorum Exo xii et comedetis festinanter. Ezech panem suum
comedet in sollicitudine. Immittet angelus domini in circuitu timencium eum
et eripiet eos. Ad literam hic inducit racionem. ex parte spiritus angelici

dices immittit i flaxu sue virtutis angelus dni i circuitu timentium eu
vnd angelus dni liberauit loth a sodomis Gen xix et tres pueros de ca
mino ignis Dan iii et danielem de lacu leonum Dan vi et hec allegat
dauid ad ostendendum condescensionem angelorum circa eos qui puro corde et
vero accedunt ad deum Alle le sic hic pot 2m prm scilicet angelicam immis
sionem et effectum immissionis et dicit angelus dni i xi qui e angelus mag consilii
ysa ix et sic legitur lxx interpretum et e angelus testamenti malach iii vel qui
cunque angelus destinatus adeo ad hec ps angelus siue mandauit de re vel
platus qui e angelus dni ille mittitur i immissorum facit scilicet effectum sue
virtutis i circuitu timentium eum effectuoso misterio eos undique protegendo
custodiendo et confirmando Dan x Ecce michael vnus de principibus venit
i adiutorium meum hebr primo omnes sunt administratorii spiritus i ministerium miss
i et eripiet eos i liberabit eos ab omnibus temptacionibus et tribulacionibus quas
Gustate et videte quoniam suauis est dns beatus vir qui sperat in eo Ad
literam hic aduertit etiam eos ex parte corporis dei dicens gustate et videte quod
d per experimentum potestis probare quoniam suauis est dns et loquitur ad modum hominum
dulcedinis rerum probancium quod post modicum degustat et ex hoc cognita
eius dulcedine allicitur ad amplius degustandum sic homines deuoti pro
percipientes aliquid de dulcedine dei alliciuntur ad amplius sentiendum
Alle le sic hic mouet ad sacramentum supradictum 2o ut i eo sumpto species po
natur dicit gustate sumentes corpus christi et eius sanguinem sub sacramento gu
state i per experimentum probate primo Reg xiiii vidistis quam illuminati sunt oculi mei
eo quod gustaverim paululum de melle isto et videte i credite et intelligite
quoniam suauis est dns i dulcissimus i palato cordis vere dns qui sumitur sub
sacramento eucaristie Ecc xxiiii spiritus meus super mel dulcis beatus vir
id est i spe certa i re quod securus de vita beata qui sperat in eo i i ipso
dno non i seipso aut i filiis hominum Je xvii maledictus homo qui confidit in
homine sed beatus vir qui confidit i deo Timete dnm omnes sancti eius quoniam
non est inopia timentibus eum ad literam tenete dnm etc ex hoc enim quod se
cure in se dnicaz preciosa michi pro ecce sufficit eis pro omni bono ymmo alia bo
eis deserviunt n continue ymmo eligunt Ergo aut est de cupiditate huius mundi
quibus omnia desiderant Alle le sic hic mouet timere deum et reuerere
eius sacramenta et ostendit quod timentes deum habent donorum sufficientiam et non ti
mentes inopia et dicit omnes sancti dei tam maiores quam minores nullo excluso
timete dnm ne permittat vos a sanctitate gratie prima Cor x qui se existimat
stare videat ne cadat Ecc xxvii si non in timore dni tenueris te in
stanter cito subuertetur domus tua quoniam non est inopia siue temporalium interiorum
siue spiritualium bonorum timentibus eum i qui tenent dnm dicit apostolus vi primum
querite regnum dei et iustitiam eius et hec omnia adiicientur vobis ps iunior fui et
enim senui et non vidi iustum derelictum et semen eius querens panem etc
Diuites eguerunt et esurierunt inquirentes aut dnm non minuentur omni bono
ad literam diuites etc Ieronimus ad paulinum auaro deest tam quod habet quam non habet
et ergo dicit diuites esurierunt quod non audet frui bonis habitis sed ea re
linquunt aliis inquirentes aut dnm fide et deuocione non minuentur
omni bono quod habundant i bonis spiritualibus temporalia vero bona contrarietatis moderata
dicta eis sufficiunt ymmo per diuitias aperit eos appetunt prima thi vi ha
bentes alimenta et quibus tegamur hiis contenti simus Alle le sic hic ostendit quod
non timentes dnm habent inopia declarat per exemplum et dicit timentibus dnm
non est inopia sed diuites in seculo habundantes et dnm non timentes egu
erunt hiis que habent male et miserabiliter vtendo et esurierunt ea que non
habent auare concupiscendo Ieronimus auaro etc vel sic diuites non timentes dnm

esurierunt i. carent gratia dei in spiritu esurient sustinentes defectum panis
verbi dei et per hoc esurient et deficient pane vite eterne ysa lxv Servi mei
comedent et vos esurietis / ingredientes autem dominum diligentes ex toto desi
derio et studio suo / non minuentur omni bono i. replebuntur omni bono sine dimi
nucione et defectu quia hiis dabit in spiritualibus bonis temporalia vero bona quantum
modica eis sufficiunt Exo xxxiii Ego ostendam tibi omne bonum / pro xi deside
rium iustorum omne bonum est V enite filii audite me timorem domini doce
bo vos / ad literam hic hortatur ad bonum vite active que consistit in evitatione
peccati et operatione boni ad premium / timor autem domini facit vitare peccatum pro xv
per timorem domini recedit omnis homo a malo / ideo dicit venite filii per desiderium di
sciplie / timorem domini docebo vos qui est inicium sapientie iustorum / Aliter exponitur sic
hic est tercia pars in qua docet attendere volentes quid debeant cavere et primo
ostendit quos vocat et ad quid et dicit omnibus sanctis timentibus dominum ut autem sciatis quo
debetis timere / venite filii i. implentes et imitantes que ego iam sepius precepi
venite i. appropinquate ad me per desiderium discipline Eccle li appropinquate ad me
indocti / audite me i. diligenter attendite et discite / pro iiii audi fili
disciplinam patris / timorem domini docebo vos quo nichil utilius potest doceri
modo ysa xlviii Ego dominus deus tuus docens te utilia Eccle xxiii nichil
melius quam timor domini Q uis est homo qui vult vitam diligit dies videre
bonos / ad literam quis est homo qui vult vitam scilicet beatam ubi nullus moritur
diligit dies videre bonos in beatitudine celesti ubi dies non intercipitur
noctibus / Aliter exponitur sic hic ostendit utilitatem doctrine in longitudine vite et prospe
ritate et dicit quis est homo qui vult vitam eternam possidere non temporalem que cito
preterit Jacobi iiii que est vita vestra nisi vapor etc. et diligit videre i. habere
dies bonos in beatitudine celesti scilicet vite felicitate que non est in hoc seculo
ephesios v redimentes tempus quoniam dies mali sunt P rohibe linguam tuam
a malo et labia tua ne loquantur dolum ad literam quod vult videre dies
bonos prohibe linguam tuam a malo ubi docet peccati vitacionem omnibus / et primo contra
diversum dicit a malo blasphemie et divini contemptus et similium / secundo contra proxim
um dicit et labia tua ne loquantur dolum scilicet deceptionis falsitatis et huiusmodi
contra proximum Aliter exponitur sic hic ponit doctrinam de rectitudine locutionis
et dicit tu qui vis habere vitam eternam prohibe linguam tuam a malo i. ne loquaris
malum in aperto blasphemias detractiones contentiones etc. ephesios iiii omnis sermo
malus ex ore vestro non procedat / et prohibe labia tua ne loquantur dolum
in occulto scilicet deceptiones falsitates tradiciones et similia contra proximum Jere ix sagit
ta vulnerans lingua eorum locuta est dolum D iverte a malo et fac bonum
inquire pacem et persequere eam / ad literam divertere a malo i. observa precepta
negativa que malum prohibent sicut non occides non mechaberis / et fac bonum
i. observa precepta affirmativa que inducunt ad bonum sicut memento ut diem sabbati
sanctifices / et honora patrem et matrem / talium enim observatio ducit ad vitam beatam
Math xix Si vis ad vitam ingredi serva mandata / et inde david ad id
quod supra querebat quis est homo qui vult vitam etc. inquire pacem que est signum bo
ni in vita / et persequere eam i. perfecte sequere eam quod fit cum per bona opera
homo ad pacem eternam pertingit / Aliter exponitur sic / hic docet recte operari et dicit di
verte i. declina a malo ipsa relinquendo ut nullo noceas fratri / et ob
serva precepta negativa que malum prohibent / et fac bonum i. omnibus subveniendo
benefico pro tuo posse / vel fac bonum virtutibus insistendo Jere primo ut evel
las et destruas edifices et plantes / vel fac bonum i. observa precepta affir
mativa que inducunt ad bonum ysa primo quiescite perverse agere discite bene
facere / et inquire i. inquire in corde tuo pacem creatam vel increatam

sollicite perquirendo et persequendo et persistere totis viribus ꝯ fugiendo perseuera-
re quere habet vere pacem sequitur et symonia. Oculi domini super iustos
et aures eius in preces eorum. Ad literam precium inducebat alios ad bona
opera hic ondit fructum et quod oppositum vix se posita magis elusescant. In isto me-
tro agit de fructu bonorum operum et malorum et dicit oculi domini super iustos
tamquam super speciales dilectos. oculus enim dirigitur ad id quod specialiter diligitur et au-
res eius in preces eorum tamquam parate ad exaudiendum. Aliter legitur sic. 3ª pars
principalis in qua agit de digne et indigne sumentibus. et de bonorum et
malorum retribucione et primo ondit quod deus videt facta iustorum et verba eorum et dicit
oculi domini id est respectus diuine misericordie super iustos ad remunerandum opera eorum et ut
in bono confirmentur quia ubi amor ibi oculus. Job xxxvj non auferet
a iusto oculos suos. et aures eius in preces eorum ut eos cito exaudiat
unde non dicit ad preces sed in preces eorum. Tob. iiij exaudite sunt preces eorum
amborum in conspectu summi dei. ysa. lxv antequam clamet ego exaudiam. Vul-
tus autem domini super facientes mala ut perdat de terra memoriam eorum.
Ad literam vultus autem domini ire et turbacionis super facientes mala. In hebre-
o habetur in terra mala super facientes. deus ad puniendum ut perdat memoriam
eorum de terra viuencium in qua non habebunt locum et adhuc etiam perdit me-
moriam eorum de terra presentis vite que est moriendum quod post eorum vita non
remanet fama sed infamia. prouerbiorum x memoria iusti cum laudibus et nomen
impiorum putrescet. Aliter legitur sic. hic ondit quod deus respicit facta malorum
2º ad quod respicit et dicit vultus ire et indignacionis domini super facientes
mala et ad cognoscendum et puniendum eorum mala facta qui noluit cessare
a peccato. Jere. xxiij. Numquid cognosco si occultabitur vir in absconditis et ego non
videbo eum. ysa. xlvij fiduciam habuisti in malicia tua et dixisti non est
qui videat me sapiencia tua hec decepit te. ut perdat de terra viuencium
in qua non habebunt locum ut nec a sanctis fiat pro eis memoria seu intercessio
Job xviij memoria illius pereat de terra. ysa. xxvj contriuisti et perdidisti om-
nem memoriam eorum et adhuc etiam perdit memoriam eorum de terra presentis vite.
Circa deus non respicit malos oculo misericordie quemadmodum iustos sed oculo repro-
bacionis subtraccionis gracie et punicionis eterne. Clamauerunt iusti et dominus
exaudiuit eos et de omnibus tribulacionibus eorum liberauit eos. ad literam clamauerunt
iusti deuote orando et dominus exaudiuit eos promouendo eos in bonis et
ex omnibus tribulacionibus eorum liberauit eos protegendo eos a malis spiritualibus
et adhuc etiam a malis corporalibus sicut liberauit danielem de lacu leonum et
tres pueros de camino ignis. perfecte enim liberat qui ducit eos ad requiem
transeundo de malis vite presentis. Aliter legitur sic hic agit de retribucione bo-
norum in oracione exaudiuntur et a tribulacione liberantur et dicit oculi domini super
iustos. patet quod iusti scilicet antiqui abraham ysaac et alij fideles in limbo
existentes clamauerunt id est magno desiderio orantes rogauerunt pro sua liberacione
et dominus exaudiuit eos educendo de inferno in sua resurreccione vel in presenti vita
in bonis promouendo et ex omnibus tribulacionibus eorum liberauit eos ad celum
perducendo. ps. captiuam duxit captiuitatem. vel ex omnibus tribulacionibus
id est ab omnibus malis spiritualibus et temporalibus. liberauit eos in liberos fecit
ut sint ipsius tamquam filij liberi et non serui peccati. de liberacione temporali
de qua liberauit tres pueros de camino ignis dan. iij. Iuxta est dominus
hijs qui tribulato sunt corde et humiles spiritu saluabit. ad literam iuxta
est dominus id est quod presto paratus est eos adiuuare vel virtute pacientie tribuendo ad
maius meritum eorum et humiles spiritu saluabit. ps. cxxxvij humilem spiritu
suscipiet gloria. Aliter legitur sic hic ondit quod dominus etiam paratus est exaudire

modicos qui sunt in hac vita scilicet tribulatos corde et humiles spiritu / et
dicit non solum dominus exaudivit antiquos patres in limbo clamantes / sed
etiam in novo testamento et in presenti vita iuxta est dominus id est prope est per gratiam
adiutricem hiis qui tribulato sunt corde id est qui contrito corde ipsum orant
prope est ad salvandum eos plene vel hiis qui tribulato sunt corde non
tantum corpore sed corde gemendo seu contendo ps. a dextris est mihi dominus ne
commovear ps. Sacrificium deo spiritus contribulatus etc. et humiles non illos
qui humilitatem verbis tantum simulant / sed humiles spiritu id est corde et animo sal-
vabit et glorificabit in gloria. prov. xxix humilem spiritu suscipiet gloria etc.
Multe tribulationes iustorum et de omnibus hiis liberabit eos dominus. Ad literam
quandoque permittit dominus ut per parvum meritum veniat ad maius premium
quod subditur et de omnibus hiis liberabit eos / quia translati ad requiem liberantur
ab omnibus vite presentis penalitatibus. Aliter exponitur sic hic ostendit quod iusti liberantur
a multis tribulationibus et dicit iuxta est dominus hiis qui tribulantur non quod in
presenti vita nichil patiantur / sed ut liberentur quia multe sunt tribulationes iustorum
quia per multas tribulationes et temptationes oportet eos pati a mundo carne dya et dicitur
Act. xiiii per multas tribulationes oportet nos intrare regnum dei / et de omnibus hiis
liberabit eos dominus in futuro Apoc. xxi absterget deus omnem lacrimam
ab oculis sanctorum et iam amplius non erit etc. unde tribulationes in presenti vita susti-
nent ut a futuris tribulationibus eruantur. Custodit dominus omnia ossa eorum
unum ex hiis non conteretur. Ad literam per ossa in quibus consistit robur
corporis intelliguntur virtutes in quibus consistit robur mentis quas dominus
illesas finaliter custodit in electis suis. Aliter exponitur sic hic ostendit quod iusti in
tribulationibus confirmantur a domino et dicit dominus liberabit iustos in futuro de omnibus
tribulationibus / in presenti vero custodit omnia ossa eorum id est omnes virtutes scilicet
fidem humilitatem pacientiam et ceteras virtutes in quibus consistit robur anime
ita quod nec pacientia a tribulationibus vincitur / nec humilitas a superbia / nec
castitas a luxuria superatur. Job x visitatio tua custodivit spiritum meum
ita quod nec unum ex hiis conteretur id est nec una ex virtutibus amittetur / In quo
significatur de agno paschali scriptum est Exo. xii os non comminuetis ex eo etc.
Mors peccatorum pessima et qui oderunt iustum delinquent / Ad literam mors
enim nature mala est quia est privatio corporalis vite / mors culpe peior quia
est privatio spiritualis vite / sed tamen non est pessima quamdiu peccator est in presenti vita
in qua potest redire ad spiritualem vitam / sed mors gehenne est pessima a qua
non est possibilis reversio / et hec est mors peccatorum in mortali peccato de-
cedentium / et qui oderunt iustum delinquent quia odium fratrum est occasio multorum
malorum / sicut econtra amor proximi est causa bonorum quia qui diligit proximum
legem implevit Ro. xiii In hebr. et in tr. Iero. habetur / Interficiet impios
malicia et odientes iustum / quia malicia hominis sibi est causa mortis eius
spiritualis et aliquando etiam corporalis sicut malicia Achitofel fuit occasio sue su-
spensionis ij Reg. xvii. Aliter exponitur sic hic ostendit quod mali moriuntur morte ge-
henne et morte culpe, et dicit dominus conservat iustos / sed mors peccatorum est pessima /
mala enim est mors nature, peior est mors culpe, pessima est mors gehen-
ne / quia separat a visione dei et ducit ad eternam penam Ro. vi Stipendia
peccati mors / et qui oderunt id est in odio habuerunt iustum id est Christum ac membra
eius delinquent id est peccabunt et sic moriuntur morte culpe mortua in eis caritate
et per consequens delinquent deum et consortium sanctorum. Redimet dominus animas servorum
suorum et non delinquent omnes qui sperant in eo. Ad literam / hic fuit completum
in Christo domino qui nos redemit suo sanguine precioso / et non delinquet
finaliter eos qui sperant in eo spe formata caritate que provenit ex gratia dei

et mitib(us). et hoc intelligendum est de p(re)desti(n)atis. Aliter l(egitu)r sic hic ondit
q(uod) iusti liberabu(n)tur a morte vehemente et a morte turpe. et d(icitu)r mors pecc(ato)r(um)
pessima. sed d(omi)n(u)s redimet sue mortis p(re)cioso et p(ro)p(ri)o sanguine. redi(m)et
a morte vehemente a(n)i(m)as s(er)uor(um) suor(um) qui ei fidel(ite)r s(er)uierunt. et hu(m)ilit(er)
obedierunt. Osee xiii de manu mortis liberabo eos. et no(n) delinquent o(mn)es
qui sperant in eo. i(d est) no(n) peccabunt ad morte(m). et ita liberabu(n)tur a morte
turpe. p(rim)i Mach(abeorum) ii om(ne)s qui sperant in eu(m) no(n) infirmantur. certe in(i)t(i)u(m)
saluacionis mee sc(ilicet) spes formata caritate. q(ue) p(ro)venit ex gr(aci)a d(e)i et meritis
xxxiiij Iudica domine nocentes me. expugna impugnantes me. ad literam
huic ps(almo) p(re)mittitur talis titulus in heb(reo) dauid. et p(ro)p(ter) hoc l(itte)ra l(?)amech
ad designandum q(uod) dauid e(st) d(omi)ni casus et est s(e)n(su)s tituli iste ps(almus) est
appropriatus ipsi dauid tamquam auctori. Ch(?) dauid fecit huc ps(almum) q(uando) p(er)secutus
saulis petens d(omi)ni auxilium i(d est) qua p(er)secutione multos ps(almos) fecit
quia diu durauit. Et diuiditur q(uia) p(rim)o dauid postulat auxilium d(omi)ne defensio(n)is
2o declarat p(er)fidiam sue p(er)secutor(is) ibi insurgentes testes 3o ... p(rim)o d(icit) sic iudi-
ca d(omi)ne nocentes me iudicio condempnacionis fac(ien)do in hoc q(uod) iniuste p(er)secuntur
me ut(?) p(er)... q(uia) dauid nichil fecerat sauli aut suo p(o)p(u)lo. sed fecit eis mul-
ta bona p(ro) quibus reddebat ei mala. vnde subditur expugna impugnantes me
q(uia) ego no(n) possum eos impugnare. Aliter l(egitu)r sic in p(ar)te iiii ps(almus) egit de veteris
sacrificij in nouum mutacione. et q(uia) nouum sacrificium in memoria passionis X(rist)i
celebratur. et ideo hic agit de X(rist)i passione titulus in fine ps(almus) dauid. sic est
iste ps(almus) dirigens nos in fine i(d est) in X(ristu)m consummatorem attribuitur ipsi dauid i(d est)
X(rist)o qui hic loquitur aliquando in p(er)sona sua aliquando in p(er)sona membror(um). Ch(?) huius
ps(almi) e(st) X(rist)i passio et diuiditur in 3 p(ar)tes p(rim)o p(re)mittit oracionem contra p(er)secutores
2o narratur ordo passionis. ibi a(n)i(m)a aute(m) mea 3o fructus passionis expri(mi)tur
ibi confitebor t(ibi). et d(icit) d(omi)ne qui es iustus iudex iudica s(ecundu)m ordinem iusticie
tue. vel iudicio condempnacionis. nocentes me i(d est) qui me p(er)secuntur iniuste
vel qui appetunt m(ichi) nocere a(n)i(m)o vel voto. expugna i(d est) vince. impugnantes
me de facto ne ipsi in sua porcione glorientur. Apprehende arma et scutum
et exurge in adiutorium michi. ad literam hic loquitur de deo more humano
quo aliquis volens auxilium p(re)stare alicui i(n)duit se armis duplicibus
... sc(ilicet) armis ad sustinendum. et q(uan)tum ad hoc dicit et scutum et armis
ad inuadendum. et q(uan)tum ad hoc subdit effunde frameam. Aliter l(egitu)r sic hic
petit adiutorium contra inimicos et d(icit) apprehende arma ad pugnam i(d est) da nobis
virtutes quibus adu(er)sarios p(ro)sternamus. loricam iusticie. galeam salutis. et
scutum fidei. humilitatem paciam(?) et alias virtutes quibus ab adu(er)sarijs p(ro)te-
gamur. vel arma expugnacionis in(im)icis X(rist)i. et scutum defensionis corp(or)is
X(rist)i. et exurge in adiutorium m(ichi) i(d est) excita me ad pugnam et iuua p(u)-
gnare. Osee xiii p(er)dicio tua isr(ael) ex te tm(?) auxilium tuum ex me. Ef-
funde frameam et conclude aduersus eos qui p(er)secuntur me dic anime
mee salus ego tua sum. ad literam effunde frameam i(d est) euagina gladium
et conclude aduersus eos qui p(er)secuntur me i(d est) q(uod) no(n) possint amplius me p(er)-
sequi dic anime mee p(er) reuelacionem interiorem. salus tua ego sum p(er) effectum
exteriorem. Aliter l(egitu)r sic hic petit q(uod) deus vindicet eum de p(er)secutoribus et
d(icit) effunde frameam i(d est) euagina gladium. hoc est fac habundantem vindictam
q(uia) framea e(st) instrumentum vindicte. et sic hic sumitur. vel effunde frameam
i(d est) solue in me gladium tuum. hoc e(st). da m(ichi) virtutem b(e)n(e) agere ut totaliter
expellatur inimicus. Zach(arie) xiii framea i(d est) vindicta suscitare aduersus pastorem.
et conclude aduersus eos qui me p(er)secuntur i(d est) p(ro)hibe eos vel cohibe. ne libere
vagentur ad nocendum. et q(uod) no(n) possint amplius me p(er)sequi. Ez(echielis)
vii fili hominis fac conclusionem quia t(er)ra plena est iudicio sanguinum.

Vel concludе i cohibe per angelos tuos bonos ne per eos malignorum spiritum
seviat quantum vellet. dic anime mee per interiorem revelacionem. vel certifica per
mentis iocunditatem. salus tua ego sum per effectum exteriorem. vel ego sum tua
presta salvacio. Confundantur et revereantur querentes animam meam ad litteram
hic predicit deiectionem hostium scilicet Saul et doeth et consilii. de quibus confundantur et
revereantur etc. hoc impletum fuit quando saul confusibiliter fugiens de prelio
se ipsum interfecit. et similiter doeth armiger eius. et magis per ipsa fugiendo
interiit. et isti plures quesierunt david ad mortem. Alle. Le. sic hic imprecatur
penam vel confusionem illorum qui procurabant mortem suam. et dicit domine deus sis tu
salus anime mee ut confundantur erubescentes a peccati saluberrime ad penitenciam. et revereantur
timore supplicii et resipiscant a malo proposito querentes animam meam i vitam
meam ad perdendum vel interficiendum. Avertantur retrorsum et confundantur
cogitantes michi mala. ad litteram patet in precedenti versiculo. Alle. Le. sic hic im-
precatur penam et confusionem machinantibus sibi mala. et dicit avertantur retrorsum
i post me sequantur a persecucione cessando. Mt. viii. vade retro me sathana
et confundantur i erubescant penitendo de eorum mala voluntate. Je. xxxi. post-
quam ostendisti michi percussi femur meum confusus sum et erubui. cogitantes michi
mala scilicet tam in sermone et morti tradere. Fiant tamquam pulvis ante
faciem venti et angelus domini coartans eos ad litteram quia sic pulvis non potest
resistere ventorum impulsui. sic nec saul et viri eius philistiorum invasioni
et angelus domini coartans eos. non enim saul et exercitus eius fuisset sic de-
bellati a philisteis si angelus domini iusto dei iudicio non fuisset contrarius
eis propter peccata eorum ut Deut. xxxii. de filiis israel quomodo unus persequebatur
mille et duo fugarent decem milia. nonne ideo quia deus vendidit illos et
dominus conclusit illos. Alle. Le. sic hic imprecatur obstinatis defectum virtutis ad resistendum
deo malo impulsui temptatoris. et dicit obstinati qui noluerunt converti. fiant
tamquam pulvis sine ullo pondere stabilitatis ex levitatis recedendi. ante
faciem venti i primas temptacionis suggestionibus dyaboli leviter cedendo. Job
xviii. Rapiet sic pulvis movetur ante faciem venti. Ps. non sic impii non
sic sed tamquam pulvis etc. vel sic. fiant tamquam pulvis ante faciem venti i sic
pulvis non potest resistere vento cum pervenit eum quo vult. sic nec ipsi potestati dei
et hostibus suis resistere valeant. et angelus domini scilicet malus coartans i affli-
gens eos et ad casum impellens. Tren. primo abierunt absque fortitudine ante
faciem subsequentis. Prov. xvii. angelus crudelis mittetur contra eum scilicet malum et obsti-
natum. Judic. primo arctavit amorreus filios Dan in monte nec dedit eis
locum ut ad planiora descenderent. hoc autem quod hic dicitur prophetia est et non opta-
tio. vel sic angelus domini malus coartans eos i constringens et ligans eos in
peccatis. et conterens in penis auferendo eis libertatem ne de eius potestate exire
valeant. Fiat via illorum tenebre et lubricum. et angelus domini persequens
eos ad litteram fiat via eorum tenebre ut non videant ad evitandum nocivia. et lubri-
cum ut non possint stare. et angelus domini persequens eos. hoc totum david loquitur
prophetice et motus zelo iusticie. Alle. Le. sic hic imprecatur malitiam cadendi
a bono. Prov. ex parte ambulantis 2° ex parte impellentis adversarii. et dicit fiat
via illorum tenebre i tenebrosa ut non videant ad evitandum nocivia. et lub-
ricum i via lubrica in qua quis de facili cadit. vel sic aptius fiat via illorum
i vita et conversacio peccatorum tenebre i tenebrosa per ignoranciam. vel via i
vita eorum tenebre i in peccatis. Prov. iiii. via impiorum tenebrosa. nesciunt
ubi corruunt. et fiat via i vita illorum lubrica per mundicia seu luxuriam
Tren. iiii. lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum. vel sic fiat via
eorum i vita eorum lubricum per fragilitatem ut non possent stare sed ruant
de peccato in peccatum. et angelus domini sit persequens eos tamquam executor divine
iusticie.

qui non sunt eorum statue, sed in varia precipitant mala. Quoniam gratis abscon
derunt interitum laquei sui supervacue exprobraverunt animam meam. Ad licteram hic
subiungit causam vindicte dicens: quoniam gratis i. sine causa absconderunt michi
interitum laquei sui, quia Saul et complures alii ponebant insidias occultas
contra David, ut i Regum xxiiii. Supervacue exprobraverunt animam meam dicentes vitu
peria de me et mendacia frequenter, ut supra dictum est. Glosa secundum Lyram sic: hic assignat
causam quare vita impiorum est in tenebris i. in peccatis, quoniam ipsi impii vel
iudei gratis i. sine culpa mea cum eis non nocui, absconderunt i. latenter
paraverunt, michi Christo ipsi iudei vel cuilibet viro iusto impii interitum i. in
teritum vel mortem laquei sui i. per sua consilia insidias et machinationes
intime cogitates. Proverbiorum primo: veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus
tendiculas contra insontem frustra, supervacue i. iniuste sive et inutiliter sine ali
qua utilitate ipsorum, exprobraverunt animam meam i. accusaverunt vitam meam falsa
crimina imponentes. Nota etiam illam speculativam fuit via iustorum sublimis plura
requiruntur ad bonitatem vie que etiam requiruntur ad bonitatem vite. Primum est planities
humilitatis contra inductionem superbie. Ysa. xl. Erunt prava in directa et aspera
in vias planas. Ysa. xlvi planum faciet iter vestrum. Secundo requiritur lucidositas caritatis
contra invidie tenebrositatem. Proverbiorum iiii. Iustorum semita quasi lux splendescit et
crescit usque ad perfectum diem. Et dicitur Proverbiorum iiii via impiorum tenebrosa. Tertio requiritur
mollicies et dulcedo pietatis contra offendicula iracundie. Psalmo xv. Via iu
storum absque offendiculo. Ysa. lxii tollite de via lapides. Et dicitur Proverbiorum xxi via
impiorum complanata lapidibus. Quartum est continuitas sollicitudinis et perseverantie
contra inmissionem pigritie et negligentie. Job xvii. Tenebit iustus viam suam. Luce ix.
Nemo mittens manum ad aratrum et retro aspiciens aptus est regno Dei. Quin
tum est securitas vite et benignitatis contra rapacitatem avaricie et cupiditatis.
Proverbiorum xxiii. Vie eius vie pulcre et omnes semite eius pacifice. Sextum est soliditas
abstinentie contra lubricitatem gule, ut in sede predicti fiat via iorum tenebre
et lubrica. Luce xxi. Cavete ne corda vestra graventur crapula et ebrietate.
Septimum est munditia castitatis contra lutum luxurie et immunditie. Psalmo Ambulantes
in via immaculata hic michi ministrabat. Proverbiorum impolluta via eius, eloquia Domini
casta. Et dicitur in Proverbiorum. Signate sit vie illius in omni tempore. Veniat illi laqueus
quem ignorat et captio quam abscondit apprehendat eum in laqueum cadat
in ipsum. Ad licteram hic predicit mortem miseram Saulis, qui voluit David ma
litiose occidere per manus Philistinorum, ut habetur primo Regum xviii, et ipse Saul ab ipsis
Philisteis fuit vulneratus, et timens ab eis capi, occidit seipsum, ut habetur
i Regum xxxi, et sic cecidit in laqueum quem paravit ipsi David quod a principio
ignorabat. Glosa secundum Lyram sic: hic imprecatur penam fraude dolosis ut comprimet
illaqueentur et capiantur et de quo nocentes absconderunt laqueum michi. Construe
quod abscondit i. latenter michi paravit, veniat illi laqueus mortis se capi
endum quem non vult cognoscere et captio quam abscondit ad capiendum alium
apprehendat eum, ut in eo quo alium capere seu decipere voluit, capiatur et
decipiatur ipse, et in laqueum cadat non in alium laqueum sed in ipsissimum la
queum, ut in ipso in quo alium decipere voluit ipse decipiatur, sicut contingit
Aman. Hester vii: Suspensus est Aman in patibulo quod paraverat Mardocheo.
Proverbiorum v: Iniquitates sue capiunt impium. Vel aliter potest exponi de pena gentili
per Romanos iudeis inflicta sic: veniat illi populo iudaico laqueus i. interitus
ex improviso quem ignorabat Romanos absconditos, et captio quam abscondit ap
prehendat eum, scilicet Romane captivitatis, sicut Christum capere voluit, et in laqueum cadat
non in alium, sed in ipsum laqueum mortis Christo preparatum. Proverbiorum dicitur Luce: nunc
autem abscondita sunt ab oculis tuis, quasi dicat: iam michi latenter parant laqueum
et laqueus quem ignorat veniet super eos quod contingit cum Tito et Vespesiano

venerut sup eos. Anima aut mea exultabit in dno et delectabit sup
salutari suo ad litteram hic exprimit gaudiu de sua liberacione de manu saulis
et omni adversarior suor dicens. ania aut mea exultabit in dno scz gratias
deuote reddendo. et delectabit sup salutari suo i. de hoc qd saluabit me
p beneplacito sue voluntatis non dt de morte saulis et exitu sui de qua
doluit et fleuit ut habetur ii reg. sed gaudet de ppa salute ptinet ad caritate
quam hic ho ad seipsum. aliter le sic hic dauid ? ps puialis i qua natura ordo
in omib et pmo p liberacione pmittit gratiar actio. et dt qm sine causa absco
derut laqueum m. ania aut mea exultabit i dno i. tota spe et gaudium
ponet in dno non in seculo. phil iiij. gaudete in dno semper iterum dico. et delecta
bitur sup salutari suo i. in deo saluatore suo ihu salute. Job xxij tunc
sup omipotentem delicijs affluens. ysa lviij tunc delectaberis sup dno. O
mia ossa mea dicent dne quis similis sit tui ad litteram oia ossa mea dicent
i. manifestabunt gestibus exultacionis gratitudinem in pstite saluacionis. dne
quis similis tui q.d. nullus. aliter le sic hic ponit amicacionem de pta dei per
quam dedit ei victoria et dt oia ossa mea i. virtutes anime et corporis mea
uel tota fortitudo mea. dicent te sup omnes creatura laudando. quis similis
tui qui facis nos ita potentes qm ex nobis parum possumus. uel sic oia
ossa mea i. discipuli mei p spm sanctum roborati et omnes per me saluati et
facti robusti. Trenorum pº de excelso misit ignem in ossibus meis. dicent te
laudando dne quis similis sit tibi q.d. nullus in tota multitudine creatura
uel iudeor catologo ps non est similis tibi in dijs dne et non e scz
opa tua. Eripiens inopem de manu fortior eius egenum et pauperem
a diripientibus eum. ad litteram eripiens inopem i. inermem et pessum in adiuto
rem. erat enim dauid a facie saulis fugitiuus. et p consequens bonis suis spo
liatus. conuenerat etiam ad eum homines depauperati et debito obligati ut
habetur pº R xxij. et sic est eor pnceps de manu fortior eius scz saulis
et exitus egenum et pauperem a diripientibus eum. bona enim mobilia et immo
bilia fisco regis fugitor applicantur. et sic bona dauid et eor qui cu
eo erant diripuerunt satellites saulis. aliter le sic hic subditur racio laude
dei qr eripit a violentis detinentibus et opprimentibus et dt. dne deus non est tibi
similis qr tu solus es eripiens inopem i. totum genus humanum. quia ope desti
tuitur. de manu fortior eius i. de ptate demonum uel tirannor violenter
detinencium. Job xli non e ptas sup terram que compartur ei. et hic est fortis
armatus. luc xi. cu fortis armatus custodit atrium suum et. eripiens etiam ege
num et pauperem i. ipsum totum genus humanum. a diripientibus eum i. crudeliter
opprimentibus. pv xxviij leo rugiens et ursus esuriens pnceps impius sup
populum pauperem. vel sic tu solus dne es eripiens egenum i. contemptibilem in
hoc seculo et pauperem cui non est adiutor a decipientibus eum. i. a demonibus
qui diripiunt i. ad diuersa vicia rapiunt. uel diripiunt i. spoliant gratia dei i
pnti et in futura vita eterna. Nota inops dr qui sine ope. egenus qui sine
genie. pauper qui parum habet et p hoc sufficiat genus humanum. qd dr inops
ppter carnis mortalitatem et infirmitatem. egenus ppter victus ex ppo labore
acquisitum. et pauper ppter bonor spiritualium in pnti tenuem possessionem. S
urgentes testes iniqui que ignorabam interrogabant me. ad litteram hic da
uid allegat meritum sue pseruacionis. pº p sibi contrarietatibus et pro se orat
primo sic. qr multi de ppls ipsis ad blandiendum gratia saulis. ponebant dauid
multa falsa. quibus applaudebat sauli. qr p hec pseruacio quam faciebat contra
dauid videbatur iusta. et hoc est qd dt. Surgentes testes iniqui qr aliquam
de pditione ponebant falsa contra dauid coram Saule et aliis testificabantur

Ad maiorem afflictionem que ignorabam i. de quibus non eram michi conscius ipsorum
malorum / interrogabant me i. proponebant contra me ac si deberem reddere / et loquitur
de se quasi de reo qui habet reddere racionem conuicte. Alia lectura sic hic narratur passio
christi et per hoc ostendit iudeorum maliciam in verbis et in factis et suam pacienciam et dicit
Surgentes quasi crudeles omni tempore / ps. xxii qui testis est repetunt et gene-
rat lingua mendacii testes iniqui i. sacerdotes contra christum falsos produxerunt. Math. xxvi
pontifex et omne concilium querebant falsum testimonium / interrogabant me i. interro-
gando accusabant me de criminibus que ignorabam i. que non feceram nec
dixeram nec conscius de eis eram / et quod non probabant contra me Math. xxvi non
erant conuenientia testimonia eorum / ps. xxvi mentita est iniquitas sibi testes iniqui. Retribuebant
michi mala pro bonis sterilitatem anime mee / Ad litteram quod dauid multa bona
fecerit saulo et populo eius pugnando pro eis contra philisteos primi Reg. xx i. [illegible]
-lorum / sterilitatem anime mee / quod ex persecucione saulis cogebatur vitam austeram
ducere in desertis et sterilibus locis. Alia lectura sic hic ostendit maliciam iudeorum
in factis / et dicit accusabant me de criminibus que non feci et retribuebant tanquam
michi mala pro bonis i. mortem pro vita quod me perdere volebant quos vene-
ram saluare. Jer. xviii numquid redditur malum pro bono quod foderunt foueam anime
mee / sterilitatem anime mee i. exhibuerunt se steriles et destitutos i. omnibus bonis
ysa. v expectaui ut faceret vuas et fecit labruscas / vel sic sterilitatem anime
mee i. optabant quod vita mea esset sterilis et sine fructu omnium bonorum
vel retribuebant sterilitatem anime mee i. faciebant ut affligerem ieiunio vitam
meam pro eorum salute. Ego autem cum michi molesti essent induebar cilicio
Ad litteram induebar cilicio i. signum humilitatis et mortificacionis ad impon-
dendum [illegible] anime consolacionis. Alia lectura sic hic ostendit suam pacienciam qua
ostendit exemplum et dicit illi retribuebant michi mala pro bonis / ego autem cum michi
molesti essent i. inimici impugnantes et persequentes me / induebar cilicio
i. vilitatibus et [illegible] vitam dimittens [illegible] carne mortali / vel induebar ci-
licio i. ostendebam eis humilitatem mee infirmitatis. Humiliabam in ieiunio
animam meam et oracio mea in sinu meo conuertetur. Ad litteram humiliabam i. re-
primebam vitam meam asperam / et oracio mea in sinu meo conuertetur i. ad bonum meum
cedebat. Alia lectura sic hic ostendit suam pacienciam in ieiunando / et dicit humiliabam
i. affligebam non solum carnem meam sed etiam animam meam eorum salutem ardenter
desiderando. Jo. xix pendens in cruce dixit sicio etiam orabat. Luc. xxiii et oracio
mea in sinu meo conuertetur i. in secreta predestinacionis utilitatem conferret / ecce
bona societas oracionis cum ieiunio. Tob. xii bona est oracio cum ieiunio / vel sic qui
retribuebant sterilitatem anime mee i. faceret ut affligerem ieiunio vitam meam / et ideo
hac sterilitate seu ieiunio humiliabam animam meam i. non exercebam in eis vindictam
sed pacienter sustinebam / vel sic moraliter humiliabam ieiunio animam meam i. af-
fligebam spiritualiter ieiunio animam meam quando me persequentes et obduratos non inue-
nire quos assumerem ad epulas spirituales / et oracio mea in sinu meo conuertetur quia
oracio quam deo patri christus assumptus obtulit electis in eo manentibus exaudit
vel oracio in sinu meo conuertetur i. si eis non profuit / eo tamen non sum frustratus
mercede mea. Quasi proximum et quasi fratrem nostrum sic complacebam quasi lugens
et contristatus sic humiliabar. Ad litteram quod dauid ex persecucione saulis a fe-
na caritate non recessit quod maxime patet ex hoc quod eum in manu sua dum
esset a morte pepercit ut primi Reg. xxiiij et dicit quasi proximum et quasi fratrem nam
sic reputauit saulem et eius populum sic complacebam in prosperitate eorum contra
philisteos ut dictum est supra ps. iiii / et quasi lugens et contristatus sic humiliabar
de eorum aduersitate ut planxit de saulis et sui exercitus morte. ii Reg. i
Alia lectura sic hic ostendit suam ad eos compassionem et eorum ingratitudinem / et dicit

cognatus qui esset michi molestus / ego tamen sic complacebam in eis vel placuerunt
michi / et dilexi eos propter affectum quo proximi et quo fratres mei per eos / vel ha-
bui complacentiam in eis quando de fratre et proximo sepe dixi casum per casum / de proximo reputando
eos proximos cohercione vel correctione et fratres cognatione Iob xxx frater fui dra-
conum et socius strucionum / vel sic per ego complacebam vel ad complacentiam tuam fratrem
orando pro eis Luce xxiii dimitte illis quia nesciunt quid faciunt / habendo eos quasi proximum
et quasi fratrem / etiam fui quasi per lugens et lacrimas filium et contristatus in corde
de morte filii sic ego humiliabar et dolui de eorum perditione Luce xix videns
civitatem flevit super eam Mat xxvi cepit ipse contristari etc. Et adversum me
letati sunt et convenerunt et congregata sunt super me flagella et ignoravi
Ad literam hic David dicit conqueritur de suis persecutoribus ex conspiracione communi
contra eum / quia illi qui erant de tribu David cum Saule conspirabant in morte
David ut de zipheis primo Regum xxiii ubi dixit Saul si fratrem ingressus fuerit per-
scrutabor eum in milibus Iuda de qua tribu erat David et multi de aliis
tribubus erant cum Saule persequendo David / et hoc est quod dicit adversum me letati
sunt et convenerunt quia venientes cum Saule ad querendum David pretendebant hilari-
tatem ad captandum regis graciam / congregata sunt super me flagella et igno-
ravi quia non se providebat pericula sibi parata ut primo Regum xxiii Saul et
viri eius cingebant David et viros eius in modum corone ita quod desperabat se pos-
se evadere / non enim posuisset se in tali loco ubi sic cingi potuisset si pericula
sibi previsa prescivisset Tale est sic hic ondit eorum multitudinem et pervisitatem
cordibus et operibus et dicit letati sunt adversum me et gavisi sunt de mea passione
et morte vel desideraverunt me tradere passioni et morti Treni primo omnes inimici mei
audierunt malum meum letati sunt quia tu fecisti / convenerunt ad faciendum con-
silium et conspiracionem contra me Io xi collegerunt pontifices et pharisei concilium
Act iiii convenerunt in civitate ista adversus puerum tuum / et congregata sunt
super me flagella et in eorum consilio conspiraverunt ut me caperent et multipliciter
flagellaret Ps fui flagellatus tota die / Ubi tamen Thimude sunt me vel
imedantes sine causa etc. / et ignoravi hoc eorum opinionem cum tamen hic totum providi-
ssem / vel ignoravi et non fui conscius alicuius criminis propter quod talia flagella
et mortem debui pati / Vel secundum aliam literam ignoraverunt qui et quale talia
fecerunt et quod sunt eos reducet Prima Cor ii Si cognovissent numquam dominum
glorie crucifixissent Dissipati sunt nec compuncti temptaverunt me subsanna-
verunt me subsanacione frenduerunt super me dentibus suis / ad literam dissipa-
ti sunt a connexione caritatis fraterne erga me / nec compuncti de sua malicia / tem-
ptaverunt me scilicet capere / subsanaverunt subsanacione vel derisione sic dicta a naso
cum digitis / dicebant enim adulatores et detractores vituperia de David
in presencia Saulis / eius benivolenciam captantes / frenduerunt super me dentibus
suis / pretendebat enim coram Saule quod vellet eum devorare si possent Tale
est sic hic ondit eorum incorrigibilitatem quia non correxerunt peccata sed addide-
runt peiora / et dicit pugna multiplici me flagellaverunt / tunc dissipati sunt
in corde dissoluti et facti attoniti visis miraculis tempore passionis mee /
Mat xxvii petre scisse sunt et monumenta aperta sunt / nec tamen compuncti sunt
ad penitenciam visis miraculis et cunctis temporibus prime / vel dissipati vel dispersi sunt
per totum orbem propter passionem meam quam iniuste ab eis sustinui Luc xlviii
abiecti sunt de terra sua / et dispersi sunt in omnes terras / nec compuncti ad penitenciam
apostoli in dedi illis tempus ut penitenciam agerent et noluerunt penitere / ymo tem-
ptaverunt me multis verbis aliqui et descendens de cruce Mat xxvii Si
filius dei es descende de cruce / aliqui volentes capere in sermone etc. sub-
sanaverunt me subsanacione vel graviter et multipliciter deriserunt me ubi et facti /

Mat. xxvii. preterentes movebant capita sua dicentes vath qui destruis templum
dei. Frenduerunt super me dentibus suis quasi fere sevientes et indignantes. Threnorum
2. Fremuerunt dentibus suis et dixerunt devorabimus eum. et in hoc omnibus opprobrium
iudeorum retorna lis speciositatis. Domine quando respicies restitue animam meam
a malignitate eorum a leonibus unicam meam. Ad literam hic david contra talia
convertit se ad deprecandum deum dicens domine quando respicies oculo tue pietatis et me
restitue animam meam a malignitate eorum i. pone me in securitate ab eorum
persecucione. ita quod sim restitutus in pristina parte. a leonibus i. a crudelibus
hominibus more leonum crudelium. unicam meam i. vitam meam solam. licet enim
plures essent cum ipso david. tamen saul et complices eius querebant ipsum solum inter-
ficere. Tale lege sic hic convertit se ad oracionem petens se respici a deo et liberari
a malo. et dicit domine deus pater quando respicies me oculo tue pietatis et cle-
mencie quasi modo quasi non videas me talibus passionibus exponendo. Job xxx.
Sto et non respicis. restitue animam meam corpori meo redimendo me gloria
post mortem michi crudeliter illatam a malignitate iudeorum. et a leonibus
i. ab eorum principibus bestialiter et crudeliter in me sevientibus. unicam animam meam
i. singularem et dilectam. vel unicam meam i. ecclesiam meam vel ecclesiam meam
pater erue a framea deus animam meam et de manu canis unicam meam.
Confitebor tibi in ecclesia magna in populo gravi laudabo te. Ad literam
confitebor tibi i. vocaliter confitebor tibi confessione laudis in loco cultus tui. hebrei
enim non habent optativum modum. sed utuntur futuro indicativi loco optativi
in populo gravi moribus et etate. quo modo erant sacerdotes et levite lau-
dabo te i. utinam laudem te. quia david erat in persecucione saulis ideo non aude-
bat accedere ad locum divini cultus. Vel aliter potest exponi ad literam ut sit prophetia
de futuro tunc dicit confitebor etc. quia psalmus a david factus cantabatur a dei cul-
toribus in veteri testamento. et quia modo cantatur in novo testamento. Tale lege sic
hic est 3 pars psalmi in qua exprimitur fructus passionis et tangit beneficium re-
surrectionis dicens quando restitues animam meam corpori meo per gloriam resurrectionis tunc confi-
tebor tibi i. recolam tua beneficia et faciam meos fideles ut enarrent tua
beneficia in ecclesia magna que erit ex omnibus gentibus congregata et per totum mundum
diffusa. Baruch iii. o israel quam magna est domus dei. in populo gravi i. sta-
bili qui est granum et non palea vel in populo gravi i. constanti scilicet in omnibus
electis quos nulla temptacionis a te non divellet. in populo gravi i. per magis
fideles stabiles et constantes. laudabo te i. faciam te laudare et magni-
ficentiam tuam predicare. vel in populo gravi i. inter fideles qui sunt gravi corde
ad credendum. laudabo te i. faciam meos discipulos te laudare et tuam ma-
gnificenciam predicare. Non supergaudeant michi qui adversantur michi inique
qui oderunt me gratis et annuunt oculis. Ad literam non supergaudeant michi ca-
piendo me et tenendo ad suam voluntatem qui adversantur michi inique scilicet saul
et complices eius. qui oderunt me gratis i. sine causa me odientes in
cordibus suis. et annuunt oculis. passiones enim odii et ire maxime apparent
in facie et potissime in oculis. Tale lege sic hic tangitur secundus fructus sue pas-
sionis scilicet inimicorum confusio et tangit eorum culpam mali operis. et malignitatis cordis
et dicit non supergaudeant michi i. non insultent michi et meis ea que volunt
consequentes. qui adversantur michi inique i. qui me iniuste et crudeliter persecuti sunt.
Job xix. quem maxime diligebam adversatus est michi. vel qui de pereuntium
errore letantur. qui oderunt me gratis i. sine causa in corde suo. Jo. xv
ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est. qui odio habuerunt me gra-
tis et annuunt oculis i. simulant se nutibus oculorum me diligere. vel
nutibus oculorum mittunt se contra me. Prov. x. qui annuit oculo dabit dolorem.

proverbiorum xvi Homo apostata vir inutilis annuit oculo pede terit proverbiorum
xxvi annuens oculo fabricat iniqua Quoniam michi quidem pacifice loque
bantur et in iracundia terre loquentes dolos cogitabant. ad literam hic ondit
gravitate sue persecucionis ex adiectione doli qui maxime aggravat persecucionem
quia tunc nescit positus in persecucione de quibus debeat confidere 2 cor xi in periculis
periculis in falsis fratribus quia istud erat magis. hoc dicit David qui
mihi quidem pacifice loquebantur pretendentes amiciciam et in iracundia terre lo
quentes i. per modum terrenorum qui aliud habent in corde et aliud in ore. dolos
cogitabant scilicet contra me. ut de proditoribus achitofel et ziphei ps liii xxiiii
allegorice sic hic ondit culpa fraudulenter loquentibus scilicet pacem in ore contra
in corde, et dicit oderunt me gratis in cordibus suis. quia mihi id est in presencia mei
pacifice id est adulatorie loquebantur per te simulantes math xxii scimus quia verax
es etc et in iracundia terre id est ostendebant gerentes iracundiam contra me de terra
sua perdenda Io xi ne forte veniant romani et tollant locum nostrum etc ergo
loquentes mecum cogitabant dolos in cordibus volentes me decipere math
xxii miserunt discipulos suos cum herodianis ut caperent eum in sermone Et
cuius causa iudeorum unus quam christum occiderunt quia timor inde eius Et
dilataverunt super me os suum dixerunt euge euge viderunt oculi nostri. ad
literam dilataverunt super me os suum superbe loquentes. dixerunt euge euge in
literam dilataverunt super me os suum superbe loquentes. dixerunt euge euge in
fectum est gaudentes viderunt oculi nostri fugam et exilium istius hominis
allegorice sic hic ondit culpa iudeorum ex pre vituperacionis quia scandala intulit ut
crucifigerent et deriserunt eum. et dicit primo cogitabant dolos in corde contra
me et postea aperte dilataverunt super me os suum clamantes crucifige crucifige
eum luce xxiii et insultantes et deridentes me pendentem in cruce et mo
rientem dixerunt euge euge id est iam bene nobis. quia viderunt oculi mei eius mor
tem quam desiderabamus Tren 2 aperuerunt super me os suum omnes inimici tui
sibilaverunt et fremuerunt dentibus suis dixerunt devorabimus eum en ista est dies
quam expectabamus invenimus et vidimus Vidisti domine ne sileas. domine ne di
scedas a me. ad literam vidisti domine hominis iniquitatem contra me ne sileas
i. non dissimules et transeas absque debita punicione. hoc dicebat David
non zelo vindicte sed divine iusticie domine ne discedas a me subtrahendo graciam
auxilii defensionis tue quia non possem tot laqueos effugere allegorice sic hic in
plorat divinam iusticiam et pro ponit allegacionem 2o peticionem et dicit qui
dilataverunt super me os suum superbe loquentes et blasfemantes. vidisti domine
mea obprobria et adversariorum iniquitatem et maliciam contra me hebre iiii omnia
nuda sunt et aperta oculis eius proverbiorum xv In omni loco oculi domini contemplantur
bonos et malos. ne sileas i. non transeas absque debita punicione, vel ne
sileas i. non differas dare sentenciam zabbat pd quare respicis contemptores et
taces conculcante impio iustiorem se. domine ne discedas a me i. non derelinquas
me in passione mea Iosue pd non te dimittam neque derelinquam Exurge
et intende iudicio meo deus meus et dominus meus in causam meam ad literam
Exurge et intende iudicio meo. eos condempnando deus meus. et dominus meus causam
mea quia non habeo iudicem ad quem possim vocare nisi te. quia per adversa
erat rex terre allegorice sic hic petit ut attendat illata sibi iniuria et causam
iniurie et dicit. domine ne discedas a me sed exurge i. potenciam tuam ostende
qui videris dormire dissimulando ps exurge quare obdormis domine.
et intende iudicio meo quo iudicatus sit a iudeis inique et retribue eis
et illis quod iustum est Io ix In iudicium ego veni in hunc mundum
deus meus quem adoro. et dominus meus tu sermo. intende i. considera. in causam
mea

Ad est considera causam meam per quam passus sum scilicet pro redemptione generis huma
ni non pro meis peccatis / ysa liii voluntate est oblatus et iniquitates nostras / Job xxx
ops singulorum causas intuebor quam pena non facit martyrem sed causa. Vel sic
Exurge id est fac me exurgere et intende iudicio meo id est dilata nomen meum contra
iusticiam et veritatem meam. Iudica me domine secundum iusticiam tuam deus
meus non supergaudeant michi ad literam Iudica me secundum iusticiam tuam que non condem
pnat innocentes sed impios / sed non supergaudeant michi capiendo me et tenendo
iuxta desiderium anime sue. Aliter le. sic hic petit ut prophetat similiter de se et de ad
versariis et dicit domine per primam creationem id est creator deus meus per specialem graciam per
omnibus iudica me secundum iusticiam tuam non secundum calumpniam iudicorum me puniendo
sed secundum iusticiam meam remunerando / Je xi tu autem domine sabaoth qui iudicas
iuste / non supergaudeant id est non insultent michi de tecto [?] meo sed potius super
se lugeant penitendo ita quod gaudium eorum vertatur in tristiciam. Non dicant
in cordibus suis euge euge anime nostre / nec dicant devorabimus eum ad literam
non dicant in corde suo euge que gaudentes de mea captione sicut philistei gau
debant de captione Sampsonis Judic. xvi / nec dicant devorabimus eum quod dicitur pro
iniceret me statim tractaret me inflicte crudeli morte. Aliter le. sic hic
petit ut coherceantur ne derideant eum in corde et ne committant / et dicit
non supergaudeant michi inimici mei id est inimici sui malignum nec dicant cogi
tantes in cordibus suis et insultantes euge euge id est iam bene est anime nostre
quod fecimus quod voluimus ipsum occidendo / nec dicant devorabimus eum id est ne iactent
se quod totaliter impediant ne resurgat / vel ne iactent se quod extinxerint totaliter
nomen meum / Math. xxvii / Jube custodiri sepulcrum etc. Erubescant et reve
reantur simul qui congratulantur malis meis ad literam eum et re. sic tanquam
Saulem sua inferre qui congratulantur malis meis id est quod querit contribulari sicut
Saul et viri eius. Aliter le. sic hic imprecatur penam adversantibus sibi corde et
ore et dicit sic non supergaudeant michi inimici mei sed erubescant de sua iniquitate
audientes gloriam meae resurrectionis / ysa lxv qui non letabuntur et vos confun
demini / et sic omnes revereantur id est timeant penas propter meam occisionem / Levit.
xxvi terrebit eos sonitus folii volantis / qui congratulantur malis meis id est gaudent
de mea passione et morte. Induantur confusione et reverentia qui maligna
locuntur super me ad literam Induantur confusione et reverentia id est timore quod dicitur un
dique circumdentur / undique sicut vestimentum circumdat hominem ex omni parte qui maligna
locuntur super me loquentes de me ficta coram Saule. Aliter le. sic hic imprecatur
penam obloquentibus se / et dicit Induantur id est undique circumdentur sicut vestimento
confusione id est pudore pro culpa / et reverentia id est timore pro pena / ps. Induantur
sicut diploide confusione sua / qui maligna locuntur super me / blasfemantes me
in superbia eorum et loquentes de me ficta quam me surrexissent. Exultent et le
tentur qui volunt iusticiam meam et dicant semper magnificetur dominus / qui volunt
pacem servi eius / ad literam hic David orat pro se et pro compacientibus sibi dicens
exultent et letentur qui volunt id est qui appetunt iusticiam meam et dicant semper
magnificetur dominus / deum de mea liberatione laudando a periculis omnibus qui vo
lunt pacem servi eius scilicet mei qui sum domini. Aliter le. sic hic post tercium fructum
passionis scilicet congratulacionem fidelium et petit leticiam operis et cordis / et dicit con
fundantur qui locuntur mala super me sed exultent exterius in corpore et gaudeant
interius in corde / non in spe tandem nunc / ps. exultabunt sancti in gloria leta
buntur in cubilibus suis / qui volunt id est appetunt iusticiam meam et congratulantur doloribus
meis / vel qui volunt iusticiam meam id est ut per humilitatem passionis mee detur
michi exaltacio eterne glorie / Philip. ut in nomine eius omne genu flectatur.

vel sic qui voluit iusticiam meam s. non suam Ro x ignorantes dei iu-
sticiam et suam volentes statuere iusticie dei non sunt subiecti et dicant sem-
per magnificetur dominus i. ut semper laudent dominum de mea liberatione et resurrectione
a morte · vel dicant exultantes magnificetur i. laudetur deus semper i. in eternum
qui voluit pacem servi eius i. pacem meam quam dedi discipulis meis Jo xiiij
pacem relinquo vobis pacem meam do vobis **E**t lingua mea meditabitur
iusticiam tuam tota die laudem tuam / ad literam et hoc in me ut tua i. ore
et corde eam confitebitur tota die laudem tuam i. singulis diebus Alle. Le. sic
hic promittit se gratias acturum deo predicando legem eius et ipsum laudando
et dicit letenter qui voluit iusticiam meam et lingua mea meditabitur i. ex medi-
tatione cordis loquetur seu ego confitebor et predicabor corde et ore · iusticiam
tuam i. legem tuam novam pro qua vult lex clementie in lingua eius · tota
die i. singulis diebus vite presentis seu continue laudem tuam magnificando
non enim desinit laudare qui non desinit bene agere · iuste ergo vive · et omnia
bene age et deum laudabis Ecc. xvii dedit in omnibus lingua mercede mea et
in ipsa laudabo eum Ps. ibidem laude dicam tibi et benedicam nomini tuo **Mela**
Dixit iniustus ut delinquat in semetipso non est timor dei ante oculos
eius. Ad literam titulus in textu Jo. vlt. Hebraice pro victoria david
servi domini david. et est quod david fecit hunc psalmum pro victoria populi israel
quando exeunt de servitute egypti / ad similitudinem domino liberante Exo v.
dixit deus pharaoni dimitte populum meum ut sacrificet michi in deserto Lyra dicit
quod david fecit hunc psalmum de seipso a persecutione saulis pluries divinitus liberato
unde titulus est talis: ad victoriam servo domini david et sic hic servo domini non
refertur ad populum israel sed ad ipsum david Et dividitur iste psalmus in duas partes / pri-
mo agitur de malicia saulis ipsum david persequentis 2o de benignitate domini ipsum li-
berantis ibi domine in celo misericordia tua / prima dicit dixit iniustus ut delinquat i. corde
i. saul firmiter disposuit et deliberavit interficere david licet iniuste de qua
deliberatione continetur pi. Re xx intellexerit ionathas quod diffinitum esset a patre suo
ut interficeretur david non est timor dei ante oculos eius q. d. si ante oculos mentis
eius poneretur timor domini retraheretur a tanto malo Pv xv per timorem domini
declinat omnis homo a malo Talle Le sic In presenti psalmo tractatur de passione
in qua xpus multa mala sustinuit et quod quidam hereticorum mala attribuerunt
viro ne male / non hic agit de destructione hereticorum errorum ostendens mala ex
nobis provenire bona autem a deo · unde in titulo verbe servo domini dicitur fidelis
qui in hoc psalmo loquitur quod bona attribuit deo et sibi mala Titulus In finem
servo domini psalmus david / et est sensus iste psalmus dirigens nos in fine i. in xpum attri-
buitur david i. fideli alicui qui loquitur in hoc psalmo servo domini vere et fideli de
deo sentienti / vel 2m glo david i. xpo servo domini i. patri obediam perfectam exhi-
benti / unde vere dicitur servo domini quod dicitur fidelis in hoc quod mala sibi attribuit et bona
deo / Materia huius psalmi est hereticorum error expositione detecta Intentio monere ut nobis
mala attribuamus et deo bona Et dividitur in duas partes / primo asserit mala esse
ab homine 2o bona a deo ibi domine in celo. et dicit quemcumque iniustus dixit i. cogitavit
et proposuit in corde suo ut delinquat in semetipso i. ut libere peccare posset
apud se in occulto quamvis non in publico Ephe v qui in occulto fiunt ab
ipsis turpe est dicere / ante cordis oculos illius non est timor domini / hic est talis
non timet deum quod timor expellit peccatum Ecc primo **Q**uoniam dolose egit in
conspectu eius ut inveniatur iniquitas eius ad odium Ad literam qui dolose
egit s. contra david ipse saul faciens ipsum generum suum ut sic occideretur gla-
dio philisteorum pi Re xviii in conspectu eius scilicet dei quod non latet dolositas eius:

Habet

ut inveniatur iniquitas eius ad odium · Nam enim Saul non potuit occidere david
latenter et dolose gladio philisteorum persecutus est eum patens manifestans
odium quod gerebat contra ipsum Alia lectura sic hic tangit statum primum
dicit non est timor dei ante oculos eius quia dolose egit in conspectu eius id est in
conspectu dei coram oculis dei et eius sapientia est fingendo primum · sed dolose
egit et dolose querebat iniquitatem suam quod noluit vere invenire et de recto
odire / Multi enim inquirunt iniquitates suas sed cum dolo nolentes eas
vere invenire ad odium ut de recto eas odirent sicut faciunt in confessione
ficta qui cum iniquitates suas agnoscunt non dimittunt sed defendunt
quod si vere et sincere quererent invenirent et odirent / et hoc est quod dicit dolose
egit ut inveniatur iniquitas eius ad odium id est ut inveniendo iniquitatem suam
eam de recto odiret et detestaretur / vel ut inveniatur ad odium id est ut odio ha-
beretur iniquitas · nec tamen odivit eam Verba oris eius iniquitas et dolus
noluit intelligere ut bene ageret / ad literam quod suasit yonathe de quo
confidebat david sicut de seipso, quod adveniret ipsum david ut occideretur / primo Regum
XX noluit intelligere ut bene ageret quod cum yonathas morientia david al-
legaret saul intelligere noluit / sed magis indignatus yonathan lancea
percutere voluit ut ibidem dicitur Alia lectura sic hic tangit malitiam iniusti in locutio-
ne et affectione et dicit iniustus dolose agit quod verba eius sunt iniquitas
et dolus · et ponitur emphasis quod ponit abstractum pro concreto · non est ipsius verba
eius sunt iniqua per apertam maliciam et dolosa per occultam maliciam Jeremie ix sa-
gitta vulnerans lingua eius dolum acutum in ore suo · noluit intelligere
id est quamvis potuit intelligere tamen noluit / Zacharie vii noluerunt attendere et a-
verterunt scapulam recedentes Osee iiii quod tu scientiam repulisti repellam te
ut bene agat licet solum loqui sciret / ysaia post disce bene facere Iniquitatem
meditatus est in cubili suo / astitit omni vie non bone malicia autem non
odivit / ad literam quod de nocte vigilans cogitabat quomodo posset ipsum david
capere et occidere / astitit omni vie non bone id est male quod paratus fuit persequi
ipsum david per vias perversas scilicet super abruptas petras quas solis ibicibus
sunt pervie / primo Regum xxiiii ibi subditur malicia autem non odivit Alia lectura sic hic
ostendit maliciam iniusti in meditatione et in opere et dicit iniquitatem meditatus
est in cubili suo, sequitur et cum deliberatione excogitavit maliciam secrete
in corde suo Michee ii ve qui cogitatis inutile et operamini malum in
cubilibus vestris / astitit paratus et cum studio omni vie non bone id est male ope-
rationi et mala perpetravit operando et presumpserit perpetrando / proverbiorum post pedes eorum
ad malum currunt / maliciam id est malam vitam non odivit sed dilexit gaudendo
de malis operibus / proverbiorum ii letantur cum malefecerint et exultant in rebus pes-
simis Domine in celo misericordia tua et veritas tua usque ad nubes / Ad literam
hic agitur de benignitate dei generali et speciali / Augustinus primo sinedum quod misericordia
superexaltat iudicium Jacobi ii Unde inter dei proprietates tenet quandam excellentiam
ipse quod dicitur · quod miserationes eius super omnia opera eius et ad hoc ostendit dicens / Domine in celo misericordia
tua tamquam in loco superiori et veritas tua usque ad nubes que sunt in-
feriores celo Alia lectura sic hic ostendit bona esse adeo scilicet bona gratie et bona
nature et bona glorie · post dicit iniustus meditatur iniquitatem sed domine deus misericordia
tua id est effectus misericordie tue est amplior in celo id est in viris perfectis et celestibus
qui omnibus aperiunt gremium misericordie / de quibus dicitur philippenses iii nostra conversatio
est in celis · et veritas tua id est amplior cognitio veritatis pervenit usque
ad nubes id est in statu doctores qui pluunt id est docent fideles verum doc-
trinam fidei catholice · quod iniusti faciunt iniquitatem et dolum scilicet sequuntur /

rinas et victorias Ysa xl qui sunt isti qui ut nubes volant per aerem
Iustitia tua sicut montes dei iudicia tua abyssus multa / ad literam iustitia
tua sicut montes dei qui ut in pluviis sunt inferiores nubibus iudicia tua abyssus
multa id est hominibus abscondita Alia littera sic hic ondit effectus iustitie scilicet sublimitatem
in bonis et profunditatem in malis et dicit iustitia tua domine id est opera tue iustitie
quibus tuos fideles iustificas sunt sicut montes dei id est sublimia et alta quia
in hominibus bonis sicut in montibus plus relucet iustitia et claritas divina primo ma-
chabeorum vi Refulsit sol in clipeos aureos et resplenduerunt montes ab eis
et resplenduerunt sicut lampades ignis / Psalmus Illuminans tu mirabiliter a mon-
tibus eternis / et iudicia tua quibus iniustos excecas et reprobas / sunt abyssus multa
id est profunda et inscrutabilia que non mente possumus comprehendere / nisi aquarum dif-
finire / quare hunc eligis et illum reprobas Ro xi O altitudo divitiarum sa-
pientie et scientie dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius Homines et iumenta
salvabis domine quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus ad literam quia dei
largitas aliquando apparet per effectum / de qua psalmista hic agit unde dicit homines et iumenta
salvabis deus / quia non creatura rationalis salvatur per dei providentiam sed etiam bruta
quia aliis brutis dat pilos pro vestitu et avibus plumas / et eis de victu
providet sufficienter sine sollicitudine eorum quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus
q.d. ex multitudine misericordie tue procedit quod non solum rationalibus regitur / sed etiam
irrationalibus ita provides Alia littera sic hic ondit quod bona nature simul conferuntur
et non conferuntur et dicit o quam profunda iudicia tua sunt domine / nam homines bo-
nos rationaliter viventes et iumenta id est homines malos et brutales nimia sensuali-
tate viventes salvabis salute corporali / utrosque nutriendo et vitam eorum nimia pro-
tendo / bonorum tamen animas spiritualiter primo et aliquorum magnorum peccatorum animas
finaliter salvando / quemadmodum tu deus multiplicasti misericordiam tuam id est multiplices
effectus misericordie tue / ondisti in mundo q.d. hec proveniunt ex multitudine misericordie tue etiam
preter salutem temporalem que iniustis datur Ecc xviii Compassio domini etiam proxim-
um misericordia autem dei super terram omnem / Psalmus Suavis dominus universis et miserati-
o eius super omnia opera eius Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum spera-
bunt / ad literam hic ondit spiritualem divinam largitatem erga homines qui sunt ad
ymaginem dei facti et sunt ordinati ad bonum excedens creaturam irrationale
scilicet ad bonum eternum quo si bene vivunt ad beatitudinem supernalem ultimate
deducuntur / et hoc est quod dicit filii hominum / scilicet rationaliter et iuste viventium / sperabunt
in tegmine alarum tuarum id est in beatitudine tecta et abscondita apud te servis
Ysa lxiiii oculus non vidit et auris non audivit et in cor hominis non ascendit
que preparasti diligentibus te Alia littera sic hic agit de bonis glorie ondens quod
a deo est spes et expectatio eorum / secundo exhibitio eorum et perpetuitas / et dicit homines
et iumenta salvabis domine salute corporali / sed filii hominum rationaliter et iuste vi-
ventium vel Christi imitatores veri filii hominis / non ade qui fuit homo sed non
filius hominis / in tegmine id est sub protectione alarum tuarum id est duorum testamentorum
vel in tegmine id est in beatitudine tecta et abscondita apud te Ysa lxiiii ocu-
lus non vidit etc. / sperabunt bona etiam ibi promissa / de quibus alis dicitur Matth
xxiii quotiens volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat
pullos suos sub alis suis Deut xxxii Expandit alas suas et assumpsit eos
Inebriabuntur ab ubertate domus tue et torrente voluptatis tue potabis
eos / ad literam inebriabuntur id est satiabuntur absque omni fastidio / ab ubertate
domus tue id est domus celestis glorie Ps xvi Satiabor cum apparuerit gloria tua
et torrente voluptatis tue potabis eos / hoc additur ad ondendum perfectam refec-
tionem glorie quia apud nos refectio perficitur ex cibo et potu Alia littera sic

hic ostendit exhibicionem bonorum eternorum adeo scilicet habundanciam suauitatis et opulencia et dicit Ebria iusti inebriabuntur et saciabuntur absque omni fastidio
ab vbertate et superhabundancia omnium bonorum eternorum domus tue celestis et tunc
obliuiscentes omnia mala preterita Gen xliii biberunt fratres ioseph et inebriati
sunt ysa xxv faciet dominus in monte hic conuiuium pinguium vindemie de
fecatis potabis id est delectabis eos Exo xv aqua sapiencie salutaris potauit eum
Alia expositio secundum glosam ordinariam de prima iusti inebriabuntur ab vbertate id est habun-
dancia glorie domus tue id est ecclesie militantis omnia temporalia obliuiscendo et torren-
te voluptatis tue id est consolacione spiritus sancti potabis eos id est replebis eos ha-
bundanter Cant v comedite amici et bibite et inebriamini carissimi Quoniam
apud te est fons vite et in lumine tuo videbimus lumen ad litteram
quoniam apud te est fons vite deus enim est vita per essenciam et omnia sunt in eo vita
Io i quod factum est scilicet in creaturis in ipso vita erat ceterum enim antequam crearentur
non erat aliud quam creatoris essencia que est per essenciam ipsa vita ut dictum est
et in lumine tuo videbimus lumen id est in lumine creato glorie videbimus lumen tue essencie
quod videri non potest ab intellectu creato nisi ad hoc eleuetur per lumen glorie for-
tificatiuum luminis naturalis intellectus creati sicut nec oculus noctue posset videre lumen solis
nisi aliquo sibi addito fortificaretur Metaphisice ii sicut se habet oculus noctue
ad lumen solis ita intellectus noster ad ea que sunt manifestissima in natura per quod intel-
ligitur diuina que de se sunt manifestissima sed virtute nostri intellectus excedencia
sicut lux solis est maxime visibilis tamen improporcionata est noctue oculis Alia
lectura sic hic ostendit quod adeo sunt bona eterna tanquam a fonte et a luce Et dicit
o deus pater apud te est fons vite id est apud te est inicium omnis vite et omnis boni
quod tu es vita per essenciam et in lumine creato glorie tue videbimus lumen tue
essencie quod videri non potest ab intellectu creato ut supra dictum est vel sic exponitur quoniam o
deus pater apud te est fons vite id est ipsius filius tuus principium vniuersale omnis
boni Io viii ego principium qui et loquor vobis et in lumine tuo id est in ipso fi-
lio tuo videbimus lumen id est maiestatem paternam Io xiiii ostende nobis patrem et
sufficit nobis vel sic quoniam apud te christe fili dei est fons vite id est principium
totius boni et in lumine tuo id est tue predicacionis videbimus lumen id est deum patrem
visione fidei seu per fidem Pretende misericordiam tuam scientibus te et iusticiam
tuam hiis qui recto sunt corde Ad beatam et ad diuinam visionem non possumus
pertingere nisi per diuinam graciam ideo subdit deprecando pretende misericordiam tuam scientibus
te id est diligentibus cognicionem suam naturalem quantum possibile est ad te illustrationes
fidei cognicione et iusticiam tuam hiis qui recto sunt corde id est puniendo secundum
rectum iudicium rectis rectifica rectitudine gracie tue que sola iustificat perfecte
Alia lectura sic hic petit misericordiam ad peccatorum remissionem et iusticiam ad vite recti-
tudinem et dicit sic quoniam apud te domine est fons vite ideo pretende id est presta misericordiam
tuam id est effectum misericordie tue scilicet remissionem peccatorum scientibus te id est recte credentibus
in te et iusticiam tuam id est effectum iusticie tue in rectitudine bonorum operum hiis
qui recto sunt corde id est qui dirigunt cor suum ad regulam voluntatis tue
Non veniat michi pes superbie et manus peccatoris non moueat me Ad
litteram hic ostendit diuina liberalitas singularis conuiuii ad ipsum dauid qui
deprecando dicit non veniat michi pes superbie id est demon qui per superbiam cecidit
non me sibi subiciat per peccata mortalia et manus peccatoris id est demonum
peccatis in peccato obstinati non moueat me a statu gracie et vtrumque fuit
gressum aliquid ipsi dauid ex diuina largitate quia non fuit datus in manus
in saulis ipsum persequentis licet eciam per temptacionem sathane inciderit
in peccatum mortale tamen per penitenciam surrexerit et finaliter in gracia decessit Alia

le. sic hic petit preservationem a viciis petens ne veniat pes superbie nec alio compellente
et dicit prende et onde in imagine tua ut non veniat in pes superbie i. affectus
superbie per quem recedam a te deo Exempli pro Sordes eius in pedibus eius et ma:
nus peccatoris i. consilio male suadentis seu impulsio dyaboli qui antonomasice
dicitur peccator non moueat me a tua iusticia ut incidam in peccatum et tua gratia
priuem ecce .x. Si spiritus potestatem habentis descenderit super te locum tuum ne dimiseris
Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem expulsi sunt nec potuerunt stare Ad
literam et prosequitur in petitis frequenter traduntur in manus inimicorum spaliter
et in potestatem demonum finaliter Aliter le. sic hic ponit exemplum predictorum scilicet
casum culpe et pene, et dicit peto domine non veniat in pes superbie quia ibi i. pede
superbie ubi in celo et in paradiso ceciderunt scilicet dyabolus et primus homo. ysa xiiii
Gen. iii / qui operantur iniquitatem i. operati sunt et adhuc operantur dyaboli per se
et post homo in suis successoribus / expulsi sunt alii de celo alii de paradiso /
nec potuerunt stare i. permanere in celo nec in paradiso / Catherina sancta.

Noli emulari in malignantibus neque zelaueris facientes iniquitatem
ad literam Titulus in hebreo lamerch i. iste psalmus ascribitur ipsi dauid
tanquam eius auctori, de materia psalmi sciendum quod multi videntes Saule
Regem et doech armigerum eius et postea absalon et achitofel et
plures alios inimicos agentes temporaliter prosperari, et dauid mortem et parentes suos
et filios et multos alios iustos tunc et postea temporaliter affligi / declinabant ad
malum et recedebant a bono quia deus curam de actibus hominum non habet, et ideo
dauid fecit hunc psalmum ostendens quod prosperitas malorum sit contempnenda et afflictio
iustorum appetenda, quia iusti semper sunt meliores conditionis et in psalmo licet bonis
similia tamen contradicentibus contrarium videatur Et diuiditur in duas partes / primo ostendit
propositum ex bonorum conditione, 2o ex eius duratione / primo facit etiam liberum illa
prosperitas est melior et magis appetenda in omni quibus assequitur magis bonum / sed
iustorum prosperitas in psalmo est huius 2a ibi Maiorem declarat ostendens quod prosperitas
malorum in psalmo est modica et prosperitas iustorum est magna ibi Spera in domino.
et dicit noli emulari in malignantibus i. noli imitari malignantes in suis o:
peribus neque zelaueris i. amaueris facientes iniquitatem, talis enim non sunt imi:
tandi nec amandi inquantum mali, quia licet non sit ex caritate diligenda conditio
sunt tamen vita in qua possunt ad bonum reduci tamen eorum malicia est odienda
et sic Lu. saluator sic xiiii Si quis venit ad me et non odit patrem suum
et matrem suam etc non potest meus esse discipulus Aliter le. sic In precedenti psalmo egit de
errore putantium mala a natura prouenire, bona vero a nobis esse / hic agit de er:
rore eorum putantium mala quam bona a casu prouenire Titulus psalmus dauid quia
dauid sic agit de bonis moribus seu de bona operatione. Et psalmus est regimen ho:
minis per prudentiam dirigendum Intentio nos mundo contempto deo adherendum mone
Modus quia psalmus est triplex / quidam enim sunt boni perfecti quidam mali / quidam in:
fermi, primo ergo informat infirmos ne malos imitantur / 2o statum malorum
reprehendit ibi obseruabit peccator 3o statum bonorum commendat ibi Iunior fui etenim 2a
psalmus post exhortationem dicit 2a tu homo infirme in ala noli emulari i. inuide
et indignari in malignantibus i. considerando prosperitatem eorum malignorum Eccli.
ix non zeles gloriam et opes peccatorum / quia nescis que futura sit illius subuersio
neque zelaueris i. noli amare facientes iniquitatem nec imiteris conuersationem eorum
Pro. iii ne emuleris hominem iniustum neque imiteris vias eius Quoniam tanquam
fenum velociter arescent et quemadmodum olera herbarum cito decidentur, ad literam
hic subdit rationem predictorum dicens quia talis sunt sicut le. / fenum et olus cito desiccantur
quia parum in terra radicantur et modicum attrahunt de humore vigore nutrientis
et conseruatiue, sic appetitus malorum radicatur in bono sensibili, quod habet modi:
cum de bonitate / et sic eius appetibilitas cito transit et eius adepto fastidium

xxxvi

induerit sicut patet de cibo quem famelicus appetit saciatus vero abhorret
et reicit. Alia lectio sic hic ponitur exhortationis ratio scilicet velox defectus malorum
florentium nobilium et ignobilium. et dicit noli emulari et indignari quod mali
prosperantur. quoniam tamquam fenum cito arescent id est nobiles et divites qui sunt tamquam
fenum vide florentes in vanitate mundi / velociter arescent id est cito flore mundane
prosperitatis et vanitatis cito perdent. Mathei vi fenum quod hodie est et cras in cli-
banum mittitur. Ysaie xl exsiccatum est fenum et flos eius cecidit / et quemadmodum
olera herbarum id est ipsi ignobiles qui sunt tamquam olera herbarum campestrium non [illegible]
cito decident id est vitalem mundane prosperitatis et pulchritudinis cito amittent.
Sap. iiii adulterine plantationes non dabunt radices altas nec stabile firma-
mentum collocabunt. sic fenum semel perdit vigorem quem numquam recipit sic illi
morte et in igne infernali. Spera in domino et fac bonitatem et inhabita terram
et pasceris in diviciis eius. ad litteram hic ostendit quod iusti etiam in presenti as-
sequuntur magis bonum quod est bonum virtutis et non solum virtutis politice que est per
acquisitionem / sed etiam virtutis infuse que est per gratiam / et etiam cum hoc aliquando temporalem
habundantiam / licet non semper quia est de minoribus bonis / propter quod eorum prosperitas quod
in presenti est appetenda. et hoc est quod dicit spera in domino figendo appetitum in summo bo-
no. et fac bonitatem id est opera bona. et inhabita terram et pasceris in diviciis eius
quia dominus est iusti cum bono virtutis aliquando assequuntur affluentiam in temporalibus bonis.
Alia lectio sic hic docet ne imitaremur malos considerantes bona que dantur sic
scilicet spiritualia et temporalia / et dicit quod malignantes tamquam fenum velociter arescent / sed
tu spera in domino id est tuum appetitum fige in ipso domino tamquam in summo bono. premium
ab ipso expectando / et fac bonitatem id est fac bona opera ne spes tua sine bonis
operibus sit potius presumptio / et inhabita terram id est permane in unitate ecclesie katholice
que pro terra in centro stat / et pasceris in diviciis eius id est in scripturis sanctis
vel in deo et pane vite. Ysaie xxxiii divitie salutis sapientia et scientia. Eccli. xv
cibabit eum pane vite et intellectus. Delectare in domino et dabit tibi petitiones
cordis tui. ad litteram delectatio dicitur quasi de alio lactatio / ergo in domino delectari est
de bonitate eius lactari que fit per cognitionem et amorem / et dabit tibi petitiones
cordis tui / iusti enim non petunt a deo semper nisi bona gratie et virtutis que semper
dantur petentibus quando petunt pro se et perseveranter quod faciunt iusti / de aliis autem
bonis inferioribus non faciunt petitiones nisi sub conditione scilicet si expediat honori
domini et saluti sue vel aliorum. hoc etiam modo deus eos exaudit. Alia lectio sic
hic ostendit bonum delectationum spiritualium quantum ad id pertinet a viris perfectis per contem-
plationem et amorem ab imperfectis per conformationem perfectorum / et dicit fac bona opera et delecta-
re in domino id est ama dulciter et contemplare bonitatem domini / [illegible] filii dei et
delectatio sua / et dabit tibi petitiones cordis tui id est desideria voluntatis tue scilicet bona gratie
et virtutis sed non desideria carnis et sensualitatis implendo. Revela domino
viam tuam et spera in eo et ipse faciet. ad litteram revela domino id est in ei aperi
manifestando / quod omnia nuda et aperta sunt oculis eius ab eterno / sed in ordine
coram eo tuum desiderium explicando et directionem eius petendo / et ipse faciet
quod sic nam non deficit in necessitatibus / sic auctor ne [illegible]. Alia lectio sic hic pro-
mittit in viris perfectis / 2o premium / et ipse faciet et dicit Revela domino viam tuam
id est vitam tuam confitendo peccata tua tam actuum interiorum quam exteriorum. Iosue vii
fili mi da gloriam deo israel et confitere et indica mihi quod feceris ne abscondas
et spera in eo id est non desperes sicut iudas. Mathei xxvii. sed spera id est appetitum tuum
fige in ipso tamquam in summo bono et ipse faciet quod petis id est petitionem tuam im-
plebit. Et educet quasi lumen iusticiam tuam et iudicium tuum tamquam me-
ridiem subditus esto domino et ora eum. ad litteram et educet quasi lumen etc. / ponendo
opera iusticie tue aliis in exemplum virtutis. Mathei v. sic luceat lux vestra coram
hominibus etc. et iudicium tuum tamquam meridiem / iudicium est effectus iusticie.

per hoc designatur quod deus faciet iustos prosperari in operibus iustitie usque ad
perfectionem debitam. Prov. iiii semita iustorum quasi lux splendens et crescens usque ad per-
fectum diem id est usque ad perfectionem iustitie sicut ascensio solis perficitur in meridiem et quod
tanta bona confert iustis etiam in presenti. ideo subditur. subditus esto domino et ora eum humiliter
et devote subiciendo et ora eum quod domine tunc confidenter poteris orare eum quod considerans
meritum si tamen oratio sit pura per te et perseverans qualis est oratio iustorum. Alia lectio sic
hic ostendit bonum conscientie spiritualis premium et meritum. et dicit revela domino conscien-
tiam vitam tuam et ipse educet quasi lucem iustitiam tuam id est ostendet opera tue iustitie
seu opera bona aliis in exemplum virtutis. vel educet de tenebris huius seculi iusti-
tiam tuam id est fidem qua iustificatus es que hic est quasi sub modio quod videtur
quasi in speculo quasi lucem claram id est visionem clarissimam commutando. quod nunc videmus
in speculo et in enigmate. i Cor. xiii et iudicium tuum id est discretionem qua ea
que nunc vides ad necessitatem eligis. educet tanquam meridiem id est lucem perfectam et cla-
rissimam quia hic est cognitionem obscuram qua nunc deum videmus et cognoscimus
per fidem commutabit in apertissimam cognitionem quod cognoscemus eum sicuti est. i
Cor. xiii nunc cognosco ex parte tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Job xi
quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam. vel educet iudicium tuum quasi
meridiem id est faciet te prosperari in operibus iustitie usque ad perfectionem debitam et ergo
subditus esto domino obediendo preceptis eius. ii Mach. ix iustum est subditum
esse deo et ora eum id est assidue implora eius misericordiam. Jacobi v multum valet de-
precatio iusti assidua. Luc. xviii oportet semper orare et non deficere. Noli emulari
in eo qui prosperatur in via sua et in homine faciente iniustitias. Nota [illegible]
hic ostendit quod prosperitas iustorum est maior etiam in presenti et hoc ex duratione quia
prosperitas malorum consistit in bonis transitoriis et corruptibilibus ut ex predictis
sed prosperitas iustorum consistit primo in bonis anime que sunt meritum vite [illegible]
manet in eternum separata. primo dicit noli emulari in eo qui prosperatur in via sua
hic est peccator qui non vadit per viam legis divine et hoc Romanis. sed currit im-
petu per omnes suos. Ysa. liii omnes nos quasi oves erravimus unusquisque in viam
suam declinavit. et talis in via sua prosperatur qui obtinet quod intendit. ista enim pro-
speritas est magis adversitas quia et si sit aliquid boni temporalis. additamentum tamen est
boni spiritualis detrimentum. Augustinus in sermone de moribus. sicut in arca
dampnum in conscientia tulit vestem et perdidit fidem acquirit pecuniam et amittit
iustitiam. et ideo dicit de tali noli emulari id est imitari in eo qui prosperatur in via sua
id est ista in quantum peccato modo prosperatur quia prosperitas est magis adversitas iudicanda.
Alia lectio sic hic monet ne imitaremur malos et non indignaremur de eorum
prosperitate et dicit noli emulari in eo qui prosperatur in via sua id est noli indignari
et imitari peccatorem et facta eius. qui prosperatur in via sua id est qui obtinet quod intendit
dicit noli emulari id est indignari in eo qui prosperatur in via sua non in via dei sed male
vivendo quo ad se. Job xxi qui dixit domino deo recede a nobis scientiam viarum
tuarum nolumus. Matth. vii lata est porta et spatiosa est via que ducit ad perditionem
et in homine faciente hoc est committente iniustitias quo ad proximum. Et non dicit per-
iustitias quia committens unam sit iniustus sed rectitudo voluntatis enim iniustitia est
multiplex. ideo dicit prius non [illegible] iniustitiam. et dicit proinde prosperatur
in via sua in via [illegible] vie non prosperabitur quia extrema gaudii luctus occupabit.
Prov. xiiii. Desine ab ira et derelinque furorem noli emulari ut mali-
gneris. ad litteram desine et talium qui sequuntur passiones ne imprimis excede-
res faciunt ad compellendum suas iniustitias id sunt noli emulari ut maligneris.
Alia lectio sic hic monet ut non turbaremur propter prosperitatem malorum et dicit noli
indignari propter eo quod peccator prosperatur in suis factis sed potius desine ab ira
id est rixa et noli statim irasci visa prosperitate malorum. derelinque furorem ne
diu perseveres in ira. et si lederis te moderate noli irasci sed noli furere.

Eccl. vii ira in sinu stulti requiescit / noli emulari i. indignari in te(?)
malignantes i. ne fias malignus eos imitando. ps. mei autem pene moti sunt
pene pedes / pene effusi sunt gressus mei quia zelavi super iniquos. Quoniam
qui malignantur exterminabuntur / sustinentes autem dominum ipsi heredita-
bunt terram. Ad litteram noli emulari in malignantes qui quia malignantur extermina-
buntur saltem in morte naturali quia frequenter anticipant et moriuntur in morte non naturali
gladio veneno vel aquo(?) huiusmodi / sustinentes autem dominum i. patienter expe-
ctantes eius beneplacitum ipsi hereditabunt terram scilicet viventium quam perpetuo
possidebunt et frequenter in hac terra diutius vivunt quam mali homines. Allego-
rice. hic subdit rationem exhortationis a digna ultione et dicit noli emulari ut
fias malignus quoniam qui malignantur i. qui sunt maligni modo sicut ...
exterminabuntur i. extra terminos terre viventium eicientur et dampnabuntur in futuro.
Baruch iii exterminati sunt et ad inferos descenderunt / sustinentes autem dominum
i. expectantes eum patienter adversa pro eo et mundi contempnentes ipsi soli
hereditabunt terram i. perpetuo possidebunt terram viventium. ideo monet ecclesiastes
deprime cor tuum et sustine / et infra / sustine sustentationes dei coniungere deo et
sustine ut crescat in novissimo vita tua. Et adhuc pusillum et non erit
peccator queres locum eius et non invenies. Ad litteram quia frequenter diutius
vivunt quam mali / et dicit adhuc pusillum temporis et non erit peccator subtractus de mun-
do / unde perdito queres locum eius et non invenies quia frequenter per suas malicias
non solum destruuntur in propriis personis / sed etiam loca eorum et posteritas tota. Allego-
rice sic hic ostendit quod prosperitas malorum est brevis / et dicit sustinentes dominum heredita-
bunt terram perpetue sed adhuc restat pusillum i. modicum tempus vite huius. Iob xiiii
breves dies hominis sunt / et post hoc non erit peccator quia amittet esse et [illegible]
quod hic habebat. Iob xx qui eum viderant dicent ubi est. ps. transivi et
ecce non erat queres locum eius et non invenies i. si queres locum eius non invenies
quia non erit locus eius i. ipse in futuro. i. Machab. ii hodie extollitur et cras
non invenietur. Iob xx velut sompnium avolans non invenietur. Mansueti
autem hereditabunt terram et delectabuntur in multitudine pacis. Ad litteram man-
sueti sunt [illegible] qui patienter expectant beneplacitum domini / et delectabuntur in mul-
titudine pacis scilicet superne que est pax perpetua / et frequenter etiam in multitudine pacis temporalis
quia mansueti non movent lites et rixas propter quas deicitur ab aliis inquietati.
Potest etiam hic referri ad populum Israel qui quamdiu fuerunt deo mansueti et obe-
dientes statuit in pace et terra a deo sibi data ut ex veteri testamento. Allego-
rice sic. hic ostendit magnitudinem remunerationis bonorum et dicit mansueti qui
patienter tolerant hic peccatores et adversa huius mundi ipsi tamquam filii heredita-
bunt terram i. perpetue possidebunt terram viventium in qua est habundantia omnium
bonorum. Iudic. xviii vidimus terram opulentam valde et uberem nolite ne-
gligere. Mat. v beati mites quoniam ipsi possidebunt terram / et delectabuntur
inebriati et potati torrente voluptatis dei in multitudine pacis secure ex
amotione seu carentia omnium malorum. Ysa. xxxii sedebit populus meus in
pulcritudine pacis. ps. pax multa diligentibus legem tuam. Observabit peccator
iustum et stridebit super eum dentibus suis. Ad litteram hic ostendit quod prosperitas bonorum
est maior quam malorum quia prosperitas malorum habet malum pene annexum
et dicit observabit peccator iustum et stridebit super eum dentibus suis / scilicet dolens de bono suo virtu-
tis. Unde in Vitis patrum unusquisque dixit ad diaconum / peccatum suum pro quo quam tormenta
pati / tunc diaconus cepit infremere cum stridore dentium. Allegorice sic hic ostendit
[illegible] perpetualis in qua deserit statum malorum et ostendit culpam eorum decipien-
di et seviendi / et dicit mansueti in futuro delectabuntur in multitudine pacis
sed modo est bellum quia observabit peccator iustum / moliendo eum decipere

ftg

Stridebit super eum comminationibus et dentibus suis quasi bellua vel bestia se-
uiendo et occidere cogitando. ps. Zelaui super iniquos pacem peccatorum videns. Est pax
bonorum. Ephe. iiii. Solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. Est pax
pectoris seu cordis. ps. [illegible] ps. Gratia vobis et pax, i. mentis tranquillitas.
Est pax eternitatis. Ysa. xxxii. Sedebit populus meus in pulcritudine pacis. ps.
Pax multa diligentibus legem tuam. De hiis tribus Io. xiiii. Pacem relinquo vobis, scilicet
pacem pectoris; pacem meam do vobis, scilicet pacem eternitatis. Dominus autem irride-
bit eum quoniam prospicit quod veniet dies eius. Ad literam peccator stridebit dentibus
super iustum sed dominus irridebit ipsum peccatorem quia non habebit effectum quod in-
tendebat, ipsum autem a virtute. Quoniam prospicit quod veniet dies eius, i. dies debi-
te punitionis pro suis malis. Aliter legitur sic: hic ponit penam peccatorum irrisionem
et dampnationem, et dicit peccator stridebit dentibus super innocentem. Dominus autem irri-
debit eum, scilicet peccatorem, et ostendet eum aliis dignum irrisione. ps. Qui habitat
in celis irridebit eos. Prov. i. Ego quoque in interitu vestro ridebo. Quoniam ipse dominus
prospicit, i. procul aspicit, quod cito veniet dies retributionis eius in futuro
quod tamen peccator non videt. Cant. ij. En ipse stat post parietem respiciens per fene-
stras prospiciens per cancellos. Gladium evaginaverunt peccatores, intenderunt
arcum suum. Ad literam [illegible] quod Saul et eius satellites cum gladiis
et arcubus frequenter persecuti sunt David ad mortem et viros eius. Aliter legitur sic:
per maliciam cordis ostendit maliciam operis eorum aperta et occulta, et dicit peccatores
evaginaverunt gladium, i. iustos aperte impugnaverunt. Act. xii. Misit Herodes
rex manus ut affligeret quosdam de ecclesia, occidit autem fratrem Iacobi Iohannis
gladio. Intenderunt arcum suum, i. proposuerunt in corde suo volentes innocentibus
nocere occulte et eos ferire. ps. Intenderunt arcum rem amaram. Ut decipi-
ant pauperem et inopem, ut trucident rectos corde. Ad literam per sententiam de David
et viris eius quos Saul et satellites eius volebant decipere et trucidare.
Aliter legitur sic: hic ostendit mala intentionis eorum, volentes decipere iustum occulte
et interficere aperte, et dicit peccatores intenderunt arcum suum vel insidias i. prauas
voluntates ut decipiant pauperem qui non sufficit per se seu humilem et inopem
qui caret ope et auxilio humano. Iob xii. Ipse nouit dolosum et inopem
vel ipse nouit decipientem et eum qui decipitur. Evaginaverunt gladium i. [illegible]
ferent persecutionem ut trucident, i. occiderent rectos corde, i. stabiles iustos qui cor
suum regunt secundum regulam voluntatis divine. Iacobi v. In die occisionis occidistis
iustum et non restitit vobis. Gladius eorum intret in corda ipsorum et arcus
eorum confringatur. Ad literam hic David prophetice videtur mortem Saul predi-
cere et Doeth ydumei quod ipsi irruerunt super proprios gladios et sic seipsos inter-
fecerunt. i. Reg. ult. Et arcus eorum confringatur, tota scilicet vis Saul et sui exercitus
fuit ibi confracta. Aliter legitur sic: hic ostendit penam utriusque scilicet aperte impugnatorum
et occulte, et dicit gladius eorum quo iustos voluerunt occidere corporaliter intret in corda
ipsorum, quia sepius accidit quod ipsi occiduntur spiritualiter, quia et si persecutionem inferant iu-
stis in corpore, ipsi prius persecutionem sustinent in mente. Etiam ut frequenter con-
tingit divino iudicio ut mortem quam aliis paraverunt veniat super eos, sicut
Aman fuit suspensus in patibulo quod Mardocheo parauerat. Hester vii. Unde
Prov. i. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur et moliuntur fraudem contra animas
suas. [illegible] qui quis per corpus suum mittat gladium ut cedat uterque alterius
et arcus i. insidie eorum confringantur i. frustrentur. Iob v. Contemptatio malig-
norum ne possint implere manus eorum quod ceperant. Melius est modicum iu-
sto super diuitias peccatorum multas. Ad literam melius est modicum iusto quod cum
iusticia habet, habeat de bonis temporalibus, sit ei sufficiens eo quod appetitus
eius tendit ad bona spiritualia in quibus quietatur eius anima, super diuitias

Diuitias in quibus nō sunt sufficiam · sed magis indigenciam · quia eis ab
utunt(ur) p(er) p(ro)digalitatem seu auariciā a v(ir)tute declinātes · s(ed) p(ri)mo mō abu
tunt(ur) mox diuicijs euacuan(tur) · et sic ad tenendū statū suū auxian(tur)
Si 2o mō s(cilicet) p(er) auariciam sic incurrunt indigenciā tū quia nō audet suis uti
diuicijs · tū q(ui)a crescente cupiditate vi(detur) eis q(uod) semp(er) deficiant · q(uia) sic sunt
centū anhelat ad habendum mille et p(ost) mille etc et p(ost)ea tota p(er)dunt
in morte et aliqñ ecia(m) an(te) mortem auferent(ur) ab eis p(er) ignem p(er) p(re)dones latro
nes etc · Alb(ertus) sic hic describit statum maloru(m) et ostendit q(uod) paupertas iustoru(m) est
p(re)ponenda diuicijs maloru(m) dicens melius est iusto esse modicum sup(er) diuicias pecco(rum)
multas · i(d est) quā peccatori habere multas diuicias q(uia) paupertas p(ro)ficit iusto · diuicie
vero nocent impio · Pro xv melius est modicum cum timore dni quā thezauri multi
et insaciabiles · Pro xv melius est parum cum iusticia quā multi fructus cum iniq(ui)tate

Qm̄ brachia peccatoru(m) conteruntur · confirmat aut(em) iustos dn̄s · ad literam diui
cie peccatoribus auferent(ur) qui brachia peccatoru(m) i(d est) diuicie conterunt(ur) i(n) quibus confidebant
confirmat aut(em) iustos dn̄s q(uia) a bono v(ir)tutis nō mouentur nec in p(ro)sp(er)is nec
in adu(er)sis · Alb(ertus) etc · sic hic reddit causam p(re)dictoru(m) ex p(ar)te impioru(m) et iustoru(m)
et dicit melius est modicum iusto qui brachia peccatoru(m) i(d est) potencia pecuniarum et
robur corporis conterunt(ur) i(d est) ad nichilum redigent(ur) · Eccl(esiastici) xii · dormiuit q(ui) nimium
locuples est ad uillabit(ur) · sophia · Pro · conterere brachium peccatoris et maligni ·
confirmat aut(em) iustos dn̄s prestando eis robur et fortitudinem · prima cor(inthios) p(ri)mo
confirmabit vos usq(ue) i(n) finem · 2 thessal iij dn̄s confirmabit vos et custodiet
a malo · Nota diuicie sunt multiplices quedam sunt terrestres ut sunt bona
temporalia · Pro melius est modicum iusto et iste sunt contempnende q(uia) sunt vane et va
ne · Ps filij hominum ut q(uid) diligitis vanitatem etc · Eph iiij ora arbitratus sum
ut stercora · de his dicit Ps diuicie si affluant etc · Alie sunt diuicie sp(irit)uales pa
cor(inthios) p(ri)mo In omnibus diuites facti estis in illo · Pro gloria et diuicie i(n) domo eius
Iste sunt bona sp(irit)ualia que largiunt(ur) in p(rese)nti et p(re)mia que dantur i(n) futuro
et iste sunt diligende et desiderande p(ro)pter earum p(re)ciositatem et vtilitatem · Ps do(mine)
dilexi decorem domus tue · Tercie sunt infernales ut pena et stela · Eze xxvi
cartaginenses negociatores tui a multitudine diuiciarum argento ferro sta
no et plumbo repleuerunt nundinas tuas · Iste sunt fugiende · Eccl(esiastici) xxi q(uas)i a fa
cie colubri fuge peccatum · Eccl(esiastici) v diuicie congregate in malum dni sui

Nouit dn̄s dies inmaculatoru(m) et hereditas eorum in eternum erit · ad literam hic ostendit
q(uod) p(ro)sp(er)itas bonoru(m) est excellencior p(ro)sp(er)itate maloru(m) ex eo q(uod) in futuro recipi
ent · et tangit dupplicitatem p(re)mij · 1o nunc · ubi ait dnūs · secunda p(ar)te sciendum
q(uod) iusti i(n) futuro recipient p(ro) suis meritis p(re)mium glorie · mali vero penam eternam ·
Et dicit nouit dn̄s dies inmaculatoru(m) q(uia) ipse solus nouit secreta cordium me
li aut(em) videntur inmaculati exterius qui sunt valde maculati intus · et h(oc) nouit a
diuina cognitionē ad iustos · et noticia approbacionis ad quā sequitur p(re)mium eterne retri
bucionis id est et hereditas eoru(m) i(n) eternum erit · Alb(ertus) etc · hic h(ic) ostendit q(uod) paupertas
iustoru(m) est bona et apparet · p(ri)mo benediccionem bonorum 2o p(ro)pter carenciam mali · Et dicit
dn̄s confirmat iustos nā(m) ipse dn̄s nouit dies inmaculatoru(m) i(d est) p(ro)uidet futuram
vitam ipsorum i(n) qua erunt beati vel approbat p(rese)ntem vitam eoru(m) qua inmaculate
viuunt · 2 thimo ij · nouit dn̄s qui sunt eius · et hereditas eoru(m) h(oc) pro
vita inmaculata dabitur · erit in eternum · Pro eum dedit dilectis suis sompnum

Non confundentur i(n) tempore malo et in diebus famis saturabuntur · q(uia) p(ro)to
res p(ro)bauit · Ad literam nō confundentur i(n) tempore malo i(d est) in extremo iudicio ymo
magis honorificabuntur q(uia) tunc eis dicetur venite benedicti patris mei p(er)cipi
te regnum · sed impij tunc confundentur quibus p(er) oppositum dicetur Ite male
dicti in ignem eternum etc · Et in diebus famis saturabuntur · q(uia) tunc ipsi cognoscent

esurient per carenciam omnium bonorum et iusti saturabuntur per adeptionem sum-
mi boni. Ysa. lxv. Servi mei comedent et vos esurietis. Aliter legitur sic
hic ostenditur quod iusti carebunt confusione et egestate et dicit hereditas iustorum
in eternum et non confundentur in tempore malo id est in tempore pressure tribulacionis. Eph.
v. redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Vel in tempore malo id est in dierum
diebus generalis. Amos v. prudens in tempore illo tacebit quia tempus malum est
et in diebus famis scilicet corporalis et spiritualis in presenti saturabuntur scilicet deo
eos reficiente tam corporali quam spirituali. Ps. edent pauperes et saturabuntur
quia peccatores soli fame peribunt. Unde tunc impii dampnati esurient etc. Ysa.
lxv. Servi mei comedent etc. Quia inimici vero domini mox ut honorificati fu-
erint et exaltati deficientes quemadmodum fumus deficient. Ad literam
inimici vero domini etc. in vita presenti que non est nisi momentum vel vapor fiunt deficientes
quemadmodum fumus deficit quia quanto plus fumus in altum tollitur tanto plus deficit
sic impii quanto plus fuerint exaltati in presenti vita tanto magis deprimentur
in futura. Apoc. xviii. quantum se glorificavit et in deliciis fuit tantum date ei
de tormento et luctu. Aliter legitur sic hic describit statum impiorum quo ad secu-
larem gloriam et potenciam quia cito deficient et dicit hereditas iustorum erit
in eternum. Inimici vero domini scilicet qui sunt amici huius mundi. Jaco. iiii. quicumque
voluerit amicus esse huius seculi inimicus dei constituitur. Mox ut honorificati fu-
erint dignitate seculari et exaltati gloria laudis humane deficientes assidu-
e in corpore quantum ad robur corporis et in anima quantum ad elongacionem
a gracia dei, deficient sicut fumus, qui quanto altius ascendit tanto plus de-
ficit sic impii de tanto deficient et descendent in futura vita gehennam quanto
de quanto in presenti vita ascenderit altius. Ps. vidi impium superexaltatum
et elevatum etc. Mutuabitur peccator et non solvet, iustus autem miseretur
et retribuet. Ad literam acquirere est ab alio recipere, peccatores autem in inferno
quia receperunt penam pro suis demeritis, et non solvent quia tunc remanebunt
obligati sicut prius scilicet ad penam eternam quia in inferno nulla est redempcio.
Iustus autem miseretur et retribuet. Iste iustus ut dicit Glossa est ipse
deus qui miseretur omnium et tribuit eis bona, sed melius trahitur circa
ad exprimendum [illegible] sua quia iustus tribuet premium [illegible]. Aliter legitur sic hic
ostendit initium deficiendi peccatorum et dicit inimici domini deficient quia peccator mutua-
bitur id est accipit multa bona a deo. Prima Cor. iiii. quid habes quod non accepi-
sti, et non solvet id est non servivit nec gracias egit deo de bonis acceptis.
Vel mutuabitur id est recipit talentum fidei et doctrine. Mat. xxv. alii dedit
quinque talenta alii duo etc., et non solvet id est non implebit doctrinam
opere nec per se nec per alios docendo. Iustus autem de bonis acceptis miseretur
compaciendo pro afflictis, et retribuet subveniendo per effectum. Ps. tota die
miseretur et commodat. Vel sic peccator mutuabitur id est recipiet sibi penam
pro suis demeritis et non solvet id est non satisfaciet, sed semper obligatus erit
sicut prius ad penam eternam quia in inferno nulla est redempcio. Quia be-
nedicentes ei hereditabunt terram, maledicentes autem ei disperibunt. Ad litteram
quoniam benedicentes ei id est ipsi deo quales sunt iusti hereditabunt terram scilicet viven-
cium, maledicentes autem ei quales sunt impii disperibunt eterna perdicione. Ali-
ter legitur sic hic tangit premium iustorum et impiorum et dicit quia benedicentes ei
id est gracias agentes deo non solum lingua sed vita. Ps. laudabo te deus
meus in vita mea. Hereditabunt terram viventium quam perpetue possidebunt.
Maledicentes autem ei tam lingua quam vita disperibunt de terra viven-
cium. Prima Cor. vi. Neque maledici regnum dei possidebunt. Vel disperibunt

Po est quere si male dixe(r)e ressabunt. Pvb xii verte impios et no(n) erunt
Apud domi(n)um gressus ho(min)is dirigentur et viam eius volet. Ad litteram
po(st)q(uam) descripta est diversitas iustorum et impiorum quantum ad receptionem
primum et pene hic describitur eorum diversitas quantum ad initium et termi(n)um
quae sunt rationes recipiendi penam et premium. Et p(ri)mo ondit varietatem in operi-
bus vite active et dicit apud dominum gressus ho(min)is scilicet iusti dirigentur in vita
presenti ut no(n) declinet a rectitudine iustitie id est sub(ditu)r et viam eius volet id est appro-
babit eam ordinans ad initium vite eterne. Alia l(itte)ra sic hic po(nit) iustorum
profectum promovendo in bono et conservando a malo et dicit maledicti dispe-
ribunt sed apud dominum id est a domino gressus ho(min)is iusti presertim distorum di-
rigetur. Pv iii ipse diriget gressus tuos. itinera autem tua in pace pro-
ducentur. et viam eius id est mandata preceptis dei omnibus dicta ipse scilicet Deus
volet id est approbabit et sequetur. Ps ppt verba labiorum tuorum ego custodivi
vias duras. vel viam eius id est conversionem ho(min)is ipse dominus volet id est approbabit.
Cum ceciderit no(n) collidetur quia dominus supponit manum suam. Ad l(itteram)
cum ceciderit per peccatum veniale no(n) collidetur quia per hoc a gratia dei non
decidit id est sub(ditur) quia dominus supponit manum suam. Cuius autem manus suppo-
sitio dicitur gratie conservatio. quia homo potest vitare omne peccatum mortale sed
ipsa privatus no(n) potest quia peccatum quod mox per penitentiam no(n) diluitur suo pondere
ad aliud trahit ut dicit Gregorius super Ezech. sed quia iusti predestinati aliqui
ceciderunt per peccatum mortale sicut patet de David ideo potest etiam exponi de
casu mortalis peccati cum dicitur Cum ceciderit per peccatum mortale no(n) collidetur
id est no(n) frangetur irreparabiliter quia dominus supponit manum suam per penitentiam eum
reducendo ad gratiam. Alia l(itte)ra sic hic ponit profectum scilicet conservationis
a malo et tangit effectum conservationis et causam. et dicit dominus viam et conversio-
nem ho(min)is volet et approbabit quia cum ceciderit in via illa no(n) extra viam per-
eundo adversa vel venialiter peccando. Pv xxiiii Septies cadet iustus
et resurget. no(n) collidetur id est no(n) frangetur nec amittet gratiam dei et
virtutes quia dominus supponit manum suam id est sustentabit eum per suam gratiam.
Osee xiii perditio tua Israel ex te. tantum auxilium tuum ex me. Iunior fui
etenim senui et no(n) vidi iustum derelictum nec semen eius querens panem.
Ad litteram. et hoc patet quia David fecit hunc psalmum in senectute. et non
vidi iustum derelictum. et intelligitur de iusto predestinato qui si aliquando delinquit
adeo propter suum peccatum tamen finaliter recipietur ad gratie statum. nec semen
eius querens panem. et accipitur hic semen pro omni imitatione temporis in operibus
iustitie. Sed contra hoc videtur quia David iustus quesivit panem ab Achi-
melech primo Regum xxv et a Nabal primo Regum xxv. et Helias etiam a muliere
Sarreptana iii Regum xvii. dicendum quod scriptura utitur hic et in pluribus
aliis locis quasi modo loquendi. dicitur autem communiter quod nemo est in foro qui sunt
ibi pauci in respectu ad alias vices quod id quod modicum est quasi nichil com-
putatur ii Phisicorum. licet autem semen iusti aliquando quereret seu mendicet
panem hoc tamen contingit nisi in illis qui voluntarie assumunt statum men-
dicantium. et raro contingebat tempore veteris testamenti quando David protulit
verbum istud quia communiter bonorum temporalium pro iustitie operibus promittebatur. Deut
xxviii. Et ista psalmus capitulo si volueritis et audieritis me bona terre comedetis.
id est sub(ditur) tota die miseretur. Alia l(itte)ra sic hic ... psalmus prius ... descr(ibit)
statum iustorum. et primo dicit initium quia a deo recipitur. 2o initium quia prudenter
impenditur et dicit etiam Iunior fui in statu antiquo ita vidi principium
etenim senui iam in modernis ita finem vidi Paulus Cor x nos sumus
in quos fines seculorum devenerunt. et no(n) vidi iustum derelictum adeo Iosue p(rimo)

no te delinquam neque dimittam te nec semen eius i imitatores eius
querens panem i egens et deficiens pane vbi dei · quod vim dei eternum esse
cum deo · vel pena · Vnde ma · iux · Luc xvi · Iunior fui dicit propheta et enim se
nui et non vidi iustum derelictum destitutum finaliter a deo · nec semen eius
i quercus imitatorem querentem panem tui deus non providet · ut per Heliam
sic Helie per mulierem in Sarepta · et quod dauid per Abigail vxorem nabal
vel per aues ut Helie per coruum et multis sic heremitis i deserto · vel
per angelos vel per celum ut patribus i deserto · Tota die miseretur et como
dat et semen illius i benedictione erit ad literam tota die miseretur quantum ad a
ctum pietatis misereri et comodat quantum ad effectum exteriorem et hoc
de bonis a deo sibi collatis · et semen eius i benedictione erit i i habundantia
bonorum spiritualium et temporalium · Alie le · sic hic ostenditur vnde quia iustus aliquando
et dicit non vidi iustum derelictum et semen eius querens panem · sed ipse tota
die i toto tempore vite sue miseretur i compatitur miseris quod affectu cordis ·
Prov xix Feneratur domino qui miseretur pauperis · et comodat i largitur ter
rena pro celestibus temporalia pro eternis · vel comodat talentum verbi dei docendo
fideles · et semen eius i bonum de erit i opera pietatis que fecit erunt i bene
i in multiplicatione quod sic multiplicabitur quod pro eternis accipiet celestia
et pro temporalibus eternam vitam · Matt xxv Esuriui et dedistis mihi etc · Vel sic
et semen eius i quibus imitatione i bonum de erit i benedictione gratie et glorie acci
piet · Declina a malo et fac bonum et inhabita in seculum seculi · ad l
declina a malo obseruando precepta decalogi negatiua · et fac bonum obser
uando affirmatiua et inhabita i seculum seculi i per hoc habitabis i eterna bea
Matt xix Si vis ad vitam ingredi serua mandata · Alie le sic hic agit de om
nibus iustis ad que exhortatur et dicit Si vis ut opera tua que facis
proderunt ad vitam ex tunc declina a malo i caue vicia et peccata Eccl
xxi quasi a facie colubri fuge peccatum · et fac bonum i perficias i bonis operibus
et virtutibus Ier vii Bonas facite vias vestras et studia vestra · et inhabita
i perseuera i eisdem bonis operibus in seculum seculi i per non recedas ab eis ·
Matt x Qui perseuerauerit vsque in finem · vel inhabita i inhabitabis terram viue
ntium in seculum i eternaliter · Quia dominus amat iudicium et non derelin
quet sanctos suos in eternum conseruabuntur · ad literam quod beata vita a solo deo
datur · id subditur causa quod dominus amat iudicium i opera iustitie que precipiuntur
i mandatis decalogi · et non derelinquet sanctos suos i predestinatos ab eo
finaliter id subditur in eternum conseruabuntur i vita beata · Alie le sic hic pre
latis exhortationibus bonorum approbatione et impiorum punitione et dicit declina
a malo et fac bonum quod dominus amat iudicium reddens vnicuique pro meritis
suis premium · ut quod sanctos suos permittit affligi i presenti non in futuro
Ps diligit misericordiam et iudicium · et non derelinquet sanctos suos i non desti
tuet eos a sua gratia et plenitudine finaliter · Heb xiii non derelinquam vos
neque deseram vos · Rom xi non reuocabis vltra delicta · in eternum conseruabuntur
i ad gloriam eternam consequendam et postea conseruabuntur in eternum a deo i celo ·
Iniusti punientur et semen impiorum peribit · ad literam sicut iusti pro
operibus iustitie premiabuntur ita impii pro operibus iniustitie punientur · ideo
subditur Iniusti punientur pena eterna · et semen impiorum peribit i imita
tores impietatis eorum · Alie le sic hic ostendit punitionem impiorum et di
cit in eternum conseruabuntur · sed iniusti punientur propter eorum mala opera
in inferno pena eterna · Judith xvi Dabit ignem et vermes in car
nes eorum ut vrantur et viuant et sentiant vsque in sempiternum ·

et semen eorum peribit, i. opera eorum et imitatores ipsorum peribunt. Sap. iii ab-
minus thesauros semine estimabitur. Iusti autem hereditabunt terram et inha-
bitabunt in seculum seculi super eam. ad literam. Iusti autem hic terram, i. viventium et
inhabitabunt in s. s. super eam, i. eternaliter. ubi enim in veteri testamento duplicatur
seculum sic hic intelligitur perpetuitas absque fine. Ex hoc patet quod hic propria loquitur
de terra viventium quia terra ista inferior post extremum iudicium non inhabitabitur.
Aliter le. sic hic post iustorum remuneratio et dicit Iniusti peribunt, iusti autem
hereditabunt terram viventium. Ysa. liiii hec hereditas servorum domini et inhabitabunt
super eam scilicet terram viventium in seculum suum conservitium prius seculi, vel in
seculum seculi, i. eternaliter. Os iusti meditabitur sapientiam et lingua eius lo-
quetur iudicium. ad literam. postquam determinatur de meritis iustorum et de meritis
malorum in vita activa, hic agit de vita contemplativa et dicit Os iusti me-
ditabitur sapientiam, i. loquetur sapientiam ex meditatione cordis sui. Precedente
Math. xii ex habundantia cordis os loquitur bonus homo de bono thesauro pro-
fert bona. sapientia autem dicitur quasi sapida scientia quia ipsa est etiam cognitio divinorum
et lingua eius loquetur iudicium quod impertit rectitudinem cognitorum agen-
dis ad proximum. Aliter le. sic hic describit opera iustitie et sapientie in cogita-
tione et locutione et dicit Os iusti cordis non corporis ... iusti hominis me-
ditabitur, i. iugiter cogitabit sapientiam, i. cognitionem divinorum. Eccl. xxi In cor-
de sapientum os illorum. et lingua eius loquetur, i. predicabit aliis iudicium,
i. sententiam divinorum mandatorum. Prov. xiiii In corde prudentis requiescit
sapientia et indoctos quosque erudiet. Lex dei eius in corde ipsius et
non supplantabuntur gressus eius. ad literam lex dei eius est per iugem medi-
tationem et non supplantabuntur gressus eius quia non amovebuntur a via iustitie
per demonis vel hominis suggestionem. Aliter le. sic hic describit opera iustitie in
cogitatione et dicit lingua iusti loquetur iudicium quia lex dei eius, i. dei sui,
non lex hominis est in corde ipsius viri iusti, eam assidue meditantis. Eccl.
iii que precepit tibi deus illa cogita semper. Ier. xxxi dabo legem meam in
visceribus eorum et in corde eorum scribam eam. et non supplantabuntur gressus eius,
i. affectus vel opera eius non cadent in foveam peccati. Ubi supplantare est
plantas in foveam insidiarum protendere. Prov. xiii lex sapientis fons vite ut
declinet a ruina mortis. Ps. In corde meo abscondi eloquia tua ut non pec-
Considerat peccator iustum et querit mortificare eum. ad literam. Sicut
meditatio iusti est circa legem dei ut eam custodiat, ita meditatio impii
est ut malum conceptum perficiat. unde subditur considerat peccator iustum qualiter
et quando possit decipere ipsum, et querit mortificare eum, quia non solum querit
ei nocere in bonis exterioribus sed etiam in persona propria. non querit solum eum
privare vita corporali, sed etiam spirituali querens eum avertere a statu iu-
stitie. Aliter le. sic hic post persecutorum perversitatem et persecutionem remu-
nerationem et dicit lingua iusti loquetur iudicium, sed peccator homo vel demon
considerat iustum qualiter possit eum decipere callide insidiando et obser-
vando. Sap. 2 Circumveniamus iustum quoniam inutilis est nobis. Ps. qui
... consideraverunt et insurrexerunt me, querit mortificare eum, i. tendere
mortem eius privare corporalem. Ysa. vi ab initio ... die cogitaverunt iusti-
tie eum non solum corporalem mortem sed etiam spiritualem, puta avertere eum
a statu iustitie. Luc. ... Cain exierunt inde fratres ab Abel. Dominus
autem non derelinquet eum cum iudicabitur illi. ad literam quia deus frequenter
eripit iustum de manu iniqui, unde subditur dominus autem non derelinquet eum
in manibus eius sic patet de Ioseph quem liberavit de manibus fratrum suorum

nec dampnabit eum cum iudicabitur illi i. ad petitionem eius seu voluntatem
sic liberavit ioseph ad iudicatum carceri ad petitionem mulieris iniuste
Genesis xxxix et danielem adiudicatum cum leonibus ad suggestionem hominum
iniquorum Danielis vi Alia lectio sic hic potest dici quod dominator iustorum est ipse
rex et in futuro et dicit quoniam iniquus peccator quaerit mortificare iustum tamen dominus non
derelinquet eum i. ipsum iustum et ipsam animam eius in manibus quae est in potestate
eius peccatoris si corpus a potestate non liberabit ipsius peccatoris Iob 2 verumtamen
animam eius serva Matthei x nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem
vero non possunt tangere nec dampnabit eum i. iustum ipse dominus quoniam hic damnatur
praecipue cum iudicabitur illi i. cum iudicatur ad petitionem seu ad voluntatem
ipsius peccatoris Expecta dominum et custodi vias eius et exaltabit te ut
hereditate capias terram cum perierint peccatores videbis Ad literam propheta
ostendit quod perpetuitate iniquorum est contempnenda et iustorum appetenda hic ponit
monitionem quod homo committat se ordinationi divinae et non moveatur a rectitudine
iustitiae ex malorum tristitia paupertate debet expectare dominum i. eius dispensationem
patienter et custodi viam eius observando mandata eius et exaltabit te
de valle prius miseriae ut hereditate capias terram viventium cum perierint
peccatores videbis bonum enim videt dampnationem malorum et est eis in exultationem
tribus iniquitatum evasisse ea ex gratia divinae misericordiae Alia lectio sic hic
hortatur ad iustum 2o ad primum Et dicit dominus non derelinquet iustum in
manibus peccatoris ergo tu expecta dominum remuneratorem et sustine patienter
mala tibi illata Iacobi v patientes estote fratres usque ad adventum domini
et custodi vias eius i. observa praecepta eius Ecclesiastici vii deum time et mandata
eius observa et exaltabit te i. amplificabit et multiplicabit te
in meritis et augebit tibi bona spiritualia et de valle prius miseriae
eripiet te ut hereditate i. firmiter quasi iure hereditario capias terram viventium
i. futuram cum perierint peccatores videbis scilicet deum in sua essentia quem
modo credis licet non nescis vel sic videbis in re quod modo credis de
premiis bonorum et penis malorum Ysaie lx tunc videbis et afflues et
Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani Ad literam
vidi impium superexaltatum in propria domo promittere et elevatum sicut cedros
Libani hoc est in maxima dignitate temporali in monte enim libani crescunt
maxime cedri hoc patet de nerone impiissimo qui tamen imperavit toti
mundo et de multis aliis tyrannis Alia lectio sic hic ostendit impiorum exaltationem
et subitam depressionem et dicit vidi impium superexaltatum i. super sua merita
in dignitate sublimatum et hoc quantum ad minores Ecclesiastes x vidi aliud malum
quod quasi per errorem egrediens a facie principis stultum positum in dignitate
sublimi et elevatum sicut cedros libani i. incomparabiliter super alios elevatum
et hoc quantum ad maiores Amos ii altitudo cedrorum altitudo
eius Et transivi et ecce non erat quaesivi eum et non est inventus
locus eius Ad literam transivi et ecce non erat quia talis potestas est ita brevis
quod non est nisi quaedam transitio Sapientiae ii umbrae transitus est tempus nostrum
quaesivi eum et non est inventus locus eius quia in profundo in terra est absconditus
Alia lectio sic hic ostenditur impiorum depressio quo ad personam et officium
et dicit vidi impium elevatum et transivi i. consideravi eius novissima Exodi 3
vadam et videbo visionem hanc Ecclesiastici xlviii Spiritu magno vidit ultima
vel transivi modicum tempus expectando et ecce non erat omnino in potestate
eius quia per mortem sublatus erat de mundo Ezechielis xxviii mors suscipiet eos

et non erat in prospectu. quesivi eum vel rememorabar et considerabam eum
et non est inventus omnino locus eius durandi in hoc seculo vel locus eius
in aliqua utilitate in alio seculo. Custodi innocenciam et vide equitatem
quoniam reliquie sunt homini pacifico. ad literam custodi innocenciam nulli
nocumentum inferendo. et vide equitatem iustitie tu procedo agendo. quoniam re-
liquie sunt homini pacifico. quia bona opera per meritum remanet tunc illius
transeunt ex hoc mundo ceteris eis deficientibus. Aliter legitur sic. hic dicit vidi impium
superexaltatum in se et in operatione ad proximos et dicit quesivi impium et
non est inventus locus eius. quod tu custodi perseveranter innocenciam et mun-
diciam. vel mala vitando et bona operando. ne tibi similiter contingat. Job
xxvii. Justificationem quam cepi tenere non deseram. Nec enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. et vide equitatem di-
vinam. Job xxxiiii. absit a deo impietas et ab omnipotente iniquitas. vel custo-
di innocenciam scilicet gratie quo ad deum et vide equitatem scilicet gratie quo ad pro-
ximum. quoniam sunt reliquie homini pacifico in futuro vel post hanc vitam remanet
ei bonum seu meritum et premium pro bonis operibus quod omnino non perit. hec est
vita eterna que remanebit ei qui fuerit plenus pace et caritate et inter discor-
dantes fecit pacem. Injusti autem disperibunt simul reliquie impiorum inte-
ribunt. ad literam injusti disperibunt per eternam dampnacionem simul reliquie im-
piorum interibunt vel filii quos reliquerunt et sunt imitatores scelerum parentum.
Aliter legitur sic. hic ostendit quod injusti peribunt et non remanebit eis bona que ha-
buerunt et dicit quod reliquie manet homini pacifico. injusti autem disperibunt per
eterne dampnacionis et in ignem eternum ibunt. Psalmus. peribunt generaciones de terra illius.
simul reliquie impiorum vel imitatores scelerum interibunt. vel reliquie impiorum
vel bona temporalia que morientes viventibus reliquerunt interibunt vel corrumpentur.
primi Cor. 2. mundus transit et concupiscentia eius. Salus autem iustorum a domino.
et protector eorum in tempore tribulationis. ad literam vel salus eterna que datur a solo
deo et protector eorum est in tempore tribulationis vel mortis quia dominus eos protegit a
potestate demonis. Aliter legitur sic. hic dicit quod dominus est salvator a malo culpe
et protector a malo pene. et dicit injusti peribunt tum suis reliquiis seu tem-
poralibus. Salus autem iustorum a domino. hic est dominus salvabit iustos a peccatis.
Matthei primo ipse salvum faciet populum suum a peccatis eorum. et salvabit eos ab eo-
rum miseriis spiritus et corporis in presenti et in futuro. et protector eorum in tempore tribu-
lationis vel liberabit eos a malo pene in hora mortis et in die iudicii sed
hic adiutor et protector factus es mihi. Et adiuvabit eos dominus et liberabit
eos et eruet eos a peccatoribus et salvabit eos quoniam speraverunt in eo. ad literam
et adiuvabit eos dominus firmando eos contra temptaciones in presenti. et liberabit
eos si tradiderit in manus inimici per peccatum. et eruet eos per veram penitentiam si
tradiderit in manus inimici a peccatoribus vel a demonibus in peccato obstinatis et perseve-
rantibus. et salvabit eos deducendo ad gloriam quia speraverunt in eo sine de-
bita ex meritis et gracia divina. Et nota quod expositio huius psalmi tota moralis est
et ideo non oportet addere aliam moralitatem. posset tamen exponi de protectione
divina qua protegit fideles suos in presenti ab hominibus iniquis sic liberavit
filios israel de manu pharaonis. et david de persecutione saulis. et idem
posset exemplificari in multis aliis. Aliter legitur sic. hic ostendit bonum futurum iustorum
esse a deo et ponit quatuor per ordinem. et dicit adiuvabit eos dominus firma-
do eos contra temptaciones in presenti. et cooperando eis ad perseveranciam in bono
et liberabit vel eripiet eos de temptacionibus et tribulationibus. Vel si tradiderit
in manus inimici per peccatum liberabit eos et eruet eos a peccatoribus confundendo
ab eorum contaminacione. vel a peccatoribus vel a demonibus in peccato obstinatis.
et salvabit eos in futuro. ad vitam eternam perducendo quia speraverunt

in eo .i. in deo nec in seculo. prov. xvi qui sperat in domino beatus est.
Dum xiii benedixerunt domini. qui salvat sperantes in se. Maria
Domine ne in furore tuo arguas me et in ira tua corripias xxxvii
me ad recordandum. Titulus in glosa. psalmus David ad recordandum
sum tituli ubi cantum David in commemoratione sabbati quia iste psalmus
cantabatur a levitis sabbatis diebus. de ira psalmi dicit Ra. Gl. quod David
fecit hunc psalmum in persona totius populi id est ad recordandum peccata populi eius
deo ad humiliationem et divine irae impetrationem. alii dicunt quod fecit hunc
psalmus loquens in persona patrum divinorum. alii dicunt quod fecit hunc psalmus loquens
in persona beati Job et hoc modo dicit Cass. Sed iste expositiones omnes videntur
moralis. Sed sciendum est quod David fecit hunc psalmum de se ipso ad recordandum
propria peccata coram domino. licet fuissent dimissa quantum ad culpam et pro eis
sustinuisset aliquam penam. timebat tamen ne adderetur adhuc alia super se
vel super populum suum. etiam utile fuit sibi talia coram deo recordari. Et
dividitur iste psalmus in duas partes propter duo recordationis. 2o inferta gelo
ibi ne derelinquas me. Circa primum sciendum. secundum quod David bis peccavit
notabiliter primo in facto uxoris ethei 2 Reg. xi. 2o in numerando populum 2 Reg. xxiiii
et David psalmus recordatur primum et 2o psalmi. ibi quoniam sagitte. et circa
utrumque recordatur culpam commissam et penam inflictam. primo dicit domine ne in
furore tuo arguas me .i. non punias me secundum rigorem iustitie tue quia
hoc esset mihi importabile. sed magis secundum temperamentum misericordie tue. Et nota
quod eodem modo incipit psalmus sextus. qui expositus in anxietate posita ex per-
cussione per inflammatione populi ut dicitur est supra ibidem. Talis lex sic hic movet
de malis prius recordari et penitentiam agere. Titulus psalmus David in commemora-
tione sabbati. hoc est iste psalmus attribuitur David vel viro penitenti in recordatione
quietis eterne qua penitentes peccata commissa tenet punitur. Causa psalmus est multiplex
peccatoris cruciatus et miseria. Intencio est invitare ad penitentiam. Et dividitur
in quatuor partes. in prima implorat dei misericordiam. in 2a describit suam miseriam
et 3o petit liberari a pena inferni et purgatorii et dicit quilibet peccator penitentiam
volens agere dicat domine ne arguas me .i. ne reprehendas me dure in
furore tuo .i. ne dampnes me cum impiis in iudicio tuo quibus in furore di-
ces Ite maledicti etc. Matth. xxv. Prov. vi zelus et furor viri non parcet in
die vindicte. neque in ira tua .i. in tua vindicta corripias me pena pur-
gatorii que maior est cruciatus. sed potius purga me hic taliter. Ps. Converte
nos deus salutaris noster et averte iram tuam a nobis. De hac pa Cor. iii ipse
salvus erit quasi per ignem. vel sic domine ne arguas me verbis ad confusionem
sed ad correctionem. neque in ira tua corripies me flagellis ad dampnationem
sed ad emendationem. Quoniam sagitte tue infixe sunt michi et confirma-
sti super me manum tuam. Ad literam quoniam sagitte tue infixe sunt mihi .i. pene
mihi denunciate ex parte tua per nathan prophetam dicentem. hec dicit dominus aut
septem annis veniet fames in terra tua. aut tribus mensibus fugies adver-
sarios tuos. aut tribus diebus erit pestilencia in terra. Unde David istis sagi-
ttis percussus dixit coactus minus vindicte 2 Reg. xxiiii et confirmasti
super me manum tuam .i. firmiter disposuisti me punire aliquo istorum trium
modorum. Talis lex sic hic allegat penam iam sibi inflictam et dicit quoniam sa-
gitte tue .i. iuste vindicte ab arcu tue divine sententie infixe sunt in interiore
meum .i. corporis et anime mee ut eas fugere non possem. Trenorum iii tetendit
arcum suum et quasi posuit me sicut signum ad sagittam. Job vi Sagi-
tte domini in via sunt quarum indignatio ebibit spiritum meum. et confirmasti
super me manum tuam .i. firmiter disposuisti me punire. vel confirmasti
super me potentem manum tuam ultricem originalis et actualis peccati

i. qui faciet tuam vindictam super me usque in finem seculi duraturam
vel sic quia sagitte tue i. verba tua infixe sunt michi i. infixerunt tedium
cordi meo, et confirmasti super me manum tuam i. firmiter disposuisti me
affligere iuxta iusticiam tuam vindicando de peccatis meis. Non est sanitas
in carne mea a facie ire tue non est pax ossibus meis a facie peccatorum
meorum. Ad l. non est sanitas in carne mea a facie ire tue i. punicionis tue quia David
videns angelum cedentem populum fuit super modum turbatus et ex hoc in periculo
sanitas est in carne eius tanta frigiditas quod non calefiebat vestibus ut
3 Reg. primo. non est pax ossibus meis que sunt forciora carne a facie peccatorum me
orum i. propter peccata mea per hoc insinuans quod multo plus dolebat de cul
pa quam de pena. Alia lectura sic hic ostendit quod affligebatur exterius in corpore
et interius in mente et dicit non est sanitas in carne mea quia infirma est ad bonum
sed prona ad malum. Gen. viii sensus et cogitacio hominis prona est ad malum
vel non est sanitas in carne mea propter carnis mortalitatem, et quia multis mi
seriis affligitur quia labore fame estu siti frigore quibus infirmatur. Ro. viii
corpus mortuum est propter peccatum. Math. xxvi spiritus quidem promptus est caro autem
infirma. a facie ire tue i. ab irata facie tua hoc sensi quando dixisti
in sudore vultus tui vesceris pane Gen. 3 i. a pena vindicte et punicionis peccatorum
non est pax ossibus meis i. anime mee i. requies in viribus meis propter
assiduam afflictionem. Ysa. lvii non est pax impiis dicit dominus. a facie i. a
recordacione peccatorum meorum quibus deum multipliciter offendi. q. d. quia considerans tue
iusticie rigorem et peccatorum meorum multitudinem non habeo requiem sed turba
cionem in corde meo. Job xxi ego quando recordatus fuero pertimesco. Quoniam
iniquitates mee supergresse sunt caput meum, et sicut onus grave gravate sunt
super me. Ad literam i. non sum sufficiens ad satisfaciendum, unde et propter peccatum
David deus puniebat populum quod erat contra David valde grave. Unde subdit
sicut onus grave gravate sunt super me, in tantum quod dicebat domino ego sum qui pecca
vi et qui inique egi isti qui oves sunt quid fecerunt. vertatur obsecro ira
tua contra me et contra domum patris mei. Alia lectura sic hic confitetur peccatorum mul
titudinem et gravitatem et dicit non est pax ossibus meis a recordacione peccatorum
quia iniquitates mee supergresse sunt caput meum, i. racionem que est caput anime et do
minatur menti et racioni mee. et non sum sufficiens ad satisfaciendum pro peccatis. sic quod
anima mea peccatis in malis operibus submergitur. Tren. iii inundaverunt aque
super caput meum dixi perii. et sicut onus grave gravate sunt super me propter multitu
dinem et magnitudinem sunt graves facte super me affligendo et deprimendo
in abissum, sic est mirum suo pondere premunt quod pro me surgere non possum.
Ysa. primo ve genti peccatrici populo gravi iniquitate. Putruerunt et corrupte
sunt cicatrices mee a facie insipiencie mee. Ad literam quia peccatum adulterii
quod commiserat David cum Bersabee quodammodo redivit in peccatum de [illegible]
ipsius. non subdit a facie insipiencie mee i. propter insipienciam meam. de peccato enim hoc
magnitudinis dixit David 2 Reg. xxiiii peccavi valde in facto isto sed precor domine
ut transferas iniquitatem servi tui quia stulte egi nimis. Alia lectura sic hic est 2a
pars principalis in qua enumerat miserias et primo confitetur culpam, 2o culpe reatum
et dicit iniquitates mee gravate sunt super me. et cicatrices mee i. plage pec
catorum i. [illegible] sanate, putruerunt iterum in corde meo per consensum. Luc. x
plagis impositis abierunt, et corrupte sunt iterum per actum. Aggei 2 propter
immundiciam eius corrupte sunt putredine pessima. vel sic cicatrices i. peccata di
missa sanata putruerunt i. cum ipso fetent in te per recidivacionem, et cor
rupte sunt i. fetent aliis per malum exemplum. Johelis 2 ascendit fetor
eius et putredo eius quia superbe egit. a facie insipiencie mee i. propter insipi
enciam meam, quia abusus sum viribus et donis michi a deo collatis. et sic hoc
totum factum est non per alterius violenciam sed per meam stulticiam. Ps. xix

stulticia hominis supplantat gressus eius. Vel sic cicatrices i. peccata ma
putruerunt in mala consuetudine, et corrupte sunt i. induruit pellis Ru
sa cum istis peccatis consensi, a facie insipientie mee i. non erubescebam me
insipientiam meam. Miser factus sum et curvatus sum usque in finem tota
die contristatus ingrediebar. Ad literam hic David recordatur peccati adulterii
quod commisit cum Bersabee, et ea que secuta fuerunt ad id dicit Miser factus sum
quantum dolus iniquitatis credendi in tam grave peccatum et curvatus sum usque in finem i. de
iectus sum totaliter a rectitudine iustitie tota die contristatus ingrediebar ad lo
cum solitarium penitentie quod postquam reprehensus fuit a Nathan de adulterio et
homicidio Urie quod fecerat fuit adulterium. dicitur de David 2 Reg. xii Ie
iunavit David ieiunio et ingressus seorsum iacuit super terram. tunc subditur tam
quam literaliter. Vel aliter sic hic exprimit miseriam pene scilicet afflictionem et depres
sionem et dicit Miser factus sum i. afflictus sum multas miserias sustinendo propter
culpam meam. Prover. xiiii Miseros facit populos peccatum, et curvatus sum usque in
finem i. deiectus sum totaliter a rectitudine iustitie vel curvatus sum i. depressus sum ab
elatione ad infima declinando. Luc. xiii Ecce mulier que inclinata erat
xviii annis nec omnino poterat sursum respicere. usque in finem i. usque in mortem
tota die vite presentis lugens et sine intermissione contristatus ingrediebar
via huius vite sustinendo tristitiam de morsu peccati. Thren. iii Posuit me de
solatam tota die merore confectam. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusi
onibus et non est sanitas in carne mea. Ad literam Greg. in omelia lu
xuria virorum viget in lumbis et quia lumbi David fuerunt repleti illusionibus
quia per illusionem demonis incidit in adulterium. Quoniam turpe est dicere quod
lumbi mei sunt ignominia quia valde ignominiosum fuit ipsi David quod lumbi sua
operatum est cum Thamar. Lumbi ad Seditatem quam fecit Absalon accedens publice
ad uxores patris sui ad ignominiam eius 2 Reg. xvi quod contigit ipsi David propter
adulterium quod commisit cum Bersabee et homicidium Urie, sic predixit ei Nathan
propheta 2 Reg. xii Hec dicit dominus suscitabo malum adversum te de domo tua, et
propter hoc recordatur David persecutionem quam sustinuit ab Absolon que fuit in pena
predicti peccati. et non est sanitas in carne mea quia ex infirmitate carnis procedit
luxuria. Lumbi autem et caro ipsius David dicuntur non solum pro persona sua, sed pro
persona filii sui Absalon, qui filius est de sua carne. Vel aliter sic hic enumerat mi
serias quas patitur ex reliquiis culpe originalis, et tangit reliquias et mi
serias inde consequentes et dicit Quoniam contristatus ingredior, quoniam lumbi mei non so
lum carnis sed mentis in affectu sensualitatis. Ps. Proverb.: Circumcide lumbos me
os vere sobrii et puri, impleti sunt illusionibus carnalium delectationum vel
turpium ymaginationum vel illusionibus demonum. Eccl. xxxiiii Sicut parturiens
cor tuum fantasias patitur, et non est sanitas in carne mea i. in toto corpore
meo quamdiu passibile sit et mortalis per multitudinem infirmitatum et corruptionum.
Ysa. primo A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Affli
ctus sum et humiliatus sum nimis rugiebam a gemitu cordis mei. Ad literam
afflictus sum de malicia Absalon filii mei et humiliatus sum nimis quia propter
hoc sum fugitivus de urbe regni mei 2 Reg. xv. rugiebam a gemitu cordis
mei quia dolorem in corde suo existentem per signa exteriora manifestabat,
nec omnino celare poterat. Vel aliter sic hic tangit miserias sequentes ex peccato o
riginali scilicet afflictionem in carne et humiliationem in mente et dicit afflictus sum
in miseriis intus et extra propter infirmitatem et fragilitatem carnis. Thren. i
Vide domine afflictionem meam, et humiliatus sum nimis i. deiectus nimis propter illusiones
quas dixi. Thren. ii Replevit in filia Iuda humiliatum, vel humiliatus sum nimis
videns in miseria deiectionem meam a tantis delitiis in tantos dolores.

Rugiebam ut leo extius suspirando et exiui misabiles voces vei
entes a gemitu pdolore intimo amare flendo Ysa lix Rugiemus
qs vrsi omnes et qs columbe meditates gememus cordis mei sentiens ta
vehementes passiones et motus brutales Domine ante te omne desiderium
meum et gemitus meus a te non est absconditus ad l. quod te non latet ali
quod secretum et gemitus meus a te etc. q.d. apponas mihi remedium qui solus
nosti secreta cordium Alie le sic hic dicit miserias ex carencia bonorum
bonorum increati et boni creati et dicit domine ante te etc desiderium meum quod non
te latet aliquod secretum sed et solum non hominibus notum tu enim nosti quod desidero
restaurari clamans sic per petitis ipi li xvi hoc videt ea que patent deus
autem intuetur cor vel ante te est desiderium meum quod hoc solum desidero ut si
ante deum ps. qui venia et apparebo ante faciem dei. vel quod desiderium meum sit
gratum et acceptum et gemitus meus quo pro desiderio gemo ad te non
frenis sed pro relestibus et pro dimittendis peccatis a te non est absconditus quia
omnia sunt et manifesta licet homo sit magnus Ro viii ipse spiritus postulat
pro nobis gemitibus inenarrabilibus qui scrutatur corda scit quid desideret spiritus
Cor meum conturbatum est dereliquid me virtus mea et lumen oculorum meorum
et ipsum non est mecum ad l. cor meum turbatum est propter predicta dereliquit
me virtus mea quod fugiens de ierusalem propter absalon ascendebat clivum olivarum
scandens et flens ac operto capite et nudis pedibus incedens ut hic
2 Re xv et sic fuit multum fatigatus in illo tempore maxime cum esset iam
senex et etate provecte et lumen oculorum meorum etc. quod sic erat fatigatus
in corpore et turbatus motu vel ex labore et senectute pre omnia hic resferi
ad oculos mentis quod in illa fuga fratris mei prudens propter utilitatem
habitans in mipchiboseth misero sicle suo eius pessimo detractori ut hic
2 Re xvi Alie le sic hic tangit miserias ex carentia boni creati s. potentie
affini et mixtem Et dicit Rugiebam in gemitu cordis mei quod cor meum i. anima
mea conturbatum est in magna pace et tranquillitate existere amisit ps. anxiatus est
in me spiritus meus in me turbatum est cor meum vel cor meum i. anima mea conturbata
est i. mesta donec quiescat in te quod virtus i. immortalitas vel fortitudo anime
quam habui ante peccatum dereliquit me i. recessit a me per peccatum commissum ps.
infirmata est in paupertate virtus mea et lumen oculorum meorum metalium non est
mecum i. defecit in me dum per fide ambulo quod lumen divinum se subtraxit vel
mens mea excecata est per peccatum Sap 2 excecavit eos malicia eorum Amici
mei et proximi mei adversum me appropinquaverunt et steterunt ad literam hoc
dicit de absalon filio suo et amasa nepote suo et architophel consiliario
suo qui persequebantur david ad mortem Alie le sic hic tangit persecutorum ma
liciam 20 eius passionem et per culpam iudeorum et suorum discipulorum et dicit amici
mei i. iudei qui dicebantur amici xpi propter familiarem cognationem sed erant
ficti amici et proximi mei scilicet iudei propter carnalem cognationem seu noti consangui
nei et contribules adversum me appropinquaverunt consilus et dolus contra me tanquam
freneticum surrexerunt me capere et occidere volentes Matt xxvi accesserunt
et manus iniecerunt in ihesum et steterunt i. constantes et permanentes perseverabant
in sua malicia ita quod non flecti potuerunt a iudice pylato Et qui iuxta
me erant de longe steterunt et vim faciebant qui querebant animam meam ad l.
et qui iuxta etc. ante persecutionem absalon illi de longe steterunt i. a me recesse
runt propter timorem absalon et vim faciebant qui querebant animam meam quia
absalon et sui complices toto conatu suo querebant david ad mortem
Alie le sic hic dicit culpam discipulorum et dicit qui quoniam iuxta me erant scilicet discipuli
mei vel proximi mei cetere qui debebant esse iuxta me ad defendendum me
de longe steterunt i. relinquentes fugerunt a me non apparentes mihi et de

salute mea parum curaverit Luc xxiii Stabat autem omnes noti eius a longe
et primi christiebant conspiciendo exitum quando et crucifigendo me
qui querebant vel volebant scilicet iusticiam videre et postpositum perdere vel auferre
animam vel vitam meam Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates
et dolos tota die meditabantur Glossa Lira et que inquirebant etc sic absalon
et socii locuti sunt vanitates vel falsa scilicet in incipientes dicebant ei semei
egredere egredere vir sanguinum et vir belial ut habetur Reg IIII xvi Alia lectura
sic ondit culpam falsorum testium contra passionem et post passionem et dicit Et qui vel malignus
Iudei qui sunt membra dyaboli inquirebant vel excogitabant mala vel crimina que
opponerent mihi Math xxvi principes et omne consilium querebant falsum testimonium
contra ihesum et non inveniebant Prov xxiiii ne insidieris et queras impie-
tatem in domo iusti et non invenientes aliquod malum in me extitit locuti
sunt vanitates vel falsas calumpnias et falsa testimonia et mendacia fingerent
et posuerunt contra me ante pilatum Luc xxiii hunc invenimus subvertentem gen-
tem nostram et dolos vel fallacias tota die vel assidue meditabantur scilicet post
passionem custodes eorum circa sepulcrum ponendo et christum a discipulis furatum de
morte divulgantes Math xxviii Ego autem tanquam surdus non audiebam
et sicut mutus non aperiens os suum Glossa Lira ego autem talia sic non audi vel audire
me dissimulabam patienter sustinens eius maledictionem scilicet ipsius semei unum
ex Abisay vellet eum interficere dixit dimitte eum ut maledicat etc et ex
hoc patet sententia versus ibi quoniam in te speravi domine Alia lectura sic Post persecutorum ma-
liciam hic exprimit suam patientiam quia nec se excusabat nec alios arguebat
et dicit malignus iudei locuti sunt falsa testimonia contra me Ego autem cum me
iniurias et despectiosa verba obicerent tanquam surdus non audiebam vel ita
patienter sustinui ac si non audissem et me audire dissimulando quia
magis virtutis est audire nocua et non rendere quam Eccl xxviii Sepi
aures tuas spinis et noli audire linguam detrahentem et sicut mutus
non aperiens os suum vel fui tacens quia unde non possem vel tanquam non
habens unde eos redarguerem Ysa liii sicut ovis ad occisionem ductus et
sicut agnus coram tondente se obmutuit Math xxvii ihesus autem nil respondit
Et factus sum sicut homo non audiens et non habens in ore suo redargutiones
Glossa Lira patet sententia versus supra Alia lectura sic hic ondit quod sic se habuit ac si non audiret
et loqui nesciret et exprimit sententiam precedentis versus magis clare et dicit Ego
factus sum sicut surdus et sicut homo non audiens vel sicut homines non audientes et ac
si audire non possem et sicut homo non habens in ore suo redargutiones vel qui
eos non scire redarguere Nota quatuor sunt que solent hominem impedire
ne bene audiat verbum dei et ei auditum spiritualem auferunt Primum est tre-
mor sive tumultus inanis sollicitudinis huius seculi Luc viii spine sunt
exorte suffocaverunt semen et infra a sollicitudinibus divitiis et voluptatibus vite
euntes suffocantur verbum dei Secundum est vetustositas vel superbia et vana gloria
Ier xxviii dicitur de superbis noluerunt audire Iob xxii dixerunt impii re-
cede a nobis scientiam mandatorum tuarum nolumus scilicet audire Tertium est duricia mentis
et obstinatio Ezech iii domus israel noluerunt audire te quia nolunt audire
me domus enim attrita fronte est et duro corde Quartum est cordis
lascivia Eccl xxi audiet luxuriosus et displicebit ei et proiciet illud post
dorsum suum Deut xxix incrassatus est dilectus et recalcitravit Alia lectura
omnes versus precedentes possunt exponi in persona Iob ut patet in glossa ab illo
versu dixi in me et post etc Quoniam in te speravi tu exaudies me domine
deus meus Glossa Lira quoniam in te speravi tu exaudies vel exaudias Heb enim
non habet optativum sed utitur futuro indicativi Alia lectura sic hic est

tia ps principalis ps in qua sperat se exaudiendum promittens emendam
et dicit quoniam in te domine qui mutas tristitiam in letitiam speraui preterita silicet
obprobria blasfemias et similia patientissime sustinendo ut te se xvii / spes
mea tu in die afflictionis / tu exaudies me et liberabis de omnibus
malis ps qui saluos facis sperantes in te. deus meus per gratiam iustifi
cationis quo ad nos uel per gratiam unionis quo ad xpm / Quia dixi ne
quando supergaudeant mihi inimici mei et dum commouentur pedes mei super me ma
gna locuti sunt / Ad literam quia dixi s in oratione mea nequando supergau
deant mihi inimici mei i. ne teneat per uoluntate sua ad interficiendum quod
summe desiderant et dum commouentur pedes mei fugiendo propter absalon de
ciuitate regali / super me magna locuti sunt sicut patet de semei uel etiam
est sicut achitofel dixit ad absalon 2 R xvii Eligam mihi xii milia
virorum et consurgens persequar dauid hac nocte et irruens super eum quoniam
quoniam lassus est et solutis manibus et percutiam eum et iste iactabat se quod
caperet dauid fugientem / Aliter secundum sic hic ponit causam quare debeat exaudiri
quia propter malignitatem persequentium et dicit tu exaudies me domine deus meus
quia dixi i. in oratione te deprecatus sum / ne quando supergaudeant mihi inimici mei
i. ne exultet de casu meo / uel ne insurgent me demones qui gau
dent de lapsu hominum et dum commouentur pedes mei i. affectus uel actus
mei aliquando titubant flagiliter a bono ad casum inclinari uidentur super
me magna locuti sunt irridentes me et magnifice exultando pv xvij
qui in ruina letatur alterius non erit impunitus / Quoniam ego in flagella para
tum et dolor meus in conspectu meo semper Ad literam quoniam ego in sua para
tus sum promptio animo ad sustinendum flagella que dominus voluit mihi inferre
vnde dixit 2 R xv ad sadoch reporta archam dei in urbem si inuenero
gratiam in oculis domini et reducet me et ostendet mihi eam et tabernacu
lum suum / si autem dixerit mihi non places presto sum faciat quod bonum est
coram se / et dolor meus in conspectu meo semper quia scio me meruisse per peccata a
dulterii et homicidii bersabee et urie / et per eundem modum loquitur mistice / peccato
e peccatum meum contra me est semper / Aliter secundum sic hic ostendit propositum satis
faciendi confitendi et ostendendi et dicit tu exaudies me domine deus meus quoniam
ego paratus sum in flagella tue et disciplinas pro peccatis meis libenter
sustinere / pv iii quem diligit dominus et corripit / flagellat autem omnem
filium quem recipit / Eccli xxij flagella et doctrina in omni tempore sapientia / et dolor
meus pro peccatis commissis semper assidue est in conspectu meo per cordis con
tritionem a memoria non recedit. Augustinus semper doleat et de dolore gaudeat
Quoniam iniquitatem meam ego annuntiabo et cogitabo pro peccato meo. Ad
literam / sicut cum recognouit eam ad tekuensem natam 2 R xiv et pro
expiatione eius multa post ea sacrificia obtulit quod quodammodo annuntiabant
peccatum pro quibus offerebantur pro peccatis ex malicia tunc commissis qua pro peccatis
ex ignorantia ut in leuitico et cogitabo pro peccato meo / cauendo dili
genter a recidiuo / Aliter secundum sic hic ostendit propositum confitendi peccata sua et
dicit quoniam iniquitatem meam annuntiabo ego in confessione / uel confitebor uera
confessione / ysa xliij narra si quid habes ut iustificeris. Josue vii fili
mi confitere atque indica mihi quid feceris ne abscondas / et cogitabo i. solli
citus ero pro peccato meo satisfacere et de cetero cauere. Jer 2 vide quam malum
et quam est te dereliquisse dominum deum tuum / Inimici autem mei viuunt et
confirmati sunt super me / multiplicati sunt qui oderunt me inique. Ad
literam scilicet absalon achitofel et complices eorum propter quorum potentiam
non potuit resistere compulsus fuit fugere / et multiplicati sunt ini

2 Reg. xv dicitur cumque immolaret victimas facta est coniuratio valida cum
David, populus quoque concurrens augebatur cum Absalon. Et subditur venit nuncius
ad David dicens toto corde universus Israel sequitur Absalon. Qui oderunt
me inique quia David multa bona fecerat eis. Alia lectura sic hic ostendit
perversitatem adversariorum in male agendo et dicit inimici autem mei id est homines
perversi vivunt id est vita delectabili ducunt in dampnis fruendo. Sed mortui
coram deo. Eccli. xxx iocunditas cordis hec est vita hominis. 1 Thi. v ad Thi-
mo. v vidua in deliciis vivens mortua est. Et confirmati sunt super me
id est roborati sunt ad persequendum me. Job xv quare ergo impii vivunt subl-
levati sunt confortatique diviciis. Multiplicati sunt in mundo non tamen sunt
plures. Plures enim sunt mali quam boni. Ysa. ix multiplicasti gentem.
Qui oderunt me inique id est sine culpa mea retribuerunt michi mala pro
bonis. Job xxvii sicut impius inimicus meus et adversarius meus quasi iniquus.
Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant michi quoniam sequebar boni-
tatem. Ad literam qui retribuunt mala pro bonis me persequendo detrahebant michi
me infamando quia sequebar bonitatem id est pro bonis que feceram eis ita
michi inferebant tanquam merenti. Alia lectura sic hic ostendit perversitatem cor-
poris [illegible] et interioris. Et dicit inimici mei oderunt me inique quia retribuunt
mala pro bonis inferentes mala bonis viris et qui deberent gratias deo
reddere tunc non cessant peccare. Job xvii qui reddit mala pro bonis
non recedet malum de domo eius. Detrahebant michi id est falsa crimina impo-
nebant michi. Eccl. x si mordeat serpens in silencio nichil eo minus habet
qui occulte detrahit. Quoniam sequebar bonitatem certe mala causa et per-
versa intencione, quia ex sola invidia detrahebant. Ne derelinquas me
domine deus meus ne discesseris a me. Ad literam hic ponitur huius psalmi conclusio
mixta in qua David deum deprecatur ut eum preservet a recidivo in preterita
mala. Dicit ne derelinquas me domine in preterita mala reincidere. Deus meus
ne discesseris a me quasi dicat si ad modicum dimiseris me fragilitati mee
non potero temptacionibus resistere. Alia lectura sic hic est oratio psalmiste in qua
petit se conservari a divina ira in bono. Alia lectura sic domine qui es potens
creator ne derelinquas me id est noli te et tuum auxilium eciam ad horam
subtrahere a me. [Ubi] quia cuius est offensio pro venia. Ysa. liiii ad punc-
tum in modico dereliqui te. Deus meus per graciam ad operantis quo ad nos et
unionis quo ad Christum ne discesseris a me id est non dimitte me fragili-
tati mee quia ad modicum dimissus non potero subsistere temptacionibus. Vel ne di-
scesseris a me id est noli me in periculum deserere. Iosue primo non te dimittam
neque derelinquam. Intende in adiutorium meum domine deus salutis mee.
Ad literam conveniens in prestando auxilium domine deus meus salutis mee id est
a quo efficienter et in quo eterne consistit salus vite eterne. Alia lectura sic
hic petit conservacionem in bono et dicit domine deus ne discesseris a me sed
intende in adiutorium meum et adiuva me ad bonum operandum. Ioh. xv
sine me nichil potestis facere. Vel intende in adiutorium meum contra
hostes visibiles et invisibiles auxilium prestando. Domine deus auctor et
dator salutis mee presentis et eterne per graciam quo ad animas animam
et corpus in futuro liberabis a corrupcione. Ysa. xliii absque me non est
salus. Aliter eciam exponit glosa istos duos versus de Christo ne
derelinquas me domine tradendo voluntati infidelium ne discesseris
a me unionem auferendo intende in adiutorium meum me a mor-
tuis resuscitando. Et sic est finis sermonis secunde ferie. Incipit tercia

xxxviii. Dixi custodiam vias meas ut non delinquam in lingua mea
ad litteram Titulus in hebr ad victoriam ydithun ps dauid et
primitus declarat ad designandum quod sunt dei tres ubi sciendum
quod dauid instituit cantores ad diuinas laudes decantandas
ducentos octoginta octo qui per vices suas cantarent diuinas laudes
et fuerunt tres principales cantores asaph heman et ydithun Lectura fuit ps
cantare dictis cantoribus i paralip xvi est igitur sensus huius tituli ps dd
i appropriatus sibi tanquam auctori ydithun i appropriatus canendus sub ydithun per eos
decantandus ad victoriam i cum quodam conatu incitatum una ps cantorum cona
batur superare alias et iste titulus in textu ps et in bibliis nostris ponitur sub a
ubi versus ista huius ps Ra. Ba. dicit quod dauid fecit hunc ps per consolatio
nem veturis super populum isrl maxime quod captiuitate babilonie quam previdit
in spiritu et ideo in hoc ps ostendit quod debet patienter sustinere et cum deferre
ad deum per eius firmatorem et ergo hoc exposuit iste ps sic quod dauid loquitur in
persona populi captiuati dicens dixi custodiam vias meas i cum diligentia me
custodiam et non delinquam in lingua mea quod dicitur ne aliquid murmure de
diuinis iudiciis qui permittit gentiles et ydolatras dominari et filios isrl per
suis peccatis ad tempus affligi et captiuari Alia lectura sic In presenti ps mo
net agere penitentiam et quod vere penitens terrena contempnit et eterna appetit
Hic docet de temporalibus transire ad eterna unde titulo est talis In finem canticum
dauid pro ydithun qui interpretatur transiliens Iste ydithun fuit unus de prin
cipalibus cantoribus quos dauid ad canendum coram archa domini ut habetur i
paralip xvi ideo nomine eius et asaph qui fuit de eisdem cantoribus aliqui ps
intitulantur non quod ipsi eos composuerit sed per eorum honore et nominis inceptione
Sensus tituli est iste canticum hoc ad excitandam mentis iocunditatem editum
dirigens nos in finem i in consumationem quod de beatitudine eterna hoc anagogice
attribuitur dauid ut auctori per ydithun i per transilientem hoc est per virum sanctum lau
dando per eterna temporalia contempnente Ad huius ps est transitus de temporalibus
ad eterna Intendens impedimenta huius transitus removere scilicet blasfemias
et linguam et dividitur in 3 primo monet mala nostri temporis et eterna appetere
2o ostendit omnes mundanos in vanitate esse ibi verumtamen in ymagine etc
3o orat deum sibi in necessitatibus eius assistere ibi exaudi orationem Et primo
proposuit custodire facta et verba et dicit quod periculosum est iste modus ideo dixi
i deliberaui uel firmiter in corde proposui custodiam prosequere vias meas i co
gitationes meas locutiones et opera Agg i vii Ponite vias vestras et stu
dia vestra Aggei pro ponite corda vestra super vias vestras quod si sic difficile
est bene agere et ex eius apud se gloriam non habere Et ideo dicit cautela ut
per temporalia transeamus ad eterna tenenda est custodia viarum ut non delin
quam in lingua mea loquendo mala verba uel ociosa uel murmurando con
diuina iudicia Jaco iii Si quis verbo non offendit hic perfectus est vir
Posui ori meo custodiam dum consisteret peccator aduersum me ad litteram
Posui ori etc i populus babilonicus ydolatrie deditus aduersum me ut
enim populus isrl erat ibi in captiuitate insidiabantur babilonii aliquid
capere de ore eius unde possent eum accusare propter quod oportebat maiorem
custodiam ori de ore eius unde posset eum accusare propter quod oportebat maiorem
custodiam ori apponere Alia lectura sic hic ostendit quod apposuit diligentiam
et dicit ut non delinquam in lingua mea posui ori meo custodiam scilicet
dei silencium i aduersis tacendo et malis non respondendo esse modesti
i loquendo Ecc xxviii Ori tuo facito hostia dum consisteret peccator linguosus
et malignus aduersum me verbis meis insidiando scilicet verba mea obser
uando et calumpniando sicut iudei miserunt discipulos suos cum herodianis

vt sapient ibi in sermone 2o Mat xxii Hoc scd bonis no fuit quem
inglorie prauitatis no liniat. Hoc e tu pctor me liniat tue taceo O
obmutui et humiliatus sum et silui a bonis et dolor meus renouatus
est Gl ad litteram obmutui et humiliatus su cora babilonijs et silui a bonis
i a lege diuina ut dr ra. Ba. q de ea no audebant loqui cora babilonijs
et dolor meus renouatus e q prius doluit de sua captione et itez de
legis dei depssione Alr le sic hic ondit q implet ore custodia oris
et dr posui ori meo custodia et obmutui i peius tacui et no rndi
q mali vsitati i malicia sua pseuerant Apoc viii factum est silenciu
i celo i in ecclesia martirum ul cuiuslibet iusti et humiliatus su i sustinui ab
eis impperia Ps obpbria expbrancium te ceciderunt sup me. ul sic
humiliatus sum aput aduersarios et vilis reputatus et nescius q putabant
me nescire rndere q nolui litigare. et silui a bonis amittendis
hoc est no solu mala sed eciam bona cessaui loqui ne veniret ad pe
iora Ezech iii fili hominis lingua tua adherebit palato tuo. et eris
mutus nec eris vir obiurgans. et dolor meus renouatus est. que habueram
loquendo dolor scz ire p zelu que sensi eciam tacendo renouatus e cu
vidi iniquitates hominum crescere me tacente Iob xvi Si locutus fuero non
quiescet dolor meus et si tacuero no recedet a me. ul sic obmutui
scz a confessione pctorum. et humiliatus su scz i genu [illegible] et silui a bonis
i ordinibus et despectibus et dolor meus scz infernalis renouatus e etiam
[illegible] et hic dr in psona pctoris O. Sciendu quia or sunt que faciunt
hominem mutum a confessione pctorum. pmum timor pene sustinende. Ps trepida
uerunt timore ubi no erat timor. 2m e enormitas iniquitatis commisse
et maxie sodomice Gen xix clamor sodomorum venit ad me. 3m est
spes longioris vite. Boecius in vox cantante i fenestra. i in ore et cor
ug in [illegible] s. qui dr cras cras. 4m desperacio venie cu de
lectatione culpe Prov xviii impius cu in pfundum venerit pctorum contempnit
scz confiteri. Concaluit cor meu intra me et in meditatione mea
exardescet ignis Gl ad litteram q ira e accensio ignis circa cor et illa que
e p zelu qualis e ista et sic causabat calore ad intra Alr le sic
hic ponit se in exm appetendum eterna. et ps secunda meditatione et
deuota oracione et modica reputacione temporalium et dr q dolor meus reno
uatus est id concaluit i ex oi carne caluit. cor meu intra me ar
dore inmodici igne dei zelo anime et pre amore celestium Ps xii Concu
piscentes dno fructus. et i meditatione mea de bonis eternis futura
exardescet ignis i vehementer inflammabitur ignis caritatis et amor patrie
eternorum Jer xx clausus q i ossibus meis factus est in corde meo q ignis
estuans et defeci ferre no sustinens. ul exardescet ignis dilectionis et ire
p zelu q zelus domus tue comedit me. Locutus su in lingua mea
notu fac m fine meu Gl ad litteram locutus su i lingua mea i tante [illegible]
ui notu fac m dne fine huius captiuitatis ut pessimi [illegible]
dne loqr Alr le sic hic ps deuota oro Et dr [illegible] meditatus
sum extite locutus su i lingua mea no hominibus sed deu deuote orado
Iob x loquar i amaritudine aie mee dica deo [illegible] notu fac m
dne fine meu i tm pseuerantie qua petor. ul fine meu i aduentu
xpi qui e finis desiderij mei Ps oius consumationis vidi finem Ro x finis
legis xpus ad iusticiam oi credenti. ul fine meu i tm vite mee qui
e mors quali morte finiatur vita mea. Et numerum dierum meorum qui
est ut sciam quid desit mi. Gl ad litteram 2 numeru dierum id est i dierum istius ca
ptiuitatis et p accelerationem redemptionis allegat breuitate vite huius
Alr le sic hic ondit deuota oram circa initiu vite sue et dr notu fac
m dne fine meu et notu fac m numerum dierum meorum i quot diebus.

stabo in ista tribulacione, quis est numerus i. quanto tempore viuam et durabo in istis miserijs, ut sciam quid desit michi i. ut sciam quamdiu vltra
mea miseria durare debeat, vel ut videns plus michi de esse quam
ad esse humilis fiam, vel ut sciam quid desit michi ad vitam eternam, et isti
dies sunt sine mensura vel sic notum fac michi numerum dierum quis est i. quantus
et quantum restat vsque ad cristi aduentum ut sciam quid desit michi scilicet ad
eum videndum, vnde sancti valde desiderabant aduentum xpisti patet in Symeone
Luce ii°. Responsum acceperat a spiritu sancto non visurum se mortem etc. Ecce
mensurabiles posuisti dies meos et substancia mea tanquam nichilum ante te
ad literam hic allegat breuitatem vite humane dicens Ecce mensurabiles
in hebreo habetur ecce palmos palmus autem est mensura breuis patet quod
dicitur ysaie i. iste iuxta hebreum Ecce breues posuisti dies, et idem facit quod hic dicitur
Ecce mensurabiles quod idem breuis est. Facilis mensurabiles posuisti dies meos
quod id est cito finietur ista captiuitas mea moriar, ex quo ita sunt breues dies mei et substancia mea tamquam nichil ante te est, quod id quod est modicum
quasi nichil reputatur in pectore. Alia lectio sic. hic ostendit modicam reputacionem
temporalium quia vita breuis et natura seu substancia vilis et vanitati subiecta Et dicit
peto ut notum facias michi numerum dierum meorum quia ecce mensurabiles posuisti
dies meos i. ad certam mensuram dedisti michi dies presentis vite, quia breuis
est vita hominis Job xiiii. breues dies hominis sunt Jacobi iiii. quid est vita
nostra vapor ad modicum parens et substancia mea i. natura mea in adam corrupta
vel vita mea temporalis qua hic viuo tanquam nichilum quia valde vilis est
ante te i. ante oculos tuos eternitati tue comparata quia id quod est modicum
et vile quasi nichil reputatur ysaie xl. omnes gentes quasi non sint sic sunt coram te et
quasi nichil et inane reputate sunt. Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo
viuens ad literam Ex quo vita eius est ita breuis et sic est plena durationis
ita plena cogitationis Alia lectio sic hic ostendit quod vita humana est vanitati
subiecta Et dicit verumtamen vniuersa que sunt sub sole sunt vanitas patet mutabilitatem, ad hanc vanitatem pertinet omnis homo in hoc mundo viuens, vel sic
verumtamen omnis homo viuens vita naturali siue bonus siue malus est vniuersa vanitas
i. omni vanitate plenus habet enim in se vanitatem nature culpe et miserie Ecclesiastes primo
vanitas vanitatum et omnia vanitas. Verumtamen in ymagine pertransit homo
sed et frustra conturbatur ad literam in hebreo habetur in obscuritate et idem
facit quod dicitur hic in ymagine quia id quod tantum cognoscitur in sua ymagine
cognoscitur imperfecte et sic homo plene est cognitionis ita sequitur miraculis
vel nimie sollicitudinis ideo subditur sed et frustra conturbatur i. vana sollicitudine
anxiatur Alia lectio sic hic ostendit omnis subiacere vanitati mundane, et primo dicit
vanitatem hominis in affectione secundo in exteriori possessione et dicit quod omnis homo viuit
et per mutabilitatem est subiectus verumtamen i. hec vera est quia in ymagine i. ad similitudinem ymaginis in speculo apparentis pertransit homo i. euanescit et cito
sicut ymago in speculo deficit Jacobi primo considerabitur vultum natiuitatis
sue in speculo, considerauit enim se et abijt est et obliti
quasi fuit: vel ipse homo creatus ad ymaginem dei Genesis primo faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram pertransit i. cito deficit in hoc
mundo, sed et frustra i. in nichilum et inutiliter diuersis negocijs et vanitatibus hominum seculi se occupat et ita bona presentis vite conturbatur que omnia
transeunt Luce x. Martha sollicita es et turbaris erga plurima Thesaurizat et ignorat cui congregabit ea ad literam quia homo vana sollicitudine
anxiatur, subditur ita thezaurizat cum magna sollicitudine et ignorat cui congregabit ea quia forsitan cito morietur et thezaurum suum ignotis relinquetur Alia lectio sic hic ostendit possessionum vanitatem exteriorum, et dicit homo

frustra conturbatur congregando bona temporalia quia thesaurizat divitias cum magna
sollicitudine congregando contra illud Mat. vi Nolite thesaurizare vobis thesauros
in terra, et ignorat cui congregabit ea divitias et possessiones forte extraneis
vel et adversariis quia nescit quibus utetur eis. Eccl. ii Rursum detestatus
sum omnem industriam meam habiturus heredem post me quem ignoro utrum sapiens
an stultus futurus sit et dominabitur in laboribus meis quibus desudavi et
sollicitus fui et est quid tam vanum quod ignoro. Et nunc que est expectatio
mea domine nonne dominus et substantia mea apud te est. Ad literam hic ostendit quod so-
licitudo et spes hominis est ponenda in deo et dicit nunc que est expectatio mea
nonne dominus quasi dicat sic et substantia mea apud te est, et accipitur hic substantia pro divi-
tiis, divitie enim iustorum observantur apud deum. Ysa. lxiiii Oculus non vidit
auris non audivit. Cassiodorus sic hic convertit se ad deum et orationem et ostendit quod ipse
est sua spes et expectatio et substantia seu possessio et dicit et nunc id est inter tot varietates
vite presentis que est expectatio mea id est finis quem spero et expecto. Iob vi Que
est fortitudo mea ut sustineam aut quis finis meus ut patienter agam. Nonne
dominus et hic filius eius qui est finis omnium et premium quem in fide sustineo et cum pa-
tientia expecto, et substantia mea id est merces operum meorum et possessio mea non in terrenis
rebus que sunt vane sed apud te est. Gen. xv Ego sum merces tua magna nimis.
Vel sic et substantia mea id est natura mea apud te est in verbo glose reformanda vel
a te per gratiam unionis assumenda vel ad te inserta vel in te non in rebus
terrenis possessio mea. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me opprobrium
insipienti dedisti me. Ad literam quia ex confidentia divina insurgit ad de-
precandum ipsum id est subveniendum ab omnibus iniquitatibus meis non solum quantum ad cul-
pam, sed etiam quantum ad istius captivitatis penam. Unde subditur opprobrium in-
sipienti dedisti me id est populo babilonico ydolatrie dedito. Cassiodorus sic hic
ponit orationem suam et dicit quia te domine expecto ideo ab omnibus iniquitatibus meis
tam ab originalibus quam ab actualibus tam magnis quam parvis culpis que
veniunt mihi a concupiscentia carnis a concupiscentia oculorum et a superbia vite. Michee
vii Deponet iniquitates nostras et proiciet in profundum maris omnia peccata nostra
erue me quia cum violentia ne aliquid in illis quiescam, opprobrium id est in deri-
sum et in confusionem insipienti id est peccatoribus qui non sapiunt celestia de-
disti me quia ille stultus appreciat cum non conformo me huic seculo. Iob xii
Deridetur iusti simplicitas. Prov. xiiii Ambulans recto itinere et timens deum
despicitur ab eo qui infami graditur via. Obmutui et non aperui os
meum quoniam tu fecisti amove a me plagas tuas. Ad literam obmutui et
non aperui os meum ad vindicandum contra illatum mihi obprobrium quoniam tu fecisti me
subiciendo eis permittendo, ideo amove a me plagas tuas id est penas istas
mihi a te inflictas. Cassiodorus sic hic ostendit exaudicionis regulam scilicet humilem
patientiam et dicit quia obprobrium insipientibus dedisti me, ideo obmutui id est non cogitavi
contendere contra adversarios meos nec verbis contra proximum mihi exprobrantem
et non aperui os meum id est non murmuravi contra deum hic permittentem, sed cum
silentio et patientia omnia pertuli quia tu fecisti id est hec ita disposuisti et me
talem ut omnia paciens. Ysa. xlv Ego dominus faciens pacem et creans malum.
Amove a me plagas tuas. Glosa quia tu me fecisti noli me extirpare
sed tamen corrige id est percute ut perficiar sed non ut deficiam sicut miles equum. Vel
sic amove a me plagas tuas id est mitiga penalitates a te mihi inflictas
vel commuta eas in delectationes eternas. Iob xvii Libera me domine et pone me
iuxta te. Vel amove a me plagas tuas id est penas quas primis parentibus
inflixisti et que nobis cum iure hereditario veniunt. Vel amove
a me plagas tuas quia potes quia fecisti eas. Amos iii Si erit ma-
lum in civitate quod dominus non fecerit. Iob v Ipse vulnerat et medetur.

Aliter lectura et expositio sic obmutui in confessione peccatorum et non aperui os meum in corde per dimissionem corrodentium peccatorum quoniam tu deus fecisti permissionem amove a me plagas tuas id est non permitte super me plura peccata et a commissis me libera. Notandum quasi dicat sunt tria que faciunt hominem mutum corporaliter et spiritualiter in scelere. Prima est frigiditas ut in paraliticis et per hoc significatur timor pene portande pro peccatis. psalmus timor et tremor venerunt super me. Secunda est macies lingue et per hoc significatur enormitas peccati os peccatoris claudens. psalmus obstructum est os loquentium iniqua. Tertia est lingua suppressio et per hoc significatur spes longioris vite. Luce xii anima mea habes multa bona in annos plurimos. Quarta est immissio calami vel ligni in guttur et per hoc significatur desperatio venie cum dilatatione culpe. Genesis 4 dixit cain maior est iniquitas mea quam ut veniam merear. A fortitudine manus tue ego defeci in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem. Aliter a fortitudine manus tue id est percussionis tue ego defeci quia non potens vel saltem cum difficultate sustinere et hic terminatur psalmus in hebreo et in translatione. Ego et sequens versus incipit cum dicit in increpationibus id est duris percussionibus propter iniquitatem corripuisti hominem id est israelem quasi dicat licet punitio tua sit dura tamen est iusta. Aliter lectura sic hic ostendit pene sue instabilitatem dicens amove a me plagas tuas ita quidem quia a fortitudine manus tue id est percussionis tue graviter punientis ego defeci non potens sustinere contritum meum in increpationibus id est tuis duris percussionibus scilicet humano cum et defeci non potens sustinere tantam fortitudinem non valens evadere manum tuam nesciens unde tam increpationem istam psalmus et in ira tua defecimus et quia tu deus omnia facis iuste ideo propter iniquitatem corripuisti id est correxisti ex gratia hominem peccatorem aliter enim iniquitas in infinita tenderet in peius Cassiodorus iniquitas quippe mortalium more putredinis sine fine vagaretur si eam medicinalis increpatio minime resecaret sed tu flagellorum. Glossa plage dei tendant ad gaudium. Cassiodorus psalmus omne gaudium existimate fratres. Videtur quod male petat plagas istas amoveri. Responsio hic petit non propter flagellari sed propter pericula impatientie dei dicitur patre. Glossa quia tu me fecisti noli me estimare ut si et tabescere fecisti sicut araneam animam eius. Verumtamen conturbatur vane omnis homo. Ad litteram in hebreo et in translatione. Ieronimus iuxta hebreum habetur sic tinea animam eius id est vita eius reddidisti contemptibilem et conculcatam coram babiloniis. Verumtamen vane conturbatur omnis homo quasi dicat licet iuste posuerunt nos in captivitatem in babilonia abutuntur in persecutione et tam nos provocantur sine causa. Aliter lectura sic hic allegat humane vite fragilitatem et primo ex parte interius qua solicitatur. 2º ex parte exterius qua turbatur et dicit quia corripuisti hominem propter iniquitatem et tabescere id est languere vel deficere fecisti id est permisisti animam eius vitam eius sicut araneam que egestione viscerum suorum telam texit moritur sic et homo dum extrahit ex se iniquitatem spiritualiter moritur. Cassiodorus psalmus que cupiditati cum gressit parit peccatum peccatum vero cum consumatum fuerit generat mortem. Verumtamen id est nihilominus omnis homo vane conturbatur id est in vanis temporalibus solicitus est non obstante periculo peccati. psalmus xxv conturbat domum suam qui sectatur avaritiam. Aliter expositio in bono sic corripuisti hominem propter iniquitatem et fecisti tabescere id est contemptibilem esse ab insipientibus et ab adversariis sicut araneam animam id est vitam eius. Vel sic tu fecisti animam eius tabescere id est ab omni malicia deficere sicut aranea.

Aranea enim quia pedes tenues in alto stat telas egestione viscerum texit domum sibi facit rabida est et infirma sic anima hominis torrentium et ad deum conversi attenuatur corporaliter per maceracionem in alto stat spiritualiter per contemplacionem telas subtiles texit per bona opera domum sibi facit per spem beatitudinis tabescit id est humiliatur per ex dei gratiam et per

dei timorem / verumtamen licet sic habebat vane conturbatur omnis homo vivens
i non extra eius de gratia dei laborans in initiis vite sue Luce x marta
tha sollicita es etc vel sic verumtamen i licet corporaliter licet habebat tamen
omnis homo vivens vane i in vanis temporalibus inquietatur avariciam sectando
quia tales labores sunt sine fructu beatitudinis Exaudi deus orationem meam
et deprecationem meam auribus percipe lacrimas meas Ad literam hic subdit
deprecationem de liberatione a servitute babilonica dicens exaudi orationem meam auribus
percipe Alle ler sic hic est dyapsalma et est tria pars principalis in qua orat
deum ut sibi assistat inter mundanos casus et dicit Exaudi deus orationem meam quam
ore ad te oro pro bonis adipiscendis / ne vanitati adhaeream / et depreca
tionem meam quam corde oro a malis amovendis ut inter electos tuos per
maneam Vel sic oratio est singularis voti intimacio / deprecatio est frequens supplica
tio ab ymo cordis / auribus percipe lacrimas meas i devotionem meam ex
compunctione cordis procedentem / unde oratio est sicut semen / lacrima sicut pluvia
sic nec oratio si non habuit devotionem cum lacrimis / pro qui seminant in lacrimis
Ne sileas quoniam ego advena sum apud te et peregrinus sicut omnes patres mei
vel ne sileas i dissimules te audire / quoniam advena ego sum in terra
babilonis apud te q. d. tu ibi colo te / et peregrinus sicut omnes patres mei
scilicet abraham ysaac et iacob peregrinati sunt in terra aliena / ut patet gen viii
et xxvii / Alle ler sic hic petit consolationem spei et evasionem periculi et dicit
exaudi deus orationem meam et ne sileas i ne dissimules audire orationem meam
sed fac me audire vocem tuam intus in corde meo dicentem salus tua ego
sum ut tandem audiam vocem tuam extrinsecus cum dices omnibus electis venite bene
dicti mei etc Mat xxv / quoniam advena ego sum quia de civitate dyaboli
babilonia apud te in celum translatus hoc est in ecclesia triumphante in qua
sum non in re sed in spe / et in contemplatione / vel advena apud te quia veni
ad fidem tuam et de servitute peccati in libertatem gratie / Alia littera habet / incq
linus sum ego Augustinus in quidam inquilinus vel inquilinus sum non habens perpe
tuam mansionem Bene hac adiectione mutavit ut exprimeret / et peregrinus propter mor
talem vitam quam gero quia est viator / sicut omnes patres mei i antecessores
qui illic ad te migraverunt vel qui ad fidem tuam accesserunt / unde Senece
Credam me intrare mortem sequi / redibit / sed nec primus nec ultimus omnes
me antecesserunt / omnes sequentur me / 2 Reg v / Scientes quoniam dum sumus
in hoc corpore peregrinamur a domino Remitte mihi ut refrigerer / prius quam abiam
et amplius non ero Ad literam remitte mihi culpam et captivitatis penam ut re
frigerer per tuam consolationem / priusquam abiam de vita presenti per mortem et amplius
non ero scilicet in statu merendi / vel in statu quo possum in regnum merere ve
nire Alle iste psalmus potest exponi de david qui fugiebat a facie absalon
sic dixi i firmiter in corde meo proposui / custodiam vias meas ut non de
linquam lingua mea murmurando contra deum de afflictione mea / posui ori
meo custodiam cum consisteret peccator adversum me i semei in maledicendo et
lapides et terram contra me proiciens 2 Reg xvi / Obmutui nil respondendo
sibi et humiliatus sum / magis enim humilitas fuit quod rex maledictum patien
ter sustineret / et silui a bonis / iste enim semei erat dignus morte propter ta
men lese maiestatis / propter quod dixit tunc abisai / quare maledicit canis
mortuus domino meo regi / vadam et amputabo caput eius / David autem
prohibuit eum / et sic silui a bono iusticie fiende / non tamen peccavit / sed
tamen magis meruit sustinendo patienter ex humilitate / unde dixit dimitte
eum ut maledicat si forte dominus respiciet afflictionem meam / et dolor meus
renovatus est / quia tunc recoluit in speciali de malicia filii sui absolo
dicens ecce filius meus qui egressus est de utero meo querit animam meam /

contra magis mus filius gratiam. de qua malicia valde dolebat. unde
et mortuo absalon in sua malicia dicebat 2 Reg xviii quis michi tribuat
ut ego moriar pro te absalon fili mi lugens eius dampnacionem. Contur
cor meum etc ex caritate quam habet ad filium dolebat de eius culpa magis
quam de persecucione ab eo sibi facta. locutus sum etc hic describitur eius de
confidencia et primo describit suam desiderium dicens locutus sum lingua mea te de
precando corde et ore notum fac michi domine finem meum et finem persecucionis
in qua sum et numerum dierum meorum quis est id est quot dies stabo in ista tri
bulacione ut sciam quid desit michi id est quantum expectabit me usque sustinere quod
cum difficultate ista possum sustinere et ideo desidero finem scire. Ecce men
surabiles id est breves posuisti dies meos et substancia mea id est vita mea
tanquam nichilum ante te. ex quo modicum est quod nichil reputatur. 2o prodit
ad omnem hominem suam desiderium generaliter dicens verumtamen universa vanitas omnis homo
vivens ex quibus hominibus ita est brevis vite quod quidquid contingit in ea debet reputa
ri in ea et sic est modice duracionis ita est proprie condicionis ideo subdit
verumtamen in ymagine et etiam mutabilis et frequenter noxie sollicitudinis ideo
subdit sed et frustra conturbatur et exponitur sic in presenti expone de iis 3o
Et nunc que est expectacio exponitur sic in premissa expone et quod de solo deo
est confitendum ideo conuertit se ad ipsum deprecandum. Ab omnibus iniquitatibus
meis erue me non solum quantum ad culpam sed etiam quantum ad penam michi
a te inflictam que non solum est dura sed etiam ignominiosa ideo subditur. Obp
brium insipienti dedisti me scilicet semei in maledicendo ut supra. Obmu
tui patienter sustinendo ut predictum est quoniam tu fecisti. Unde dixit david
2 Reg xvi dominus enim precepit ei ut malediceret. David tamen peccavit semei
hoc faciendo ex iniqua voluntate hoc faciebat. Dicit enim aliquando malis
cordibus venit ad bonum ut supra dictum est. Amove a me plagas tuas id est
penas iuste inflictas a quibus non possum liberari nisi per te. A fortitudine
manus tue id est percussione tue etc exponitur sic prius usque ibi. Corripuisti ho
minem id est iniquum ex fragilitate sua peccantem. Et tabescere fecisti sicut
araneam animam meam id est vitam meam vel personam reddidisti contemptibilem
coram absalon et eius complicibus. Verumtamen vane conturbatur omnis homo scilicet de
israel. ubi quod subditur 2 Reg xv toto corde universus israel sequebatur absalon
et isti vane conturbabantur contra david. cum quod non habuit causam iustam. cum quia
non evaserunt interitum sed magis confusionem. Exaudi oracionem meam hic ultimo
ponitur instancia oracionis ipsius david cum dicitur exaudi oracionem meam deus pro effectu
liberacionis mee auribus percipe lacrimas meas. flevit enim david in
illa persecucione ut habetur 2 Reg xv david ascendebat clivum montis flens
et operto capite et nudis pedibus incedens. Ne sileas id est ne tardes sive
dissimules audire deprecacionem meam quoniam advena ego sum apud te et
hoc dixit quia erat fugitivus de sua civitate regia sicut omnes patres mei
id est patriarche sancti qui in terra aliena fuerunt advene et peregrini ut predictum
est. Remitte michi scilicet adulterium cum bersabee et homicidium urie. propter que
david paciebatur persecucionem a filio suo absalon sicut nathan sibi pre
dixit 2 Reg xii hec dicit dominus ecce ego suscitabo super te malum de do
mo tua etc ut refrigerer per tuam consolacionem prius quam abeam de vita
presenti per mortem et amplius non ero scilicet in statu merendi. Moraliter
iste psalmus posset exponi de quocumque fideli existente in afflictione corporali
per peccatis suis et sustinet eam paciens et confidens de divina misericordia ipsam
implorat devote et instanter et consideratis predictis littera ista potest ad
hoc de facili applicari. Remitte michi ut refrigerer etc. Alie lectiones sunt

hic petit evasionem periculi dicens quia tamquam peregrinus sum huius mundi expecto
id remitte michi peccata quibus astringor tamquam funibus ut refrigerer ab
incentivis carnalibus et tumultibus secularibus vel ab estu viciorum et ardore
et hoc propter amorem eternorum priusquam abiam id est recedam ab hac vita extra
locum huius mundi et amplius non ero id est non revertar et non ero in statu me
rendi Job x dimitte me ut plangam paululum dolorem meum etc
vnde an tatem irrevocabilis sunt providendum est ideo ante clausionem
ianue festinandum est peregrino ante finem vite subveniendum est miserio
quia post mortem non est culparum dampnabilium remissio Bore

Expectans expectavi dominum et intendit michi ad literam titulus ·XXXIX·
in hebreo ad victoriam psalmus david in textu id est iuxta hebreum dicitur pro
victoria canticum david et ideo fecit et post exemplum ex persona de
una hoc psalmi ysa. ca. dicit quod david fecit hunc psalmum pro beneficio ex
hibito populo israel in exitu de egipto quia tunc fuit eductus de
servitute dura et vili quod notum tunc dicit et eduxit de lacu miserie et
de luto fecis sed huic exposicioni repugnat quod subditur sacrificium et oblacionem
voluisti etc in quo describitur evacuacio sacrificiorum et oblacionum veteris
testamenti ista autem tunc non fuerunt reprobata sed magis adhuc instituta in
monte synay et ideo alie exposiciones a doctoribus katholicis quia apostolus ad hebreos x
inducit literam huius psalmi ad literam in persona christi ut infra patebit et
ideo ad literam intelliguntur de david seu quocumque alio et misterie de christo
exponendo ergo istum psalmum de christo notandum sunt due regule exponendi sacram
scripturam prima est de domino et eius corpore quod est ecclesia seu fidelium aggregacio
quod propter connexionem capitis ad corpus et econverso ideo sacra scriptura frequenter sub
uno contextu transit de uno ad aliud loquendo quasi de una persona unde act.
ix dicitur Saule Saule quid me persequeris id est corpus meum misticum et sequitur
ego sum ihesus nazarenus hoc ad personam domini refertur Alia regula est
de corpore domini bipartito quia in corpore domini mistico commiscentur sibi boni cum mal
usque ad adventum iudicii et tunc segregabuntur et racione huius commixtionis
aliquando vituperantur boni cum malis ysa. 1o cognovit bos possessorem suum et
asinus presepe domini sui israel autem me non cognovit aliquando autem econverso
mali commendantur cum bonis Osee xi puer israel et dilexi eum hiis premissis
sciendum psalmus iste dividitur in 3 partes primo enim misterium incarnacionis premittit
dicendo quia ex parte corporis mistici 2o huius misterium ponit ex persona christi ibi sa
crificium 3o devota deprecacio pro statu corporis mistici ibi tu autem domine
primo dicit in persona mistici Expectans expectavi dominum quia sancti patres de
corpore mistico christi existentes per fidem cum magno desiderio expectaverunt
adventum christi unde dicebat lxiiii ysa. utinam dirumperes celos et descen
deres et intendit michi id est oracionem fidelium de adventu christi et exaudivit precem me
am in mundum veniendo Gal. iiii sic In presenti psalmo agitur de temporalibus
ad eterna transire et ob hoc temporalia contempnere et celestia expectare
hoc subditur de fructu sic transeuntis quia quod expectavit adeptus est unde
agitur hic de adventu christi et mutacione veteris testamenti in novum quod ille
desiderabat unde titulus concordat qui est In finem psalmus david id est iste psalmus
dirigens nos in finem scilicet christum et novum testamentum consummans est dau
id literalis et auctor spiritualis et ut vitantur et loquitur in persona
capitis christi et membrorum Summa est mutacio veteris testamenti in novum quia
novum testamentum est finis veteris testamenti quia veniente novo testamento vetus
testamentum consummatum est ad minus quantum ad cerimonialia causa huius psalmi
est expectacio christi et novi testamenti ab ecclesia Intencio est iudeos a ceri
moniis et gentes ab ydolatria revocare ad novum testamentum Modus

qua est brevitas sic ps agit de corpore fidelium ipsius 2o de capite scilicet xpo
ibi Amen amen et holocaustum. In prima parte tangit tria beneficia sibi a
xpo exhibita et percepta dicit sic in persona patrum antiquorum Expectans
longanimiter et perseverant in obedientia mandatorum dei expectavi in hoc mundo
et in limbo feliciter adventum xpi desiderando Ysa lxiiij utinam dis-
rumperes celos atque descenderes expectavi dominum qui potest salvare Luc vij
Tu es qui venturus es an alium expectamus et intendit mihi id est inclinavit
se ad me et ad meam utilitatem sicut princeps obsesso prestolanti eius au-
xilium Et exaudivit preces meas et eduxit me de lacu miserie et
de luto fecis. ad l(itteram) et exaudivit preces meas in mundum veniens et eduxit
me de lacu miserie etc quia resurgens a mortuis eduxit sanctos patres de
inferno. Aliter sic hic ostendit quod orantem diligenter audit et dicit et ex-
audivit preces meas sic pius dominus vota pauperum Ysa lviij tunc in-
vocabis et dominus exaudiet. et eduxit me per suam predicationem et suorum
fidelium de lacu miserie id est de profundo carnalis cupiditatis de quo Tren iij
lapsa est in lacum vita mea vel de lacu miserie id est de carcere et vinculis
peccatorum Prov v funibus peccatorum suorum constringitur homo. vel de lacu id est de te-
nebris infidelitatis vel de lacu id est de limbo profundo miserie in quo est
defectus celestis gaudii et de luto fecis vel limi id est de operibus lutosis
et fetidis que inquinant animam Exo v affligebat eos operibus duris
luti et lateris Nota peccatum dicitur lacus propter defectum qua ligat et dicitur
lacus miserie propter animam quam maculat et fecis propter offensam qua a deo
elongat. vel lacus est tenebra infidelitatis, lutum est opus sordidum et hoc
Sap xv luto vilior est vita illius qui ignoravit eum qui se finxit. Item
nota limbus dicitur lacus propter profunditatem loci et miserie propter defectum gau-
dii. dicitur lutum fecis propter carentiam visionis dei Zach ix tu autem in sanguine
testamenti tui emisisti vinctos de lacu Et statuit super petram pedes meos
et direxit gressus meos ad litteram statuit super petram id est xpm i Cor x
petra autem erat xpus pedes meos id est affectus meos quibus ad deum graditur
per predicationem enim xpi et apostolorum reliquerunt homines terrena temporalia et to-
tum affectum suum posuerunt in deo. et direxit gressus meos id est actus meos in
vitam eternam. et hoc per legem evangelicam que introducit ad beatitudinem
quod lex vetus facere non poterat Hebr vij nichil ad perfectum adduxit lex Ali-
ter sic hic ostendit. quod ostendit in effectu quod ab eo petierat et dicit Eduxit me
de luto fecis in quo eram sicut gentes ydola colentes vel homines terrena
amantes et statuit id est firmavit super petram firmitatem vel xpm i Cor x
petra autem erat xpus pedes meos interiores scilicet intellectum et affectum, intel-
lectum stabiliendo in fide et affectum in caritate dei radicando id est ut te
crederem et te diligerem per predicationem tuam et apostolorum et legem evangelicam
gressus meos id est actus meos in hac vita ne recederem sed potius iuxta
voluntatem divinam ambularem proficiendo de virtute in virtutem Prov iij In
omnibus viis tuis cogita illum et ipse diriget gres-
sus tuos Et immisit in os meum canticum novum carmen deo nostro.
Ad litteram istud fuit impletum quando apostoli et alii discipuli accepto spiritu sancto
loquebantur variis linguis magnalia dei Act ij Aliter sic hic ostendit quod
dominus adiuvat predicatores ad utilitatem doctrine ut instruat proximos et det
laudem deo. et dicit direxit dominus gressus meos id est opera mea in bono et immi-
sit id est dedit in os meum scilicet cordis et corporis carmen novum id est predicationem
nove legis scilicet evangelii que obedientes innovat et facit novum hominem
quam nemo potest docere nisi sit innovatus. Unde vetus canticum fuit carmen

pro oculo dentem pro dente, sed canticum novum est miraculum vobis et non
sacrificium Mat. v audistis quia dictum est antiquis non occides et veteri
canticum fuit de egyptiorum subversione hebreorum liberacione Exo. xv novum
canticum est de Christi nativitate passione resurrectione carmine ymnorum et grati-
arum per hujusmodi placens deo meo non histrionibus non metricis
Hest. iii ut viventes laudemus nomen tuum domine et ne claudas ora
canencium te. Videbunt multi et timebunt et sperabunt in domino Ad litteram
quia ad vocem et ad vocem et predicacionem apostolorum et aliorum cum eis deum
laudancium, que multitudo et mente confusa est primitiva admira-
cione ut Act. ii et timebunt et sperabunt in domino quia audita voce beati
petri, multi compuncti sunt corde de Christi morte et conversi sunt ad fidem, et
apposite sunt in die illa anime circiter tria milia ut ibidem dicitur Tale legi-
tur contra adiutorium quod sentitur est adeo auditoribus verbum eius et dicitur ad
conversionem et dicitur sic multi credentes predicatoribus scilicet eius vel etiam
Christus videbunt vel intelliget et cognoscet tempus Christi iam venisse et mi-
racula fecisse, et timebunt secundum vias malas quia intelliget se esse
peccatores et attendet divinam potenciam Luc. v repleti sunt timore dicen-
tes quia vidimus hodie mirabilia et sic fuimus rem, et sperabunt in domino
de remissione culpe. Vel cernite dei cognoscendo in propria vindicacione causa
timore pene in malis quia enim cognoverit deum iustum timet, et quia
benignum sperant Sic igitur omnes qui vident sapientiam dei timent pro
sperant bonitatem. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius et non re-
spexit in vanitates et insanias falsas, ad litteram beatus vir cuius nomen
dei id est ihesu Christi spes eius Act. iiii non est aliud nomen sub celo datum
hominibus in quo oporteat nos salvos fieri, et non respexit in vanitates
id est in leges gentilium ydolatrie deditarum, et insanias falsas id est errores
iudeorum contra Christum obstinatorum quia ipse dixit insaniae quia audiunt a me-
tis sanitate Tale legitur sic legitur pomum gustorum comedatorum quia quos sunt
ad bonum inguinibilem a bono omnium et dicitur multi sperabunt in domino.
Et beatus vir cuius nomen domini id est ihesus salvator est spes eius Glosa qui non
specialia sperat ab eo sed id sperat quod nomen eius indicat scilicet salutem, et tur-
ris eius ubi supplicite more hebraico Prov. xviii turris fortissima
nomen domini ad ipsum currit iustus et salvabitur et non respexit oculo affectus
id est non affectavit vanitates Glosa terrena que vana sunt in se, et insanias
falsas id est rixas que inde nascuntur Ps. filii hominum usque quo gravi corde
ut quid diligitis vanitates id est omnia ad voluptatem carnalem pertinencia dicit vanitates
quia non saciant concupiscibilem sicut nec potus ydropicum Eccl. xi adolescen-
cia et voluptas vana sunt, et insanias ipsa bona terrena quia
insaniunt venabile sicut vinum et alia Sap. xiiii dum letantur insani-
unt, vel que faciunt homines insanire et superbire, et falsas quia fallunt ca-
pabilem cuius erat detestari malum sicut querens putida de nocte
appetentem Ysa. v ve qui dicunt bonum malum, et malum bonum Multa
fecisti tu domine deus meus mirabilia tua et cogitacionibus tuis
non est quis similis sit tibi Ad litteram hic ostendit magis de misterio incarnacionis
Christi, cum dicitur, Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua in mundum
creando et gubernando sed magis fuit mirabile tempus recreando
per tuam sanctam incarnacionem et passionem id est scilicet et cogitacionibus tuis quibus
ab eterno disposuisti misterium tue incarnacionis non est quis similis
sit tibi quod dicitur hoc mirabile excedit omnia alia Cum hebe autem

et cogitacones tue nobis i pro nobis h' qr tunc erit Luce in translacione Hebe et ibi finis v's9 et expo' sic prius et cogitatones tue q
bus ab eterno disposuisti carnem assumere p nobis s' sunt qr sup
tam m'a salute no est quis similis sit tibi principium e v's9 sequens
et quis' cu lra secunda sic no e quis similis sit tibi sz i mira
bilibus faciendis et maxie in mirabili incarnacione Alia lra sic
hic prius ad deum quis solvit debita preconia commendans ipm
sz ab ope et a sapia et dt tu dne qui potens deus qui sciens
et sapiens es meus qui vis et ista sufficiunt ad operandum et p'p
agentis multa fecisti i sufficiencia opa tua mirabilia sz mundu
creando et gubernando et redimendo p tua scam incarnatoem et pa
ssionem glorificando miracula spualia et corporalia faciendo et
cogitacionibus tuis quibus fecisti illa miracla et quibus ab eterno
disposuisti misterium tue incarnatonis p nobis fieri vel cogitaco
nibus tuis i sapia operandi sola cogitacone no aliquo labore ne
consilio alieno no est quis similis sit t' in predictis sz in sapia in
potencia et in mirabilibus faciendis Exo xv quis similis sit in diis
tui magnificus in sctitate Nota opa sunt dei multa quo ad suffic
operis mirabilia quo ad modum operacionis tua quo ad ordinem
finis nulla similia quo ad sapiam operantis Annunciavi et locutus
sum multiplicati sunt sup num ad lram annunciavi et locutus
sum s'm pg litteram meum sed qr excedunt facultatem humanam no subor
multiplicati sunt sup num In translacione Ieronimi hebe plura sunt quam
ut narrari queant sz mirabilia tua maxie in misterio incarnacois
gesta et ideo d' hic multiplicati fore e lra corrupta vitio scriptor
Convenienter multiplicari y multiplicata vel si sit lra vel supplendum
est sic multiplicati sunt effectus tuorum mirabilium Alia lra sic prius
tractat de corpe sz de ecclia hic tractat de capite sz xpo et pus
de eius incarnatione 2o de incarnati predicacione ibi In capite libri
Et dt ego xe annunciavi pus tua mirabilia p pphas pus hoc locutus
sum in psona ppa carne assumpta Hebe po multifarie multisque mo
dis olim qr deus loquens in pphis patribus novissime locutus e in filio suo
multiplicati sunt effectus tuorum mirabilium sup num i ut enarrare nequ
eant vel multiplicati sunt mali sup num electorum Mat xx multi sunt vo
cati pauci vo electi vel multiplicati sunt mali sup num i sup id qr
posset aliquis credere Eccl po stultorum infinitus e num vel sic mul
tiplicati sunt credentes sup num prius credencium Act xvi ecclie co
firmar' fide et habundabat num cotidie Sacrificium et oblacom no
luisti aures aut perfecisti michi ad lram hic ondr id misterium
incarnatonis xpi qr ppha transit de corpe ad caput p modum predcm
Circa qd sciendum qr una causa huius incarnatonis xpi fuit ad su
pplendum imperfectionem legis p xpm x in incarnatum sic ipse dixit
Mat v no veni solvere legem sed ad implere In lege aut erant
aliqua precepta cerimonialia de sacrificiis et oblacoibus offerendis
hec aut sacrificia erant imperfecta qr no poterant auferre pcta et ideo
ista imperfecta fuit sublata p unum sacrificium pfectum s' corpus cristi
in cruce oblatum qd succedit oibus sacrificiis veteris legis Hebe x
Impossibile e sanguinem hircorum aut taurorum auferre pcta ideo ingre
diens mundum sz dei filius p suam incarnatonem dt hostiam et obla
tionem noluisti corpus aut aptasti mi i corpus passibile aptum immolari

Et hoc est quod dicitur licet aliqua vocabula sint mutata quia xpus et apostoli non
semper allegauerunt scripturam veteris testamenti de verbo ad verbum dicit ergo in persona
xpi christus loquentis deo patri Sacrificium de animalibus et de auibus et oblationem
que fiebant de rebus inanimatis ut de pane simula oleo et similibus noluisti
quia talia non erant deo accepta de se sicut est corpus xpi quod cotidie offertur
in altari sed tantum in fide offerentium aures autem perfecisti mihi id est aures prestitisti
ad obediendum quia fuit obediens patri usque ad mortem crucis phil 2 Alexander
le sic hic ostenditur quod deus noluit sacrificia et oblationes iudeorum et dicit xpus qui humanatus
est et locutus sit in persona propria carne assumpta quod sacrificia veteris legis
non sufficiebant ad salutem et non poterant auferre peccata quia tu pater sacrificium
quod fiebat de animalibus et de auibus et oblationem que fiebant de rebus inanimatis
ut de pane simula etc noluisti postquam veritas per oblationes illas
significata est exhibita quia legalia erant signa promittentia et significantia
salvatorem venturum tamdiu est permissum donec daret ut autem dedit cessat
signum aures autem perfecisti mihi id est prestitisti aures dedisti mihi ad obediendum
quia fuit obediens patri usque ad mortem crucis phil 2 vel sic aures perfecisti
mihi id est perfecte me fecisti intelligere voluntatem tuam quod velles et quod non
non sicut iudeos Ioh xvii pater iuste mundus te non cognouit ego autem cognoui te
vel secundum aliam literam corpus autem aptasti mihi id est corpus passibile aptum immolationi
dedisti mihi vel secundum augustinum corpus autem perfecisti mihi id est perfecte dedisti sine fomite
et sine peccato pe qui peccatum non fecit pe 1 cor xi hoc est corpus meum
quod pro vobis tradetur non pro me quia non indigeo littera apostoli hebr x sequitur
corpus autem aptasti mihi id est aptum ad offerendum pro peccatis dedisti quia mortale
et immaculatum pe pe 2 peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum

Holocaustum pro peccato non postulasti tunc dixi ecce venio ad literam
holocaustum hic erat quoddam genus sacrificii quod totum incendebatur ad honorem
dei et pro peccato id est hostiam pro peccato cuius una pars incendebatur et alia erat
sacerdotum non postulasti quia talia non fuerunt deo de se accepta tunc dixi
ego xpus ecce venio ad offerendum sacrificium acceptissimum deo scilicet me
ipsum Alexander le sic hic ostenditur inutilitatem holocaustorum legalium et dicit
holocaustum id est sacrificium quod totum cremabatur ad honorem dei et hostiam
pro peccato cuius una pars incendebatur et alia erat sacerdotum vel etiam
alias oblationes factas pro peccato ut simulam thures capras et arietes de
quibus leuit v vel pro peccato id est hircum emissarium qui mittebatur in
desertum cum peccatis leuit xvi vel holocaustum vitule ruffe que tota
cremabatur cum fimo et intestinis num xix et hoc reputabatur precipuum
sacrificium ad purgandum peccata inter omnia alia sacrificia non postulasti
le vi holocausta vestra non sunt accepta victime vestre non erant placentes
mihi et ex quo ista sunt insufficientia nec tibi placent tunc ego xpus
dixi ecce venio in carne assumpta ad offerendum me sacrificium acceptum
secundum meipsum ad placendum tibi et ad placandum te hebr x Aufert primum
ut sequens statuat Deo quod dicitur ex quo deus nolebat ista cerimonialia
et sacrificia tunc ea precepit fieri Respondetur propter tria primo ut plus occuparentur
si esset ociosi augustinus nichil laboriosius quam non laborare
2o ne demonibus hec ab eis offerrentur sicut fieri videbat in egipto
3o ut futura per ista significarentur 1 cor x hec omnia in figura
contingebant illis In capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem
tuam deus meus volui et legem tuam in medio cordis mei ad
literam Iste liber est liber omnium predestinatorum de quo dicitur in ps

lxix deleant' de libro viuencium In capite aut' huius libri d' esse desti
ptum illud q' p'o et principale ptinet ad diuinaz p'destinacoz lo cui
In capite lib' s3 diuine p'destinacois / scriptu est de me ut faciaz volu te
tua xp'c q' dt xc Ioh vi descendi de celo no ut facia voluntatem
meaz sed voluntatez eius qui misit me et q' voluntas deliberata xpi
hois ht erat diuine voluntati conformis lo subdr' deus meus volui et le
gez tuā i medio cordis mei / s3 legē eternā ca Alr' le' sic hic agit d
xpi p'dicatoe et p'o ont' debita dispon p'dicatoz s3 ut se conforme
voluntati diuine et q' heat plenā cognitioni diuine legis et dr sic p'o
intelligēdo de libo scali / dixi ecce venio / q' in capite libri i in p
ncipio pm' psi s3 btūs vir qui nō abiit zc scriptu est de me ut
ste dni voluntas eius i ut faciez voluntatez tuaz nō meaz Ioh vi
descendi de celo nō ut facia zc ut s3 essez obediens usq' ad mo
tem offerens me p vita hoim deus meus volui i voluntate tuā imple
re Ioh iiii meus cibus ē ut faciaz voluntate eius qui misit me et
legē tuā i precepta tua et doctrinaz eternā ca habui in medio cor
dis ht ea meditādo puit scriptu est de me i capite lib' et in lege
eius meditabr' die ac nocte Alr' expor' sic liber ē xpe xc apoc v
vidi in dextra sedentis sup thronū i patris libz i xpm scriptu intus
p virtutes et foris p vtutum opatoēs huius caput est deus pr' pa Co
xi caput x' deus / dr' qd in capite libri i caput deū prez qui ē capu
m' scriptu est de me i p'finitu et determinatu ut faciez voluntatez tuā
deus meus prē te p'dicando / et usq' ad morte t' obe do et volui i tu
voluntatez impleui et etiā legē tuā volui imple i medio i ex[in]
to corde meo q' nō veni solue legez sed imple / Matt v Annunci
aui iusticiā tuā in ecclia mag' ecce labia mea nō p'hibebo dne
tu scisti / Ad litaz annūc iusti tuā i legē eternitaz q' continet iustia
pfectaz / in ecclia magna i in templo vbi oēs iudei conueniebāt in quo
frequent' xc docuit ut scribit qua or' eternā' / Alr' in ecclia magna
p totū orbez diffusa in qua xc p aplos promulgauit eternā ps xviii
In oēz terraz exiuit sonus eoz / ecce labia mea nō p'hibebo a promul
gacoē vitatis eterne p me et alios doctores eccle Alr' le' sic hic
agr' de x' p'dicacoe q' p'dicat' euidenter et constanter et dt annunciaui p
me et p meos discipulos / iusticiā tuā qua iustus es in te et zm' qua
es iustificās quo ad alios vn deus est sic sol / cuius iusticia ē sic lume
emanās a sole Malach 3 vobis timentibus nomē meū orietr' sol iusti
Vel sic annunciaui p me et p meos aplos iusticiā tuā i legē eterna
que continet pfectaz iusticiā / in ecclia magna i in congregacōe publica
fideliū ut in ecclia mag' p totū orbē difusa et in eternū duratura
Vn ecclia fideliū dr' mag' altitue q' caput eius s3 xc ē sup astra /
est mag' latitue q' vbi p orbē terraz difusa / et ē mag' longit' e
q' hr' duratura ut hic ut in glā / ecce labia mea nō p'hibebo /
loqui et p'dicare iusticiā tuā p't timore mundanū seu humanū / et
hoc faciā sine simulacoe simulacoe / dne tu scisti i cognouisti cor
seminasti multum sed modicum et intulisti parum in horreum ecclesie sed paucos
fideles et hoc est contra pii sed apparentiam · vel tirannorum flammam opinionem peccatoribus
sunt ex filiis israel multiplicarentur per eorum opinionem · Sed dominus cuius quod vendidit
si precium non habuit · Unde dicitur caiphas · hoc genus loquendi inter ydas septuagi
nta vendidit sine precio venditum ubi non constat precium et tunc martiris
non eis constabat de conuersione infidelium sunt pg ea consistit · Posuisti nos
opprobrium vicinis nostris subsannationem et derisum hiis qui in circuitu nostro sunt ·
Ad e · pro nos ob vicinis nostris i gentibus quarum erat terra terra promissionis qui
gaudebant de infortunio iudeorum exprobantes eis et deridentes eos · Alia
lectio sic hic ondit quod diuisi deridentur pro a vicinis et propinquis · Et dicit
vendidisti populum tuum domine i permisisti vendere et posuisti nos opprobrium
quia dicunt eos insanos et magos · vicinis nostris i intra vicinum · Ieronimus cuius
afflictio est quod a vicinis ingeritur quia non tristitie deest quod a circumstantibus
irrogatur · vii · ab vi · quia est mala vicinum et malum mane et sero · vii
surgit pater in filios et quos · subsannationem i obprobrium quod fit cum naso q
tracto ex indignatione · et derisum quod fit visu vel gestu vel ore · hiis qui in
circuitu nostro sunt i qui nostram undique vident miseriam et contempnunt vitam
xx · facti sunt in derisum toti omnes subsannabant me · Posuisti nos in
similitudinem gentibus commotionem capitis in populis · Ad e · qui enim loquebantur de in
fortunio iudeorum aliquorum tunc ponebant pro exemplo vel similitudine infortunium iudeorum
commotionem capitis in populis · solent enim homines mouere capita pre admiratione
qui videt aliquid magnum repente destructum et annichilatum qualis erat
status iudeorum · Alia lectio sic hic ondit quod deridentur ab externis verbis et signis
et dicit non solum posuisti nos opprobrium vicinis nostris sed etiam posuisti nos in
similitudinem i in exemplum maledictionis et improperii ut si velit aliquis alium male
dicere nos ponit in exemplum dicens · sic patiaris sicut fecit lauuerius et vi
cerrus · et tamen formam maledictionis de nobis assumunt propter miseriam sibi im
putando i similitudinem gentibus nisi ut si dicatur maledicat te deus sicut illi
Iob xvii posuit me quasi in prouerbium vulgi · vel posuisti nos in similitudinem
christi ut sicut xpm gentes et iudei inuriis afficerent ita et nos · Io xv si me
persecuti sunt et vos persequentur · commotionem capitis in populis nos deridendo
quia mouent capita sua dicentes · O miser quanta insania vos vexat qui non
perditur inuentum vite et potius appetit mortem quam vitam · vii · enim xxvii
mouebant capita sua dicentes vath qui destruis templum dei et
Tota die verecundia mea contra me est et confusio faciei mee cooperuit
me

Ad locum i orient nr cratio verecundati et confusio faciei mee cooperuit me
Qo enim confuso solet vultu suu operire et se quasi per abscondere. Alii leg sic
Hic post comunitatis irrisionum quos posuisti nos gentibus i similitudinem et i com
pulsum go tota die i continue verecundia i opprobrium et irrisio que causat ve
recundiam contra me est ... i contra illa que merueram ... non servarem in
verecundari deceret. ut contra me est i coram me est tota die i continue. Hec ... de
exprobrantes in me mi confusio faciei mee i confusio apparens i facie per que
dam ruborem non in corde per remorsum conscientie ut confusio faciei mee i rubor
faciei proveniens ex confusione cooperuit me quasi per totum corpus diffusa ut non
possem levare caput. Le iii dormiemus i confusione nostra et operuit nos. A
voce exprobrantis et obloquentis a facie inimici et persequentis. Id est a voce ex
et ob contra populum iudaicum a facie inimici et persequentis quasi non solum molesta
bant eos verbis sed et factis. Alii leg sic Hic post confusionis causa subiun
ad ... adversitatis cordis et oris et operis. et dicit confusio faciei mee cooperuit
me a voce exprobrantis aperte maledicentis ... in facie et insultantis
et obloquentis i detrahentis occulte. vel in absentia mordentis dolose. et fin
aliter i a presentia inimici qui me odit i corde et persequentis me facto et opere
q d inimici nostri oderunt nos i corde exprobrant et maledicunt aperte. et detra
hunt nobis occulte et persequuntur nos facto et opere. Ita doctor iiii persecutores
patimur. Ut tota mora ... ubi predicta patiuntur de peccato ... gehen
nam ... adeo sequitur quod notatur ibi Nunc autem repulisti et nos a te
deus. 2o amaritudo mactat ibi et confudisti nos i peremisti. 3o robur enervat
ibi et non egredieris i virtutibus nostris. quarto demonibus subiugat ibi avertisti
nos retrorsum. quinto gratuitis spoliat ibi et qui oderunt nos diripiebant.
Sexto natura vulnerat ibi dedisti nos oves escarum. septimo iniquus
associat ibi et in gentibus dispersisti nos. octavo opera vilificat ibi vendi
disti populum tuum sine precio. nono ... annichilat ibi et non fuit multitudo
i commutationibus. decimo famam denigrat ibi posuisti nos opprobrium vicinis.
undecimo scandalum generat ibi subsannationem et derisum. duodecimo infide
letificat ibi posuisti nos i similitudinem. xiiii confusio ... ibi
tota die verecundia. Hec omnia venerunt super nos nec obliti sumus te et
inique non egimus i testamento tuo. ad l. hic post deprecationem pro liberatione e
allegatur causa ex parte populi afflicti 2o ex parte dei ibi exurge. Causa que de
movere deum ad liberandum populum afflictum est quia sustinent patienter et non
recedunt a lege dei sicut fuit i peccato. unde dicit haec omnia mala supradicta
venerunt super nos. nec obliti sumus te quia colimus te sicut deum nostrum. et ini
que non egimus i testamento tuo mandata legis tue transgrediendo. Alii leg si
hic orat quia sibi tot mala sustinentes non recedunt a deo et ab eius man
datis. Et dicit haec omnia mala predicta venerunt super nos. Cass quasi fera tribul
quasi fluvius turbulentus quae amore tui tolerimus. nec obliti sumus te sed
colimus te sicut deum nostrum. Exemplum in beato Stephano qui videbat ihesum stantem
... suo ... Deutero viii Cave ne quando obliviscaris domini dei tui
sed habeas eum in memoria per cogitationem i voluntate per amorem in lingua
per confessionem. et inique non egimus i testamento tuo i non negavimus pactum
quod fecimus i baptismo. vel inique non egimus ... i non ... per inobedientiam
a tuo mandato. seu non fecimus inique contra testamentum et mandata tua. vel non
abstraximus nos a pena. Ecc xi Sta i testamento altissimi et i illo colloquere
et in opere mandatorum eius veterasce. Haller ... figebat eos i ...
Ut tota mora testamentum dei ... ad deum. Io. xiiii pacem meam
do vobis. Et dicit autem quod fiat pax inter discordes oportet quod uterque i aliquo
flectatur a suo proposito. sic i pace reformanda inter deum et hominem

deus efficitur a vigore iusticie per iniquitatem, et homo ab errore culpe per penitentiam
[illegible] domini conuertentis et vitas hominis penitentis cumulauerit sibi, iusticia
hominis ad deum conuertentis et pax dei recipientis osculate sunt, quamquam quo utrisque
faciet quod debet equitas est qui aliter iniquitas est, et sic quis nunquam astitit in
respectu dei qui abstrahit se a penitentia. Et non recessit retro cor nostrum et
non declinasti semitas nostras a via tua ad litteram et non recessit cor per apostasiam
a fide, et declinasti semitas nostras a via tua quia per afflictiones quas sustinemus
videmur quod repuleris nos a te. Alia littera sic habet omnino quod non sunt aversi a dei iusticia
et bonitate per desperationem et dicit et non recessit cor nostrum a tua bonitate per
desperationem, hoc est in tot et tantis adversitatibus et persecutionibus non desperauimus
de tua bonitate et iusticia. Ysaie l dominus aperuit mihi aurem, retrorsum non abii,
et luce ix nemo mittens manum ad aratrum et respiciens retro aptus est
regno dei, et non declinasti id est non permisisti declinare semitas nostras actiones et
vitas a via tua id est a mandatis tuis quod nos in [illegible] positi in tri-
bulationibus et in tormentis non declinauimus a mandatis tuis. Iob xxiii viam eius
custodiui. Vel sic declinasti id est declinare ostendisti semitas nostras antiquas de-
lines et voluptuosas ducentes ad perditionem a via tua arta que ducit ad
vitam. Mathei vii. Vel sic declinasti id est dependere fecisti semitas nostras id est actiones
bonas et passiones duras a via tua id est exemplo vite tue id est actionis et pas-
sionis tue, sed prima expositio est ad propositum. Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis
et cooperuit nos umbra mortis ad litteram quia morte [illegible] illo fugerant ad loca de-
serta que erant afflictiua ita quod habebant afflictores super afflictiones. ii Machabeorum
v Iudas autem Machabeus secessit in desertum locum ibique inter feras vitam in
montibus cum suis agebat et feni cibo vescentes demorabantur ibi in desertis et
in terris. Hebr. [illegible] in locis errantium propter quod nos habemus in loco afflictionis
et cooperuit nos umbra mortis quia in quolibet momento erant in mortis periculo.
Alia littera sic habet quod sunt in adversitatibus gaudere parati, et dicit non declinauimus
a via mandatorum tuorum quoniam humiliasti nos id est dedisti nos in contemptum vel de-
disti nobis patriam in loco afflictionis id est in hoc mundo qui est vallis miserie in quo
sunt afflictiones et passiones de propriis malis [illegible] et illatis et operationes de ali-
enis. Ecclesiastes primo vidi cuncta que fiunt sub sole et ecce vniuersa vanitas et
afflictio spiritus, et cooperuit nos umbra mortis id est pena mortis [illegible] et pena
sit umbra eius est, vel umbra mortis id est mors temporalis que cito preterit tamquam
umbra, cooperuit nos id est suffocat nos. Iob xvii Expectauimus lucem et ponet
eam umbram mortis, vel cooperuit nos umbra mortis id est infideles um-
brosi et maculosi qui sunt umbra id est mentis per ignorantiam. Ephesios v Eratis
aliquando tenebre, sed sunt mortis id est cito et male morituri. Sapientie ii
umbre transitus est tempus nostrum. Si obliti sumus nomen dei nostri et si ex-
pandimus manus nostras ad deum alienum ad litteram id est eius recordationem debitis
[illegible] obmittendo et si expandimus manus ad deum alienum sacrificium idolatrie
committendo. Alia littera sic habet omnino qualiter sunt non debuerunt auerti a deo sed per
[illegible] pena et dicit si fuimus contempti et humiliati in loco afflictionis, et si
tunc obliti sumus id est afflictionibus in nomine dei nostri eius recordationem obmit-
tendo et nomen [illegible] in corde non memorando. Psalmus xxx oblitus est [illegible] [illegible] in
et si expandimus manus nostras id est exteriori operatione scilicet immolatione vel ado-
ratione ad deum alienum vel ad serviendum ventri quorum deus venter est. Philippenses iii
quorum deus est venter vel luxurie vel auaritie vel mamone. Deuteronomii xxxii
prouocauerunt me in diis alienis. Nonne deus requiret ista? ipse enim no-
uit abscondita cordis. ad litteram nonne deus requiret ista ad puniendum suo iusto
iudicio quod sic. ipse enim nouit abscondita cordis, hoc est contra errorem quorundam
gentilium qui negabant diuinam prudentiam extendere se ad actus hominum.

Aliter legitur sic hic ostendit quod deus faciet districtam vindictam de nomine dei vel ver
ver ista scilicet ad gravius puniendum quod ostendit per viciis trahit suo iusto iudicio
dicit quod invitabit requiret dominus et retribuet habundanter facientibus superbiam. Ipse
novit absconsa cordis id est omnes cogitationes cordis. Ecclesiastici xxiii. Oculi domini multo
plus lucidiores super solem perspicientes omnes vias hominum et profundum abyssi et hominum corda intuentes in ab
sconditas partes. Quoniam propter te mortificamur tota die estimati sumus sicut oves
occisionis. Ad litteram quoniam propter te id est propter custodiam legis tue mortificamur tota die.
Iusserat enim Antiochus interficere iudeos qui nollent transire ad ritum gentilium
vivendi propter. Aliter legitur sic hic sancti allegant afflictiones in generali et in speciali
et ponunt causam ad martirium nostrum scilicet causa pene et presumptionis propter
te deum mortificamur scilicet pena tota die presumptione et dicit tota quod non tepes
sit retro a te deus quoniam propter te id est propter amorem tuum et fidei tue dilatationem
non propter furtum ut fures non propter favorem humanum ut ypocrite non propter erro
rem ut heretici mortificamur id est ad mortem ducimur tota die id est quocumque
nos oportet. Ad Romanos viii. Tota die morimur propter gloriam vestram fratres estimati
sumus sicut oves occisionis que conducuntur nullo reluctantes nec reclamantes sic
et nos occidimur. Cassiodorus. Ovis nec ferire valet nec de velocitate confidit nec de
fuga presumit sed manibus raptoris patienter acquiescit. Exurge quare
obdormis domine exurge et ne repellas in finem. Ad litteram quod deus potuit libe
rare iudaicum populum de captivitate id est Exurge et loquitur more hu
mano quod ille qui oppressos videt et ferre auxilium surgit ad adiuvandum ipsos.
Quare obdormis domine deus quoniam ad modum dormientis videtur se habere quoniam permittit
malos dominari et iustos tribulari. Unde qui talia vident credunt deum dor
mire. Exurge hic repetitur hoc verbum ad exprimendum liberationis desiderium
et ne repellas preces nostras in finem id est finaliter. Aliter legitur sic hic post omnia sancti
et dicunt quoniam propter te mortificamur domine ergo exurge id est fer auxilium tuum quia
permittendo talia nos pati videris dormire. Quare obdormis id est dissimulas
quasi non vides quod mali dominantur et iusti tribulantur. Exurge quod valde de
sideramus tuum auxilium et tuam gratiam. Unde repetitur hoc verbum exurge ad ex
primendum liberationis desiderium. Cassiodorus. Repetitur ut quibus videtur periculum
fore non differat subvenire. Et quod nos videmur a te esse repulsi per mala
que patimur temporalia ne ergo tu repellas nos a te in finem id est eternaliter.
Unde non repellet in sempiternum dominus quod dicit. Exurge domine tolle rubeam et da
exurge id est fer nobis auxilium et perduc ad gloriam. Quare faciem tuam avertis
oblivisceris inopie nostre et tribulationis nostre. Ad litteram loquitur more humano quoniam
deus quando orationem non exaudit faciem avertit. Oblivisceris inopie nostre. Ma
gna enim inopia erat quod se cibo vescebantur ut dictum est et tribulationis nostre
quod multis modis tribulabantur ut Machabeorum ii. Aliter legitur sic hic sancti conqueruntur
de dilatione liberationis et dicunt Exurge quare obdormis seu dissimulas domine.
Quare faciem tuam id est gratiam tuam avertis preces nostras non exaudiendo. Ut facie
tua id est presentia tua. Numeri vi. Ostendat dominus faciem suam tibi et misereatur tui.
Oblivisceris id est videris oblivisci inopie nostre miserorum quod sine te sumus inope
infirmi et nichil boni habentes et tribulationis nostre afflictionis quod causam non meru
imus. Vel sic inopie nostre quantum ad defectum boni et tribulationis nostre quantum
ad effectum mali. Ad Romanos vi. Sic egentes multos autem locupletantes. Quoniam hu
miliata est in pulvere anima nostra conglutinatus est in terra venter noster. Ad litteram
quoniam humiliata est in pulvere anima nostra id est vita nostra quod in signum humiliationis ponebant
cinerem super capita sua. Sic mos erat iudeorum in afflictione positorum. Tunc
habitabant in montibus in cavernis ubi non habebant lectisternia sed iacebant
in pulveribus id est super terram conglutinatus est id est in terra quasi adherens in ter
venter noster quod nec paleas habebant quas mitterent sub se et terram ponere. Aliter
legitur sic hic ostendit quod homines adherent terrenis rebus cogitatione et volunt

Et dicit quare avertis faciem tuam a nobis, immo facis, quoniam anima nostra humiliata est i. deiecta est et contemptibilis facta in pulvere i. in carne et propter concupiscentias carnis que caro concupiscit adversus spiritum, tal sensus noster in terrenis infirmati sunt quod omnibus cupiditatibus terrenis movetur et venter noster conglutinatus est in terra i. voluntas nostra adheret terrenis rebus. Augustinus in quorum deus venter est et gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt. Vel sic quoniam humiliata est i. delicta anima i. cogitatio nostra in pulvere i. in terrenis que non sunt nisi pulveres. Ysaias xxix humiliaberis de terra loqueris et de humo mussitabit eloquium tuum. Et venter noster i. voluntas nostra conglutinatus est in terra i. recedere non adheret terrenis rebus. Augustinus in quorum deus etc. Nota proprietates pulveris in quibus significatur mundus mutabilis, specialis levis et modicus sordidat excecat, pulveres facit, inde lutum fit. Exurge domine adiuva nos et redime nos propter nomen tuum. Ad laudem huius concludit dicens exurge domine adiuva nos tantis malis oppressos et redime nos propter nomen tuum quod est ne ex malis que sustinemus veniat aput gentiles in contemptum divinum. Pro expositione iste psalmus de quolibet fideli in afflictione mentis et corporis posito etc. Alii legunt sic. Hic fideles petunt erectionem a peccato et auxilium ad perficiendum in bono et dicit quoniam anima nostra et vita humiliata est et deiecta propter concupiscentias carnis et temporalium honorum. Ergo domine exurge i. fac nos exurgere a pulvere i. a concupiscentiis carnis nostre, quia propter eas sumus humiliati i. deiecti et viles facti et a terra i. a terrenis rebus quibus per voluntatem conglutinati sumus, et ita exurge i. libera nos a culpa. Apostolus in Ro. vi si consurrexistis cum Christo que sursum sunt querite. Et adiuva nos tantis malis oppressos ut in bono perficiamus et redime nos a pena perpetua ab inimicis quos timemus et a periculo ne in peccata recidivemus. Et hoc fac non propter merita nostra sed propter nomen tuum quod est salvator. Actuum iiii non est aliud nomen sub celo in quo oporteat nos salvos fieri. Et nota quod in istis versiculis ponitur quater exurge. Primo exurge ut nos salvos facias ut liberes nos a culpa. 2o exurge ut liberes a pena. 3o exurge ut liberes a societate mala. xliiii

Eructavit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. xliiii

Ad laudem titulus huius psalmi de quo agitur talis est: ad victoriam super sosannim filiis chore eruditio canticum dilectionis. Sosannim sonat rosas. Jeronimus transfert lilia. Et ponit titulum talem victori pro liliis filiorum chore eruditionis canticum amantissimi. Et in quadam glossa hebrea super istum locum habetur victoria super lilia. Et per lilia vel rosas intelliguntur filii Israel qui alios populos excellebant in fide et cultu unius dei. Et agitur in isto psalmo de prosperitate filiorum Israel quam habuerunt sub rege Asuero ad procurationem regine Hester. Et ideo dicitur iste psalmus de rege Asuero et regina Hester et de statu prospero iudeorum tempore illo. Alii dicunt quod loquitur de prosperitate iudeorum quam habuerunt sub Salomone et filia Pharaonis uxore eius vel de regina Saba que venit ad regem Salomonem. Alii dicunt quod iste psalmus sit de rege David et de Bersabee ex quibus descenderunt multi reges boni et iusti ut Ezechias, Iosias etc. qui per rosas et lilia designantur. Sed quod infra in psalmo dicitur sedes tua deus in seculum seculi virga directionis virga regni tui. Item dicitur audi filia et vide et inclina aurem tuam etc. quoniam ipse est dominus deus tuus. Credo de Asuero vel David aut Salomone non potest dici quod sit deus latria adorandus. Sed quod apostolus ad Hebr. i allegat istum psalmum de Christo ad laudem dicens: ad filium autem thronus eius in seculum seculi etc. Iste psalmus loquitur de Christo rege qui est verus deus et de sponsa sua scilicet ecclesia tamquam de regina. Et secundum hanc expositionem titulus sic: ad victoriam super lilia etc. Iste psalmus eruditio est facta per spiritum sanctum scilicet filiis chore canticum dilectionis super lilia i. de cantico dilectionis Christi et ecclesie per lilia designatorum quia Christus virgo est et ecclesia mater et virgo. Et dividitur in duas partes. Primo premittitur quedam prefatio de dulcedine dilectionis Christi et ecclesie. 2o ponitur principale agens scilicet spiritus sanctus cum dicit,

Eructavit cor meum sicut enim venter ex plenitudine cibi corporalis emittit eru-
ctationem sic cor ipsius ex plenitudine gratie spiritualis emisit hunc sermonem. quo de-
verbum bonum quod est misterium christi et ecclesie expressum et in hac tamen materia in genera-
li huius psalmi. 3o ostendit intentionem suam subdit dico ego opera mea regi id est ad
laudes regis regum christi ihesu. Alia littera sic. In precedenti psalmo egit de tribulatione
martirum. hic agit de consolatione eorum in hoc psalmo qui dicitur canticum ingredientium
nuptiale sive epitalamium. et dicitur epitalamium ab epi quod est super et talamus quod
solet cantari tale canticum ingrediente sponsa talamum sponsi in laudes utriusque
hic cantatur iste psalmus in laudem filii dei et humane nature in utero virginis
sibi desponsate. et etiam in laudem christi sponsi et ecclesie sponse que est summa
consolatio animae et exultatio. Cui consonat titulus qui talis est. In finem pro hiis
qui commutabuntur filiis chore ad intellectum pro dilecto. Exponitur sic psalmus iste in
finem id est in consummationem dirigens que facta est in incarnatione ubi omnia ab eternitate
dimitantur sunt consummata unumquodque qui novissima creata sunt ita unita est
suo principio. ysaie x. consummationem et abreviationem faciet dominus deus exercituum in medio
omnis terre. scriptus est filiis chore id est filiis crucifixi in calvaria. et hoc
ad intellectum facti misterii scilicet incarnationis et conjunctionis et coadunationis nature
humane cum divina. sive corporis christi cum ecclesia. hic psalmus est canticum id est spiritualis
exultatio pro hiis qui commutabuntur a vita veteri in novam pro dilecto christo per
eos commutatur. Vel psalmus sunt nuptie christi et ecclesie sponsi et sponse regis
et plebis. Intentio est movere ad laudem utriusque. Et dividitur psalmus primo
ut se cantaturum ex cordis plenitudine. 2o ostendit quod hec plenitudo est a deo
Et dicit cor meum plenum cibo spirituali scilicet gratia et verbo dei. non tamen os stultorum
illorum de quibus ysaie xxix populus hic ore laudat me cor autem longe est a me
eructavit id est emittat vel enarrat. Cassiodorus Eructare dicimus qui saciem
multa ciborum digestiones saluberrimas evaporat. Modo vera dei sunt cibus
cordis sui. hoc ergo cibo cor plenum eructat verbum bonum. quod canticum ipse
david ut deo. vel verbum bonum id est laudem filii dei et humane nature in utero virginis
sibi desponsate et laudem christi sponsi et ecclesie sponse. non fabulas non fa-
cta vel inutilia. Mathei xii Ex habundantia cordis os loquitur. dico ego id est tractare
stio vel enarro. opera mea id est hunc psalmum de laudibus compositum. regi id est ad ho-
norem christi regis qui est rex super omnes. Apocalypsis xix Rex regum et domi-
nus dominantium. felix est ille qui profert non tamen verba sed opera. et opera non tam
aliena sed sua. Augustinus loquitur auctoritas penitus cum vox opere non adiuvatur.
Lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Ad hunc. id est spiritus sancti
qui in dependendo non indiget intervallo temporis. Alia littera sic hic ostendit quod id quod
quod incipit narrare est a spiritu sancto. Et dicit lingua mea calamus scribe id est spiritus
sancti calamo quod sicut calamus non scribit nisi aliquis faciat per se. sic nec lingua
mea eructat verba dei nisi spiritu sancto qui digitus dei movente. 2 Regum xxiii spiritus
domini locutus est per me et sermo eius per linguam meam. scribe id est spiritus sancti velo-
citer scribentis quia in docendo non indiget intervallo temporis vel modo mirabili dictantis
nec impeditur ex mala calami dispositione. Ambrosius nescit tarda molimina
spiritus sancti gratia. Nota lingua predicatorum dicitur calamus quia debet esse in aqua
per studiositatem. 2o debet esse vacuus per humilitatem. 3o planus exterius per honestatem
Et acutus per subtilitatem. Et intus repletus id est intus per gratiam spiritus sancti. Et ex-
a sinistra in dexteram ducere lineam quia omnia in hac vita sinistra debet dirigere
ad dexteram bonitatis. Speciosus forma pre filiis hominum diffusa est gratia in labiis
tuis propterea benedixit te deus in eternum. Ad hunc. hic describit regis
magnificentiam. 2o sponse decorem. ibi astitit regina etc. Littera primo sic.
quod speciositas optime cedet in principe populi quod dicit species patrum digna
est imperio et sic dicitur de christo. Speciosus forma pre filiis hominum. Aut enim

speciosus pre filiis hominum ex parte corporis quia corpus eius fuit formatum virtute spiritus
sancti et ideo in eius opere non potest esse error nec defectus. Similiter ex parte anime quia ab
instanti creationis fuit repleta omnibus graciis virtutibus et scientiis. Io. iii. Non enim ad mensuram
dat deus spiritum. Non ad mensuram. 2° in principe sedet optime eloquentie
claritas et gratia: unde ad hoc dicitur: diffusa est gratia in labiis tuis. Unde dicitur Luce iiii. mi-
rabantur omnes in verbis que procedebant de ore eius. Propterea benedixit te deus in
eternum. Ista benedictio est glorie corporis collacio et ad celum assumptio quam non
habuit Christus a primo sed ex merito virtutis. Alle. le. sic. hic laudat sponsum. 2° sponsam
ibi audi filia. 2°. Primo dicit ego dico opera mea regi id est isti patri spiritu sancto
me docente quia tu Christe qui es rex regum es speciosus forma scilicet corporali
quia corpus tuum est formatum virtute spiritus sancti et ideo eius operatione non potest esse de-
formitas. Et es speciosus forma in anima quia sine deformitate culpe. Ipse
enim peccatum non fecit. Augustinus: Omnia et vera pulcritudo iustitia est. Etiam anima
tua ab instanti creationis fuit plena omnibus graciis virtutibus et scientiis pre filiis
hominum quia in ipso est speciositas sicut in causa, in aliis autem sicut in effectu.
Sap. xiii. quorum si specie delectati deos putaverunt sciant quanto hiis dominator eorum
speciosior. Speciei enim generator hec omnia constituit. Sed contra Ysa. liii. dicitur non
est ei species neque decor. Dicitur quod non erat ei decor exterius propter livorem flagellorum
et sputorum. Sed erat ei species et pulcritudo interius propter plenitudinem gratie
et candorem lucis eterne. Diffusa est gratia in gratiosa veritate doctrina et eloquentie
fructuose quia te loquente modus reconciliacionis accepit. Io. vii. Nunquam locutus
est sic homo. Augustinus: Diffusa est gratia in labiis tuis cum morbida verbo curas,
cum mare verbo quiescere facis, cum motibus silentium indicas, cum febrem di-
scedere precipis, cum lazarum vocas et venit, cum precem impellas et audit.
Luce iiii. mirabantur in verbis gratie que procedebant de ore eius. Propterea benedixit
te ut honorem deus tamquam meliorem te. Hebr. vii. Sine ulla contradictione quod minus
est a meliori benedicitur. Et benedixit te non benedictione transitoria sed etiam
benedictione dando tibi regnum eternum. Luce primo: Et regnabit in domo Iacob in eternum.
Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Ad. 2. Accinge gladio
tuo id est verbo dei. Ephe. vi. accipite gladium spiritus quod est verbum dei. Isto gladio
usus fuit Christus suo verbo persequendo vicia et errores. Sed non fuit usus gla-
dio materiali sed prohibuit usum eius. Luce: Converte gladium tuum in vaginam. Super femur
tuum, ubi viget vis generativa, intelligitur ecclesia nam in qua Christus docuit et pre-
dicavit. Alle. le.2 sic hic commendat sponsum a preda et petit ut instanter
predicet. Et dicit quia gratia et doctrina veritatis est diffusa in labiis tuis, ideo accinge
ut sis paratus gladio tuo ut sis munitus in predicatione verbi dei, ad persequendum
vicia et errores. Ephe. vi. Et gladium spiritus quod est verbum dei. Super femur tuum
id est super carnem assumptam que per femur intelligitur eo quod in femore sit carnis
seminarium. Super femur igitur gladius ponitur cum caro ad obedientiam verbo predicando
cogitur ut faciat quod docet. Exo. xxxii. ponat vir gladium super femur
suum. Et hoc non segniter sed potentissime ut sis verbis per expressio et ita predica
verbum dei potenter. Adimple verbum dei potenter quia potentissime etiam pro verbo
dei gladia sustines non formidas. Vel hic potentissime potest esse nominativus ut sic di-
catur: O potentissime rex accingere. Specie tua et pulcritudine tua intende
prospere procede et regna. Ad. 2. Hic expressius describit speciositatem Christi dicens
specie tua et pulcritudine tua. Et sciendum quod speciositas proprie consistit in vivacitate
colorum et proportione membrorum. Sed ad pulcritudinem cum istis requiritur debita
proportio quantitatis. iiij Ethicorum. Parvi possunt dici formosi commensurati, non tamen
pulcri. In Christo autem nichil defuit de hiis que pertinent ad debitam perfec-
tionem corporis et anime. Ideo non solum a specie sed etiam a pulcritudine commendatur.
Intende prospere id est prosperitati populi tui. Ad hoc enim tendebat intencio Christi. Procede
per viam huius mortalis vite. Et regna quia ea finita obtinuit regnum

quantum ad execucionem christi quod in sua visione dixit apostolis data est omnis potestas in
celo et in terra. Alia littera sic habet petit ut gladio suo homines liberet et dicit accingere
gladio tuo et intende i. respice homines petentem prospere et ad suam prosperitatem
vel prospere i. ad prosperitatem celestem dona gratiarum presentiumque et in futuro prestat specie
tua i. vita tue divinitatis et pulcritudine tua i. merito tue humanitatis vel sic specie
tua et pulcritudine tua i. sancta tua que pulcherrima est. Ecclesiastici xxxi benedicite (?) deus
pulcritudo iusticie unde pulcritudo est venusta membrorum disposicio iusticia quidem venuste
disponit reddens unicuique quod suum est. procede de utero virginali tamquam sponsus
de thalamo vel procede ab hiis devictis et ad te conversis ad alios querendos
vel sic prospere procede i. victoriosus. Proverbiorum iiii Iustorum semita quasi lux splendens
procedit et regna i. hominibus per fidem in quibus dyabolus regnabat per infidelitatem.
Sapientie iii Regnabit dominus illorum. Propter veritatem et mansuetudinem et iusticiam
et deducet te mirabiliter dextera tua. id est licet quod christus tamen corpus quod tunc
habuit ex unito (?) perfectum accepit id est subditur propter veritatem vite et doctrine et man-
suetudinem quia molestias et iniurias sustinuit sine motus perturbacione. Ysaie
xlii non erit tristis neque turbulentus et iusticiam humanitatis quam fecit in sua
passione offerendo se ipsum deo patri pro offensa generis humani et sic fecit re-
conciliacionem per viam iusticie et deducet te mirabiliter dextera tua per dexteram
que est pars forcior et nobilior intelligitur divinitas christi cuius organum coniunctum
erat humanitas et id in omnibus mirabiliter operatur (?) motum divinitatis. Alia littera sic ha-
bet (?) quia christus dicitur regnare propter sua merita quod procede quod de utero virginis tamquam
sponsus de thalamo et propter veritatem tue vite et doctrine quam in intellectu ha-
buisti et docuisti et etiam propter veritatem implendo promissiones prophetarum. Io-
hannis i vidimus eum plenum gratia et veritate et mansuetudinem i. affectu cordis
quam exhibuisti predicando eos diu expectando molestias et iniurias sine mo-
tu perturbacionis sustinendo et pro persecutoribus orando. Ieremie xi Ego quasi agnus
mansuetus qui portatur ad victimam et iusticiam quam fecisti dum precium pro
offensa generis humani in reconciliacionem deo patri in passione obtulisti et iu-
sticiam qua servos iustificas. Ieremie xxiii dominus iustus noster et de hiis habetur
ibidem Regnabit rex et sapiens erit et faciet iudicium et iusticiam. Vel sic dex-
tera tua i. divinitas que est in te ut dextera humanitas vero ut sinistra velut
organum divinitatis deducet te a gente in gentem ut regnes in omnibus mira-
biliter i. divina potestate i. sine offensione et culpa quod est mirabile in mundo vivere et non
offendere. vel dextera tua i. divinitas tua deducet te i. movebit te ad operan-
dum mirabiliter i. faciendum opera miraculosa. vel dextera tua a qua est virtus et o-
peracio non eius [illegible] deducet te ab uno bono opere in aliud et hoc mi-
rabiliter i. sine offensione etc. [illegible] habetur in christo qua omnes virtutes cardinales
prudencia ibi propter veritatem temperancia ibi propter mansuetudinem iusticia ibi propter
iusticiam fortitudo per dexteram deducentem. Sagitte tue acute populi sub
te cadent in corda inimicorum regis. Alia littera sagitte tue acute etc. per sagittas que
a longe misse fuerunt intelliguntur apostoli a christo missi ad predicandum. Luce ult.
Euntes docete omnes gentes et iste sagitte ceciderunt in corda inimicorum christi
regis ita penetrantes corda infidelium et gentilium quod multi conversi sunt ad fidem
per eorum ministerium et sic facti sunt de inimicis amici. id est subditur populi sub te
sub obediencia tua christe sunt. Alia littera sic habet ostendit modum quo christus regnabit
et dicit dextera divinitatis deducet te et ideo sagitte tue i. verba tua que vulne-
rant corda duplici vulnere videlicet timore ut a malo recedant et amore
ut ad bonum procedant. de istis sagittis. Ieremie ix Sagitta vulnerans lingua
eorum. acute quia penetrant corda hominum. Hebreorum iiii Vivus est sermo domini
efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti. Non enim fuit ad pravi-
tatem auditum sic verba peccatorum iste sagitte i. verba dei cadent per predicacionem
christi et suorum discipulorum in corda inimicorum regis christi i. qui se erigebant
contra regem deum penetrantes corda infidelium et gentilium timore

et amore et sic multi convertentur ad fidem et de inimicis fient amici patet
de conversione pauli et sic populi multi cadent sub te i. humiliabuntur et subi
cientur tibi per fidem et obedientiam actuum ii. cum hiis audita compuncti sunt corde
et dixerunt ad petrum et ad alios discipulos quid faciemus viri fratres vel sic
populi inimicorum regis i. multi de inimicis tuis sub te cadent i. subicient se tibi
per fidem et obedienciam et hoc non coacti sed in corde i. voluntarie et hoc
est quod dicitur titulus in fine pro hiis qui commutabuntur filiis chore. Sedes
tua deus in seculum seculi virga directionis virga regni tui. Ad litteram hic describitur
magnificencia regis christi quantum ad deitatem tamen tamen hoc adiungitur de humani
tate quia iste due nature sunt inseparabiliter coniuncte in christo in uno supposito. dicit ergo sedes
tua deus i. maiestas regia. et in hebreo et in translatione ieronimi dicitur thronus tuus deus
thronus autem significat proprie sedem regie maiestatis in seculum seculi. In hebreo hic
olam need et significat in seculum et ultra. et est regula apud hebreos
utrumque sic scribitur intelligitur duracio perpetua a parte finis et aliquando ab utraque
parte. ex quo patet quod hic est sermo de regno christi de quo danielis vii. potestas
eius potestas eterna que non auferetur. et regnum quod non corrumpetur. virga di
rectionis virga regni tui. distinguitur enim regnum a tirannide per hoc quod
tirannus querit utilitatem propriam per subditorum oppressionem. rex autem bonum generale
subditorum per eorum directionem secundum lineam veritatis et iusticie. Alia littera sic habet
gnomon, id est a directione iudicandi et regnandi potestate eterna. et dicit sagitte
tue sunt acute. et sedes tua i. tua regia maiestas et iudiciaria auctoritas
ysaie vi. vidi dominum sedentem super solium excelsum. est in seculum consecutivum
seculi i. est eterna ut eterna. danielis vii. potestas eius eterna que non auferetur etc.
virga directionis mea et veritas i. recta qua subditos dirigis in presenti ad vi
tam. vel virga directionis qua iustos dirigis et impios corrigis. Ieronimus in hebreo
quod dicit virga non habetur inuitur misericordia. et in directione innuitur iusticia ut nec
sibi de misericordia blandiatur. est virga i. sceptrum et gubernaculum quo regitur regnum
tuum. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem propterea unxit te deus deus
tuus oleo leticie pre consortibus tuis. Ad litteram hic autem dicitur de christo ratione
humanitatis propter id quod subditur unxit te deus deus tuus oleo etc. christus enim in natura
humana fuit unctus plenitudine gracie ab instanti creationis anime. pre consortibus
tuis i. omnibus in fortitudine ab creaturis propter quod dicitur iohannis iii. datur ei spiritus non
ad mensuram. Alia littera sic habet omnem sanctitas iudicantur quia amat bonum et
odit malum. et dicit virga directionis qua iustos dirigis et impios corrigis est
virga et sceptrum regni tui. quia dilexisti iusticiam i. bonitatem quia tu es bonus
et vis ut omne bonum fiat. et odisti iniquitatem i. maliciam. Psalmus declina
a malo et fac bonum. vel dilexisti iusticiam qua iustus tamen es et aliis
iusticiam predicas. Psalmus quia iustus dominus dilexit iusticiam qui iudicat equitatem. et odisti
iniquitatem ut sit mera equitas liber iustitie in cuius ubi medium iniquitate
aliorum exstruit iusticiam in seipsum. propterea tu deus fili deus tuus i. pater celestis
unxit te ut gloriose unione humanitatis oleo leticie i. gracia et consolacione
spiritus sancti. vel oleo leticie i. plenitudine carismatum ex quibus est leticia. Actuum
iiii. unxisti puerum tuum ihesum. pre consortibus tuis i. prophetis et aliis sanctis
tibi similibus in natura. et participantibus te in gracia. Iohannis primo de plenitudine eius
acceperunt ad mensuram. sed tibi soli dedit deus spiritum non ad mensuram sed
ultra mensuram aliorum. Iohannis iii. et sic gratia christi fuit diffusiva quia oleum fuit
letificativum quia leticie et excessiva quia pre consortibus et pontifex et rex aliorum.
Mirra et gutta et cassia a vestimentis tuis a domibus eburneis ex quibus
delectaverunt te filie regum in honore tuo. Ad litteram per istas species aromatum possunt
intelligi aromata que sancte mulieres emerunt ad ungendum corpus
domini. quia de talibus speciebus erant confecta. et quia corpus domini erat quasi.

vestimentum diuitiarum h. quod dicitur prouerbiorum ij. habitu meretricio est ut homo. vel dicitur a ves-
mentis tuis et dicitur in paruaria per diuersas partes cordis. a domibus eburneis
domus eburnee sunt pixides facte de ebore uel de alabastro quod est simile
ebori in quibus illa aromata erant reposita. sic in domibus suis ex quibus
delectauerunt te quia deuotio illarum mulierum fuit accepta christo licet non vnxerunt
corpus eius quia non inuenerunt eum in sepulcro. filie regum. inter enim illas mu-
lieres fuit maria iacobi et salome que fuit sorores matris christi ex parte
matris de qua certum est quod descendit de stirpe dauid et aliorum regum a da-
uid descenderunt. et ideo uisile est de suis sororibus. vel dicitur hic filie regum
in honore tuo. illarum enim vnctionem volebant facere ad christi honorem. aliu-
d sic hic gaudet sponsum ab ornatu quisquam et ab habitu quo protegi-
tur sunt virtutes et sub quo protegimur ut sint sancti. et dicitur mirra que se-
uat corpora a putredine. et est aroma id est carnis mortificatio que seruat a pu-
tredine luxurie per amaritudinem penitentie vel amare mortis tue recordatio.
et gutta scilicet aromatica sic dicta a terra que desiccat omnem inflaturam id est hu-
militas que tollit inflaturam superbie de qua Ecclesiastici xxiiij. vel mollifi-
cans corda id est predicatio et cassia id est genus cinni et crescit in locis aquosis
et optimum odorem euaporat id est fides que reddit odorem bone fame [illegible]
christi bonus odor sumus et crescit in aquis baptismi que fluxerunt a vestimen-
tis id est a fidelibus tuis qui tibi inguntur. ysa. xlix. viuit dominus deus quia his
omnibus velut ornamento vestieris. vel a membris tuis in cruce extensis
quibus anima vestiebatur. Iob x. pelle et carne vestisti me. a domibus ebur-
neis et castis mentibus in quibus habitas per caritatem. est enim ebur frigide
nature elephantis costa quod est castum animal. ex quibus bonus odoribus filie
regum id est nobiles scilicet anime tam in margarita delectauerunt id est delectati
gaudent te in honore tuo. Cantica primo. oleum effusum nomen tuum. ideo adoles-
cule dilexerunt te nimis. est ergo sensus mirra id est amara carnis mortificatio
seu pena vel recordatio tue mortis amare. et gutta id est mentis humilitas a
predicatio mollificans dura corda. et cassia id est fides vera que reddit odo-
rem bone fame. fluxerunt a vestimentis tuis id est a fidelibus tuis qui tibi velut
simbolum iunguntur. vel a vestimentis tuis id est a membris corporis tui quibus diuinitas
et anima tua vestiebatur. a domibus eburneis id est a castis mentibus
in quibus habitas per caritatem ex quibus bonis odoribus filie regum id est no-
biles scilicet anime. vel filie regum id est ecclesie in ecclesia militantium delectaue-
runt te id est delectationem tibi fecerunt. et delectabiliter te habuerunt. in honore tuo id est ad tu-
um honorem. Astitit regina a dextris tuis in vestitu de aurato circumdata
varietate. ad literam hic describitur decentia regine cum dicitur astitit regina id est
ecclesia christi sponsa a dextris tuis. quod patet de ecclesia triumphante que cum
christo in bonis celestis glorie. similiter de militante que astat christo in bonis
gratie que sunt maxima bona presentis vite. in vestitu de aurato. per hoc intel-
ligitur sapientie qui refulgent in ecclesia circumdata varietate scilicet carismatum
et virtutum. Alia lectio sic hic gaudet sponsum a societate sponse [illegible] orna-
te dicitur filie regum delectationem tibi fecerunt per honore tuo sed et regina id est
ecclesia triumphalis sponsa tua astitit id est astat tibi a dextris tuis id est fruitu-
rerum bonis celestis glorie. et ecclesia militans astat a dextris tuis id est adest
tibi in bonis gratie. vel astat electa spe fruitionis non meruit intuiti-
onem. vel astat prompta ad seruitium non tamen per operum et tamen astabit
in futuro a dextris tuis cum pones agnos a dextris tuis et edos a si-
nistris. Mathei xxv. in vestitu de aurato id est cultu latrie cum pura caritate
que est fructus deo exhibita. vel in vestitu de aurato id est in operatione
virtutum simul generatam. in doctrina sapientie et veritatis. vel que est gloria
filius veritatis. vnde intelligitur est nudus sine veritate et deformis sine habitu

vitate. Ps. Amictus lumine sicut vestimento. Sap. vi. Clara est et
que nunquam marcescit sapientia. vel in vestitu deaurato id est in operatione virtutum
simul connexarum et sic operationes virtutum sunt vestes quas caritas informans
deaurat. q.d. in vestitu deaurato id est in operationibus virtuosis caritate informatis
circumdata varietate scilicet mitorum et linguarum ad docendum. Act. ii. loquebantur
variis linguis apostoli etc. vel circumdata varietate id est variis donis spiritus sancti
scilicet sapientie intellectus pietatis consilii etc. Nota quod ecclesia ornatur multipliciter
pro argento prophetarum. 2o auro apostolorum. 3o croco martirum. quarto gemmis virginum
quinto purpura penitentium et hoc significatum est Exo. xxv. in veste sacer-
dotali que fuit multiplici varietate consuta. Audi filia et vide et inclina
aurem tuam et obliviscere populum tuum et domum patris tui. Ad litteram. Audi filia
legem christianitatis. sic enim ecclesia est sponsa Christi ita est et eius filia. et vide
intelligendo et inclina aurem tuam ad obediendum opere implendo. et oblivi-
scere populum tuum scilicet iudaicum de quo descendit primitiva ecclesia sicut patet in apostolis
qui fuerunt natione iudei. et domum patris tui id est sinagogam sive templum in quo
conveniebant ad offerendum sacrificia que cessaverunt eo quod erant figure oblationis
corporis Christi in cruce. et loco illis sacrificiis figuralibus et imperfectis successit unum
sacrificium sufficiens scilicet sacramentum eukaristie. Vel aliter le. sic hic ita ponitur commendatio
sponse. et commendatur a divitiis. a forma. a gloria. a sanctitate etc. Et primo invitat
ad audiendum eum Christi. et dicit tu filia id est fidelis anima seu ecclesia fidelium ex
patribus nata vel potius ex deo procreata verbi dei genita vel filia apostolorum
qui te in fide genuerunt. Gal. iiii. filioli mei quos iterum parturio. audi do-
ctrinam christianitatis. et vide id est intellige ea que audis vel vide Christum per fidem.
Ista fides est ex auditu verbi dei. Ro. x. vel audi prophetas antiquos Christi
incarnationem promittentes et vide eam iam esse impletam. Sic regina saba
prius audivit famam salomonis et postea ad videndum eum venit. iii. Re. x.
Et inclina aurem tuam ut obedias eis opere implendo. vel inclina aurem
tuam ut audias verba sapientie. Sapientia enim dicitur aqua que fluit ad locum humi-
liata. Eccl. xxxii. Audi tacens et pro reverentia accedet tibi bona gratia. et obli-
viscere id est derelinque populum tuum scilicet subditum tamquam domina. vel tuam hereditatem
terrenam. et domum patris tui id est omnes tuos cognatos et parentes propter tuum
sponsum. Luc. qui non dimittit patrem et matrem et omnia que possidet non
potest esse meus discipulus. vel sic obliviscere populum tuum id est mundum et ritum iuda-
icum et viam gentium ydolatrarum. Mat. vi. Nemo potest duobus dominis servire.
Et domum patris tui id est consortium seu sinagogam iudeorum et gentilium de quibus
Jo. viii. vos ex patre dyabolo estis. Et concupiscet rex decorem tuum quoniam ipse
est dominus deus tuus et adorabunt eum. Ad litteram. Et concupiscet etc. quod Christus rex
delectatur in cultu spirituali ecclesie quod est pulcrior quam cultus exterior sinagoge
in auro templi et sacrificiis consistens. quoniam ipse est dominus deus tuus. propter hoc
dignatur ~~[illegible]~~ Jo. iiii. Spiritus est deus et eos qui adorant oportet in spiritu et
veritate adorare. Vel aliter le. sic hic quod si sponsa adheserit sponso id est pro veritatis
tue mecum amorem eius et sponsus habebit honorem. Et dicit filia id est fidelis
anima. obliviscere id est relinque domum patris tui. et concupiscet scilicet amore rex
id est Christus qui est rex regum et dominus dominantium. decorem tuum id est cultum et ornatum spiritua-
lem scilicet nitorem seu puritatem fidei in intellectu ardorem caritatis in affectu
venustatem operis in effectu. Eccl. xl. Gratiam et speciem desiderabit oculus. et ado-
rabunt eum et honorem exhibebunt ei tamquam regi te diligenti. quoniam ipse
non ydola cum quibus prius fornicabaris. est dominus deus tuus. dominus tui timor
propter potestatem. deus tui honor propter sapientiam. tuus tui amor propter bonitatem
et eo merito adorandus cultu speciali a videntibus hunc per fidem. Mat.
iiii. Dominum deum tuum adorabis etc. Et filie tyri in muneribus vultum
tuum deprecabuntur omnes divites plebis. Ad litteram. Tyrus fuit civitas

gentilium / et quod per omnes filias tyri intelliguntur civitates gentilium / converse ad fidem per predicationem apostolorum offerentes xpo munera devote / vultum domini deprecabuntur omnes divites plebis / videmus enim ad impletum quod principes [illegible] et potestates adorant xpm et ecclesiam sanctam humiliant se eis subiciendo [illegible]
Ysa. lx. tunc videbis et afflues et mirabitur et dilatabitur cor tuum. Luc. secundo
omnes qui audierunt admirati sunt. conturbati sunt videntes errorem quem tenuerunt
et veritatem quam negauerunt. Ps. torrentes iniquitatis conturbauerunt me. commoti sunt
herodes et alij sui familiares timentes perdere regnum. vel commoti sunt i simul
moti sunt ad bonum transeundo per penitenciam. Jere. iiii. vidi montes et ecce mouebantur
tremor offense dei iudicij districti penarum infernalium. apprehendit eos fortiter
timendo. Job xxi. cum recordatus fuero pertimesco tremor concutiet carnem meam.
vel prius hoc refertur ad iudeos. ibi dolores ut parturientis. In spiritu ve-
hementi conteres naues tharsis ad l. quia torquebantur doloribus multis ideo subdit
ibi dolores et. In spiritu vehementi conteres naues tharsis. istud refertur ad iosaphat
regem iude quia ad similitudinem salomonis fecit naues ad afferendum aurum de
ophir. sed tempestate insurgente confracte sunt. eo quod contraxerat amiciciam
cum ochosia rege israel pessimo ut habetur. ii. Paralip. xx. Ali. le. sic hic ondit
fructum doloris de peccato scz remissionem peccatorum. et dicit ipsi videntes miracula
xpi in ecclia dei commoti sunt ad penitenciam timentes penam inferni. ibi i in eis
iudeis penitentibus et in gentilibus fuerunt dolores ut parturientis. sic enim
puer cum delectacione concipitur sed cum dolore emittitur. sic et peccatum. Ysa. xxvi.
sicut que concepit cum appropinquat ad partum dolens clamabit in doloribus suis
sic facti sumus a facie tua domine concepimus et quasi parturiuimus et peperimus spiritum
salutis. vnde aliqui iudei videntes in xpo scripturas esse impletas. vehemen-
tissime doluerunt de suo dolore. ergo ibi erant dolores ut parturientis.

in spu vehemti i in ira maxia ut d' scolastica. Ysido'. Tyrus, Ceodes atriunt
naues tarsis in qbus transierut magi p alia viam in sua regionem veniendo
ysaie xix. sic frementis leonis ita ira regis. uel sic in spu vehementi i i spu
sco qui vehemens illabitur animo. Act ii. factus est repente de celo sonus tanquam spi
conteres naues tharsis i. mentes hominum diuisa et vana in hac mundo ingredienti
vel naues tharsis i. superbiam gentilium et aliorum. Vn tarsis idem est quod ma
naues quo tarsis sunt naues maris i mundi quod est mare magnum et isti sunt
infideles qui circumferuntur omni vento doctrine. tales spus scus conterit contri
uit. Tarsis significat mentes i mundo diuisa et vana explorantes. Sicut
audiuimus sic vidimus i ciuitate dni virtutum in ciuitate dei nri deus fundauit
eam in eternum. Ad litteram. Ista verba hominum tempore salomonis exierunt qui videntes
magnificentiam ciuitatis illius dicebant se vide impleuit quod a filiis Chore
et aliis prophetis audierant esse predictum. Alia lectura sic pro deum e de regni
tate regis ciuitatis regentis. Hic agitur de felici ciuium huius ciuitatis. Et
dicitur sic in celo. sicut audiuimus a prophetis et per obedientiam. sic vidimus per fidem
esse impletum. in ciuitate dni virtutum angelorum quia ibi custodes angeli
deputati. in ciuitate dei nri i in ecclesia militante et demum in supercelestis
sunt enim deus virtutum angelorum et deus nr i hominum quia sunt vtrosque pie lu
cidos ut reuoluit libri Innocentii prophetiam. Spus dni super me eo quod vnxit
me et dixit hodie completa est prophetia in auribus vestris. ergo in ecclesia sunt au
dientes per obedientiam et videntes per fidem. extra vero sunt surdi et ceci.
deus fundauit eam in eternum i quamdiu mundus durabit non ad tempus sicut taber
naculum moysi et templum salomonis. Lc xvii. Ciuitas ecclesia i eccla
in sempiternum i quamdiu mundus durabit et nunc transfertur i ciuitatem supernam.
Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Ad litteram quod i templo
a salomone edificato dabantur diuina responsa et alia beneficia. Alia lectura sic
hic agitur de gratiarum actione et dicit sicut audiuimus sic vidimus i ciuitate dni
quia suscepimus deus misericordiam tuam i. xpm filium tuum misericordem i die purificatio
nis manibus Simeonis. Luc ii. accepit Simeon puerum et c. in medio templi ma
terialis s. vel sic suscepimus deus misericordiam tuam non tantum sacramenta sed
rem sacramentorum i gratiam qua sumus iustificati. Rom xi. aliquando autem et
vos non credidistis deo. nunc autem misericordiam consecuti estis in medio templi tui
i in medio mundi. templum enim dicitur quod tectum amplum. vel in medio templi
i ecclesie ex omnibus congregate. deus enim in medio consistit. Ysa xli. In medio
camporum fontes aperiam. Secundum nomen tuum deus sic et laus tua i fines
terre iustitia tua plena est dextera tua. Ad litteram. sicut nomen tuum deus quod est im
mensum sic et laus tua i fines terre diffusa est. Vn dixit dauid. Psalmo
xxii. domus quam edificare volo dno talis debet esse ut i omnibus regionibus
nominetur. Alia lectura sic hic post formam gratiarum actionis et dicit suscepimus deus
misericordiam tuam et propterea s. hoc quod nomen tuum s. deus est diffusum in fines terre
ita quod nullus qui hoc nomen audit quod est deus ignorat quod deus est. ita et
laus tua est diffusa i fines terre i per totam terram a sanctis tuis qui portant
vbique nomen tuum et dant laudem et gloriam in ecclesia fidelium. Malach.
primo. A solis ortu usque ad occasum magnum nomen meum in gentibus. Vn
bernardus Apostolus laudat suum auctorem egrorum medicum, prophetiarum egenis benefi
cium liberalem, reuis pium saluatorem. Ps. A solis ortu usque ad occasum et c.
dextera tua i filius tuus est plena i plenus iustitia i veritate. Ioh primo
plenum gratia et veritate. uel dextera tua i vita eterna est plena iustitia
i eis iustis et bonis qui diu iustitiam. emphatice seu abstractiue completa
Vn Mat xxv. Et statuet edos a sinistris et agnos ponet a dextris
vel iustitia qua peccatores iustificas et reddis vnicuique in vita sua
quod est valde laudabile. plena est dextera tua idest tua potentia.

Letetur mons sion et exultent filie iude propter iudicia tua domine. Ad
literam i. habitantes in eo propter loci magnificenciam et exultent filie iude
ciuitates iude propter iudicia tua domine. per que subiecisti nobis gentes in circuitu
nostro. Alii legunt sic. hic subdit [illegible] ad bonum operandum exhortacio et exhor
tatur eciam de iudeis et de gentibus. Et dicit quia dextra dei plena est iusticia quo
mons sion i. habitatores eius letentur quia doctrina christiana ibi accepit ex
ordium et filie i. ciuitates iude in quibus christus predicauit exultent propter iudicia
tua domine quia iuste iudicas malos condempnando et bonos saluando. Vel sic
letetur mons syon i. maiores iudei qui dicuntur mons quia primi radios
veri solis acceperunt. et exultent filie iude i. minores de iudeis instituti sic.
filie. Vel sic letetur mons sion i. ecclesia triumphans que est in monte celestis
patrie. et exultent filie iude i. fideles ecclesie militantis. vel letetur mons sion
i. scilicet a terra per contemplacionem eciam eleuati letentur intus in corde spe
culantes. et filie iude i. animo sua prima et laude dei confitentes exultent
exterius ore confitentes. Ysa. xii. Exulta et lauda habitacio sion. propter iudicia
tua occulta domine quibus aliquos elegisti alios reprobasti. Malachie primo
Iacob dilexi esau odio habui. vel quibus gentes elegisti iudeos repulisti.
Ro. xi. O altitudo sapiencie et sciencie dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius.
Vel mons sion i. ecclesia generalis que deum speculatur non velata facie sicut
sinagoga sed reuelata facie. et filie iude i. mulieres de quibus ortus est
christus. Hebr. vii. manifestum est quia de iuda ortus est dominus. letentur intus exul
tent exterius propter iudicia tua facta domine in quibus fiet separacio malorum a
bonis. Ps. tunc exultabunt omnia ligna siluarum etc. Circumdate sion et conple
ctimini eam narrate in turribus eius. ad literam validis muris et propugna
culis. narrate in turribus eius laudes dei cuius beneficiis liber fuit. Alii legunt sic
hic docet quid nos debemus habere ad proximos dicens. filie iude i. omnes con
fitentes veram fidem et laudes dei circumdate i. munite et defendite sicut
muri ciuitatem et sicut speculatores castrorum. Reg. xv. Circumdabo domum meam
ex hiis qui militant mihi. syon i. viros contemplatiuos et ad cultum dei de
putatos. vel ecclesiam dei de cunctis fidelibus que est ecclesia dei. et complectimini
eam brachiis caritatis i. diligite eam eciam seu fideles deo seruientes
sicut ioseph amplexus est fratres suos. Gen. xlv. narrate virtutes fidei et lau
dem dei in turribus vestris vel in turribus vestris i. de doctrinis sacre scripture.
quas ab apostolis accepistis et a sanctis prophetis et a doctoribus sanctis qui sunt alti
sicut turres per vitae perfectionem. Ysa. xl. super montem excelsum ascende tu qui
euangelizas sion. vel sic vos prelati et doctores circumdate sion i. sol
licitudine [illegible] de hiis qui vident deum per fidem i. de ecclesia christiana
et complectimini per magis [illegible] [illegible] ad [illegible]. narrate i. instruatis
in fide et in moribus in turribus eius i. ondatis eis exempla virtutum et bonorum
operum. Ponite corda vestra in virtute eius et distribuite domos eius ut enar
retis in progenie altera. ad literam ponite etc. totum ei attribuendo et distribui
te domos eius i. distinctas officinas disponite ad gloriam dei ut enarretis in pro
genie altera i. filiis vestris succedentibus dei beneficia. Alii legunt sic hic docet
quid debet se habere ad deum omnem amando et laudando. Et dicit complectimini sion
i. diligite ecclesiam dei et ponite corda vestra in virtute eius i. in potestate ecclesie
que regitur virtute spiritus sancti. vel ponite non [illegible] opera in laude et amore
dei eius. sed corda vestra in virtute eius i. in caritate dei qua tamquam veste in
duamini et in virtute spiritus sancti qua confirmemini. Nota caritas dicitur virtus
simpliciter quia est forma aliarum virtutum et est maior. Cor. xiii. Horum autem
maior caritas. vel per virtutem eius intelligit dona spiritus sancti scilicet fortitudinis
sciencie sapiencie etc. Luc. vlt. manete donec induamini virtute ex alto. et dis
tribuite i. diuidite et ordinate non vendite gradus dignitatis et officia

cuius scilicet ecclesie vel ecclesiarum per domos id est hominibus diuersarum nacionum tribuite non
vni tantum prelata vel missa vt sic enarretis et enarrare faciatis misteria fidei
et magnalia dei in progenie altera hoc est non tantum generacioni iudeorum sed etiam
generacioni gencium Marci vltimo Euntes in mundum vniuersum predicate vel vt enarretis
id est enarrare faciatis in progenie altera id est in generacionibus succedentibus hoc quod sequitur
quoniam hic est deus deus noster / vel sic distribuite id est distinguite prudenter et ...
domos eius quia quidam videntur esse domus eius et non sunt scilicet que habent formam tantum
Sed domus eius est que non formam habet picture vt congregacio iustorum vt sic
enarretis magnalia dei et misteria fidei in generacione altera id est in congregacione
bonorum non malorum incorrigibilium et narracionum contempnencium Mathei xv non
est bonum sumere panem filiorum et dare canibus etc. vel distribuite domos eius
id est mundos de congregacionibus eius vt vnus preficiatur ad vnum populum sic petrus super
iudeis / scilicet alter populo vt scilicet paulus gentibus sic distributum fuit Galatas ii ideo
vt enarretis in progenie altera usque ad posteros hoc quod sequitur Quoniam hic
est deus deus noster in eternum et in seculum seculi ipse reget nos in secula. Ad literam
et vt enarretis vnus filius beneficia dei quoniam hic id est ipse est deus deus noster vel
sic hic post tantas laudes scilicet creacionis et gubernacionis et narracionem progenie
altera quoniam hic xpistus est deus omnium per creacionem per caritatem / deus noster per incar-
nacionem et redempcionem Baruch iii hic est deus noster non estimabitur alius aduersus eum
et scilicet post hoc in terris visus est et cum hominibus conuersatus est / in eternum non ad tempus
sic incipit sicut qui reputacione hominum fuerunt dii ad tempus / sed in seculum seculi
id est in hoc seculo et in futuro Psalmus a seculo et in seculum tu es deus / ipse reget
nos ne deficiamus in essendo quia ipse est vita / ne fallamur in credendo quia ipse est
veritas / ne erremus in operando quia ipse est via Johannis xiiii Ego sum via veritas et
vita ipse reget nos in secula id est semper Phil. iii ... Invocat omnis videre et
saluatorem deum **Alia exposicio ad literam bona et est mistica vt se-**
cundo post ipsius determinacionem 2o eiusdem ... adimpletorie ubi sic audiuimus
Ps. Magnus dominus et laudabilis nimis et hoc ex suis magnis beneficiis
in ciuitate dei nostri scilicet ierusalem que fuit electa ad cultum dei in monte sancto eius
quia in parte ciuitatis in qua est mons syon erat templum diuino cultui deputa-
tum / et ideo dicitur mons sanctus quia sanctum in vna regione tantum vel sic diuino cul-
tui deputatum / et quia vestes sacerdotales diu sancte id est deputate diuino cultui
in locis autem istis fuerunt beneficia ad dei laudem exhibita Letetur exultacione
scilicet in fide catholica per xpistum ibidem predicatam in ipsa persona et miracula fecit
et passus per apostolos Luce vi exultacione vniuerse terre id est ad exultacionem vniuerse
terre quia fides katholica de ierusalem ad alias partes orbis per predicacionem apostolorum
et discipulorum xpisti est diuulgata sicut quia dictum fuit Ysaie ii de syon exibit lex
et verbum domini de ierusalem quod est causa exultacionis fidelibus cunctis / mons syon
latera aquilonis quia mons syon est in aquilonari parte ciuitatis regis Deus in
domibus eius cognoscetur / xpistus enim deus et homo in templo fuit cognitus a simeone
iusto et ab anna prophetissa et ab aliis fidelibus cum suscipiet eum scilicet ierusalem per-
mouendo eum ad eternam gloriam / in consolacione / in ... / in auxiliando Quoniam
ecce reges terre congregati sunt etc. / isti fuerunt tres reges qui venerunt ad adoran-
dum xpistum natum Ipsi videntes admirati sunt videntes scilicet stellam ducentem
et puerum ihesum et matrem eius admirati / conturbati sunt commoti sunt / istud
refertur ad herodem regem et suos fautores qui audientes verba regum
de xpisto fuerunt valde conturbati Mathei ii audiens herodes rex turbatus est etc.
Et quia aduentus regum fuit causa turbacionis herodis et suorum ideo scriptura
sub vno contextu loquendo de regibus euntibus xpistum adorare transit ad
loquendum de herode et suis fautoribus quorum cor concussit / tremor apprehen-
dit eos eo quod herodes timuit regnum suum perdere Et quia ex hoc nimis
torquebatur ideo subditur Ibi dolores vt parturientis etc. / istud potest referri
ad dolores matrum quarum filios herodes occidi fecit propter xpistum Mathei ii

In spu vehementi conteres naues tharsis In hebr. et in trisl. / Hec iux hebr. h'
in spu vrediuis .i. ab uro vtis / herodes enim audiens quod magi redyssent
in terram suam per mare in nauibus tarsis iratus eas succendit ut dicitur in histo
scolastica .i. ibi dicit quod tunc fuit adimpleta prophetia ista / Sicut audiuimus sic u
filiis chore et aliis prophetis sic vidimus adimpletum xpi misterium in ciuitate
domini virtutum .i. angelorum / angeli enim semper post reuertentes dominum cultus frequenta-
bant locum illum / deus fundauit eam in eternum / quod xpc deus ergo fundauit eam in fide
catholica ut predicantur que fundatur stabilis est in eternum / Suscepimus deus misericordiam tuam
in medio templi tui hoc fuit adimpletum quando xpc puer quod erat misericordia dei summus cum
sancti fuit ibi oblatus et postea erat crescens doctus / Secundum nomen tuum deus
/ secundum magnitudinem nominis tui que est infinita / sic et laus tua in fines terre
/ diffusa est per orbem terrarum per predicationem iusticia plena dextera que continet in virtute
eruditam / plena est dextera tua .i. operacio seu largitas tua per quam per orbem
est diffusa / Letetur mons sion / unde doctrina euangelica accepit exordium ut
predictum est et exultet filie iude .i. ciuitates iude in quibus predicatur xpc in propria
persona propter iudicia tua domine per te eis denunciata / Circumdate sion et hic
describitur dominus impletoris promulgatoris que facta est per apostolos quando adimplentes
xpi misterium constanter publicaturi in iherusalem et ciuitatibus propinquis et remotis
secundum quod dicitur act. i. et eritis mihi testes in iherusalem et in iudea et samaria et usque
ad ultimum terre / et hoc est quod dicitur circumdate sion quod in monte sion ubi erat tem-
plum et etiam in aliis locis per iherusalem constanter discurrentes publicando fidem
xpi et miraculis confirmabant in tantum quod in plateis ponebantur infirmi ut ve-
niente petro saltem umbra illius ut act. v. narrate in turribus eius .i. publice
et manifeste sicut preconis clamantes in turribus auditur de tota ciuitate / Ponite
corda vestra in virtute eius .i. ipsius xpi in cuius virtute magnalia facie-
bant apostoli ut habetur in actibus apostolorum et distribuite domos eius .i. ordina-
te loca ad cultum ipsius quod fecerunt apostoli post in iherusalem et in ciuitatibus iudee
postea in orbe terrarum ut habetur in actibus eorum ideo subdit ut enarretis .i. pre-
dicetis altera .i. in gentibus que erat altera progenies a iudea / quod post predicauerunt
apostoli et discipuli xpi iudeis et postea gentilibus per orbem terre quando predicauerunt
et hoc omnino tunc subdit / Quoniam hic est deus scilicet xpus cuius diuinitatem predicauerunt
deus noster quod esse dedit nobis et non solum per gratiam sed etiam in futuro per
gloriam ideo sequitur in eternum et in seculum seculi ipse reget nos in secula / Hebr.
autem dicit ipse reget nos suauiter quod diuina prudentia attingit a fine usque
ad finem fortiter et disponit omnia suauiter etc. / Trans. autem in trisl. iux hebr. dicit
ipse reget nos in morte quod tunc magis apparebit quod ipse est rector xpianorum
in hoc quod defunctis impendimus auxilium habebit specialem curam eorum / Rabi
autem hiis duositatem in littera ista est quod in hebr. sic habetur ipse reget nos
almuth / almuth autem stat super morte vel in morte si sunt due dictiones
aut sit una dictio sic stat sola in per sunt est etiam gentis / Et in uersione
in loco eius hebr. dicit suauiter eo quod homo puerum paruulum ducit in sua-
uitate et non in rigore / sicut quod dicit Ra. Sa. super locum istum / Trans. dicit quod almuth
est una dictio ebraica et non due / Sancta katherina ora pro me p.

Audite hec omnes gentes auribus percipite omnes qui habitatis orbem
Ad laudem titulus in hebr. ad uictoriam filiis chore psalmus / et patet
sensus ex predictis et diuiditur in duo primo ponitur prohemium / secundo tractatus
ibi et audite hec omnes gentes quod dicit quod est hic ducendum
utile est pro homine omnium omnes auribus percipite .i. aure cordis et mentis
Aliter sic hic agitur de iudice quod rex impius pravitatibus adherentes condem-
pnabit titulus in fine filiis chore / Psalmus dauid .i. hic psalmus quando est prius dauid
fit actoris dirigens nos in fine .i. in xpm cantandus est a filiis chore .i. a fi-
liis xpi ut in eis lenita tempestate timore legitur anchora metus pondus
timoris / vel filiis chore .i. mundi contemptoribus sicut xpc contempsit ut finis

contempnant cum audierint que dicuntur contra amatores mundi Luce xvi est eis ut yuc-
mens ex periculo dampnacionis amatorum mundi. Intencio est monere ne elati g-
pervenerint in mundo. Et dividitur psalmus: facit attentos ad audiendum. 2o subiungit dic-
ta. Ubi autem dicitur primo dicit omnes gentes audite hec que sequuntur quia utilia sunt
omni homini omni. Eccli. xxxii: ubi non est auditus non effundas sermonem, percipite
idest intelligite auribus cordis seu mentis que dicuntur. Ablativus est non inserit audientes
omnes qui habitatis orbem universum q.d. audite exterius percipite intelligendo in-
audiatis ergo iniusti ut peniteant, penitentes ut confirmentur, perfecti ut profi-
ciant, iusti ut delectacionem habeant. Quique terrigene et filii hominum simul in
unum dives et pauper. Ad 2 quique idest quarumcumque nacionum et statuum simul
idest in unum dives et pauper. Alia littera sic habet omnes qui debent audire et dicit audite omnes qui
idest omnes terrigene idest qui estis terrene nature. Gen. 2: formavit deus hominem de limo
terre. filii hominum idest de natura racionali ut terrigene idest mali terrenis adherentes et fi-
lii hominum idest racionales et boni simul idest pariter in unum idest una voluntate venite ad
audiendum. dives terrigena superbus pauper filius hominis humilis. Ecce qui [illegible] su-
fficit omnium. Sic bonos et malos vocat omnes ad audiendum sine accepcione persona-
Nota quod triplex citacio facta est ad audiendum. Prima ibi audite, 2a ibi percipite, 3a ibi
quique terrigene quia si semper contemptus dabitur diffinitiva sentencia. Aliter nota secundum di-
versitatem utriusque unus est filius hominis scilicet unius hominis cum est xpc quod in de una homine scilicet de
beata virgine natus est. Os meum loquetur sapienciam et meditacio cordis mei pru-
denciam. Ad 2 hic reddit attentos ex dictorum commendacione cum dicit os meum lo-
sapienciam que est noticia de altissimis et meditacio cordis mei prudenciam que
est doctrina de agibilibus humanis. Alia littera sic habet omnes quid audire debent quia
sublimia et utilia et dicit audite omnes gentes quia os meum loquetur sapienciam
que est noticia de divinis et de altissimis sicut de ipso. Prima Cor. i: Predicamus nos xpm
tamquam xpm dei virtutem et dei sapienciam et meditacio cordis mei prudenciam
que est doctrina de agibilibus humanis et pertinet ad mores et est valde util-
Prov. ii: Si inclinaveris prudencie cor tuum intelliges timorem domini. Ergo nullo-
ciens oris debet esse sine meditacione cordis propter periculum stultitie in loquendo, nec
meditacio cordis sine locucione oris propter dampnum inutilitatis in tacendo. Eccl. xxi:
In corde sapiencium os illorum. Inclinabo in parabolis aurem meam aperiam in
psalterio proposicionem meam. Ad 2 hic reddit dociles ex modo loquendi cum dicit inclinabo
in parabolis aurem meam idest applicabo intellectum meum ad intelligendum verba legis
et prophetarum que frequenter sunt parabolica et tunc potero lucide aliis tradere. Ipsa
intelligens aperiam idest lucide tradam in psalterio proposicionem meam. Et dicit in psalterio quia ipse
David erat aptus decantare in tali instrumento. Alia littera sic habet post dictorum audi-
Et dicit inclinabo in parabolis idest ad parabolas aurem meam idest applicabo intellectum meum
ad intelligendum verba legis et prophetarum que ut frequenter sunt parabolica. Vel sic In-
clinabo per humilitatem in parabolis idest ad parabolas vitandas in quibus loquitur aurem
interiorem scilicet cordis. Parabola grece dicitur similitudo latine. Et dicitur in parabolis
quia quod intus videtur per speculum per speciem non potest videri oculis. Etiam de rebus extremis
et infirmis similitudo parabola. Non dicit inclinabo et etiam propter humilitatem quia humi-
libus fit revelacio. Luce x: Revelasti ea parvulis. aperiam idest lucide tradam in
psalterio proposicionem meam. Vel sic aperiam idest manifestabo in psalterio idest in verbo opere
non verbo loquendo tantum bona sed opere implendo, quia psalterium dicitur a psallendo que
tangere proposicionem opere meo statim q.d. quod ore predicabo opere adimplebo. Eccli. iiii:
Noli citus esse in lingua tua et inutilis et remissus in operibus tuis. Multi enim bonum
proposuerunt bonum sed non psallerunt aperiendo proposicionem. Cur timebo in die mala
iniquitas calcanei mei circumdabit me. Ad 3 hic [illegible] mortem quadam [illegible] et sol-
ibi qui confidunt. Est autem quidam de extremo iudicio quod erit terribile iniustis qui
videbunt vindictam de peccatoribus et ideo ipse monet quemlibet dicens cur timebo in die
mala idest in die iudicii quia frequenter vocantur dies mala in scriptura veteris et novi
testamenti et loquitur in persona omnis humani in quo sunt plures mali quam boni.
Eccl. i: Stultorum infinitus est numerus. Et tunc reddit ad quemlibet dicens iniquitas calcanei
mei circumdabit me idest in hac [illegible] timere idest iudicio si iniquitas circumdabit me.

sicut retia involuens avem captam vel bestiam. Et dicit calcanei mei id est operis
mei quia calcaneum hominis facit vestigium in pulvere, opera autem hominis alii non sunt
opposita quia absoluti ab iniquitate non habebunt tunc timere. Allegorice sic hic
ponit dicenda et audienda. Et primo minatur malis, secundo consolatur bonos. Et dicit Quare
timebo et tunc queret in persona peccatorum: Cur timebo in die mala id est in die
iudicii que dicitur mala in scripturis quia tunc omnia mala mea manifestabuntur et iudicabuntur
et punientur que multo plura sunt quam bona. Ier. xii. Die malam peperit et
tunc reddetur ad penam. Quibus iniquitas calcanei mei id est si iniquitas calcanei mei id est
operis mei vel finalis damnacio circumdabit me id est involvet sicut retia captam
bestiam. Vel iniquitas calcanei mei id est que mihi est ex carne mea. Ro. vii. Scio
quia non habitat in me id est in carne mea bonum. Aug. In calcaneo quippe labes
corporalis ... per carnis labes spiritus. Vel si iniquitas calcanei mei id est in fine
vite mee circumdabit id est opprimet et faciet me tenere sine gracia vel circumdabit
me sicut vestis turpissima. Tunc habebo timere in die mala id est in iudicio quia tunc
culpa est tenacior ad remittendum quando peccator difficilior ad exaudiendum, Deus tar-
dior ad indulgendum, diabolus instancior ad petendum. Bern. Et tu iudicabis
calcaneum eius. Glosa. Nisi per penitenciam propter gravem iniquitatem. Qui confidunt
in virtute sua et in multitudine diviciarum suarum gloriantur. Glo. Hic declarat
quod peccatores comparantur ad iniustos, secundo comparantur ad iustos ibi Et dicit ... con-
tra primum sic: quia iniquitas circumdans inimicum propter quam in iudicio condempnabitur
ostenditur primo ex duobus, scilicet ex primis peccatis immediate appetitis, et ex fu-
ture felicitatis contemptu. Et declarat ... dicens eum confidit id est fiduciam et firmam
ponit in virtute sua id est in potencia corporali in se et amicis suis et in multitudine
diviciarum suarum gloriantur tanquam in summo bono, et sic in abyssum peccatorum labun-
tur. Contra ista duo faciunt multi: tales in futuro iudicio habebunt timere. Aug.
... non redimet etc. Allegorice sic: prius posuit culpam malorum; hic
ostendit carenciam auxilii quia confidunt in vanis. Et dicit Iniquitas calcanei id est operis
eorum circumdabit eos, qui confidunt id est fiduciam et firmam suam ponunt in virtute sua
id est in fortitudine corporis, in ingenio mentis, in potestate dignitatis, in se et amicis suis,
et in multitudine diviciarum suarum gloriantur id est superbiunt putantes se esse maiores
aliis propter divicias et possessiones quam pauperes. Contra illud Ier. ix. Non glorietur
fortis in fortitudine sua nec dives in diviciis. Exemplum de ... Luc. xviii. non
sum sicut ceteri hominum etc. Frater non redimet, redimet homo. Et non dabit Deo
placationem suam. Ad literam quia nullus ab illa sua potest redimi per se vel per
amicos suos. Prov. vi. Zelus et furor viri non parcet in die vindicte nec acquiescet
cuiusquam precibus nec suscipiet pro redempcione dona plurima. Redimet homo
interrogative est quasi diceret: potest ne se peccator redimere? q.d. non; quia non dabit Deo
placationem suam id est sacrificium vel oblacionem quod placeret sibi Deus. Allegorice sic
hic ostendit quod condempnatum peccatorem redimere non potest in iudicio extremo dicens nec
multitudo diviciarum nec cognatio potest peccatorem iuvare, quia frater id est amicus car-
nalis non redimet a morte et ab illa tortura, immo magis fratrem suum ve-
nabitur ad mortem. Michee vii. Vir fratrem suum venatur ad mortem. Redimet
homo post interrogative id est potest ne peccator se redimere? q.d. non. Vel sic
Redimet homo ut aliquis homo quasi se redimet q.d. ex quo frater non redimet
tunc non redimet aliquis purus homo et non dabit id est quia non potest dare Deo pla-
cationem suam id est aliquid per quod placetur, quia nec per se nec per alium potest placare.
Prov. vi. Zelus et furor viri non parcet etc. Ps. Quis est homo qui vivit et non
videbit mortem, eruet animam suam? q.d. nullus est homo purus. Allegorice sic
de ... qui gloriantur in diviciis suis. Frater id est Christus de quo Ro. viii. primogenitus
in multis fratribus non redimet tales quamvis redimet alios. Osee xiii. De morte
redimam eos. Redimet homo aliquis ut Adam qui peccavit vel aliquis qui est
in eadem damnacione? q.d. non. Et non dabit Deo placationem suam id est ...
per quam homo placatur Deo et Deus homini. Eccl. xii. Altissimus odio habet peccatores
et misertus est penitentibus. Et precium redempcionis anime sue et laborabit
in eternum et vivet adhuc in finem. Ad literam frater non potest dare quia caret

extra statum merendi propter quod semper et laborabit in eternum et affligetur pena eterna et vivet adhuc in finem ut semper sentiat penam que a nobis puniet[ur] non sentitur. Apoc. ix. In diebus illis querent homines mortem et non invenient eam desiderabunt mori et fugiet mors ab eis. et hoc modo exponit hunc passum [illegible]. Alia lectura sic hic [illegible] quod non potest redimere animam suam precio aliquo et qui gloriatur in divitiis suis in hoc modo non poterit deo dare in extremo iudicio sacrificium vel oblationem per quam sibi deus placetur. et precium redemptionis non dabit [illegible] deus. Dan. iiii. peccata tua elemosinis redime. nec aliquod precium poterit dare pro redemptione anime sue que erit extra statum merendi. et laborabit et patietur in eternum in penis. Judith xvi. dabit ignem et vermes in carnes eorum ut urantur et vivant et sentiant usque in sempiternum. et vivet adhuc in finem vermes. et postquam ista vita finierit adhuc deveniet ad aliam vitam que remanebit anima puniens que iterum redibit ad corpus. Job xx. luet que fecit omnia nec tamen consumetur quia corporis [illegible] dat nobis perpetue pendendi. Non videbit interitum cum viderit sapientes morientes simul insipiens et stultus peribunt. Ad l. ex hoc enim quod homines mundani vident multos iustos et iniustos sapientes et stultos sic mori reputant quod non sit alia vita post mortem in qua isti puniantur et illi premiabuntur. et hoc est occasio currendi ad vicia sine freno. Unde in persona talium dicitur Sap. ii. ex nichilo nati sumus et post hoc erimus tanquam si non fuerimus. et sequitur venite fruamur bonis que sunt. nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Isti ponunt ultimum finem in vita ista nec post mortem credunt aliquid nisi quod remaneant in [illegible] sed per talia devenient ad penam [illegible] ista [illegible] dicitur hic non videbit interitum scilicet gehenne. cum viderit sapientes morientes simul insipiens et homo carnalis eo quod videt sapientes qui sunt iusti et insipientes qui sunt iniusti sic mori non credit esse interitum gehenne. Alia lectura sic hic [illegible] pena de qua agitur scilicet de corporali et [illegible]. et dicit quod homines vident iustos et iniustos sapientes et stultos eque mori morte temporali propter hoc est qui gloriatur in fortitudine sua et in suis divitiis. non videbit et non attendit nec credit esse verum interitum gehenne et eternum. qui sibi imminet post hanc vitam. de quo [illegible] Ego quoque in interitu vestro ridebo. cum viderit et quod videt sapientes morientes sic et stultos. Eccl. ii. moritur doctus similiter et indoctus similiter sed dissimiliter tamen spiritus. quod doctus transit ad gloriam sed indoctus ad penam. [illegible] dicit quod quo sapientes et iusti moriuntur ergo insipientes qui [illegible] non provident et stultus qui previsa non cavet. vel insipiens in divitiis contra sapientiam et stultus in [illegible] contra prudentiam de quibus Deut. xxxii. utinam saperent et intelligerent ac novissima providerent. peribunt simul scilicet cum corpore et anima vel unus cum alio ita quod unus alium liberare non poterit. Job iiii. quia nullus intelligit in eternum peribunt. [illegible] quod videbit eque bene mori bonos et malos et in corde suo [illegible] sapientes qui pie coluerunt deum mortui sunt et non potuerunt evadere mortem [illegible] sequar eos [illegible] in [illegible] vivo. et [illegible] nescit ille quid sit verus interitus qui imminet ei et eius cum sapiens transit ad vitam. Unde [illegible] non attendit vitam post istam nec mortem aliam post temporalem.

Et relinquent alienis divitias suas et sepulcra eorum domus illorum in eternum. Ad literam quod sic iniusti non portant secum divitias suas transeuntes de vita presenti. ita nec iusti. et sepulcra eorum. In hebreo habetur et interiora eorum et in idem redit quod sepulcrum fit intra terram. vel sepulcra sunt interiora habitacula mortuorum. domus illorum in eternum. Reputant enim isti quod iusti et iniusti post mortem nichil habeant nisi quod cadavera eorum in sepulcris remanent absque aliqua retributione futura. propter quod querunt perpetuam [illegible] possunt in vita ista faciendo aliqua ad eorum famam post mortem. Alia lectura sic post separationem anime a corpore subditur separatio hominis a sua possessione quia

eas perdet et numquam recuperabit et dicit qui gloriatur in diviciis suis relin-
quet divicias suas propter quas acquirendas multipliciter peccaverit / Ecclesiastes xviij set
divicias et non in iudicio in medio dierum suorum derelinquet eas et in novis-
simo suo erit insipiens dicit suas quia eas sibi appropriaverit et aliis non co-
mmunicaverit / alienis quia non perfruuntur eas communiter filiis et cognatis derelinque-
rit eas quia sunt tamquam alieni quia filii et cognati non faciunt memoriam pro defunctis
mortuis / Luce x quibus videtur proximus fuisse illi qui incidit in latrones
mundi / qui fecerunt mortem in illum sepulcra eorum sunt domus eorum de quibus non re-
dibunt ad reparandas divicias in eternum scilicet aut vel totum eius tempus quod
in sepulcro usque in fine mundi manebunt et non in palaciis que construxerunt
Job xvii solum michi superest sepulcrum / Ecclesiastes vi vadit homo in domum eternitatis sue
Tabernacula eorum in progenie et progenie vocaverunt nomina sua in terris suis
ad literam faciunt enim aliqui magna et fortia edificia que possint per-
manere in multis generacionibus ut sic in illis remaneat eorum fama et sic se-
vocaverunt nomina sua i. conservaverunt vocari per famam remanentem in terris suis
quia homo magis curat de fama in vita et post vitam in terra quam in alia
vita lege 2 Regum xviii de absolon ubi dicit porro absalon erexerat sibi titu-
lum cum adhuc viveret dicebat enim non habeo filium in quo sit memoria
memoria mei et hoc erit monumentum nominis mei / Lyra sic exponit per-
petuitatem memorie temporis / Et dicit relinquent divicias suas alienis et taber-
nacula eorum i. alta palacia in quibus ad tempus sunt i. domos quas edi-
ficaverunt relinquunt putant esse duraturas in progenie una scilicet filiorum et pro-
genie alia scilicet nepotum quasi dicat iste domus manebunt filiis meis et filiis
filiorum meorum / de una progenie in aliam quod tamen non semper est ita quia huiusmodi
domus aliquando vendimus ab heredibus vel ruinam paciuntur / Job xxi ubi est
domus principis ubi sunt tabernacula impiorum / vocaverunt i. vocari fecerunt
nomina sua i. memoriam suam per illa tabernacula in terris suis non in celestibus /
Ecclesiastes xviii Recordaris a te in terra serventer / Augustinus O stulte quid tibi prodest ita
memoria si ubi es torqueris et ubi non es laudaris / Alia beata est vita aut
nominibus terras suas ut restitua philippi Lacedemonie si Ieram / Augustinus in-
vocabunt heredes nomina sua i. patrum in terris / filii enim in memoria patrum inve-
habent se ad sepulcra patrum / Ecclesiastes xxx quasi apposiciones epularum circumposite sepulchro /
Et homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipien-
tibus et similis factus est illis / Glossa Ad l. hic per causam predictam errorum cum dicit homo
cum in honore esset non intellexit / honor hominis consistit in hoc quod factus est ad
ymaginem dei capax utique per cognicionem et amorem et sic ordinatur ad beatitu-
dinem eternam quam homo carnalis non intellexit ut dictum est ideo subditur comparatus
est iumentis insipientibus eo quod elegit vitam voluptuosam que voratur vita pecudum
vel Ethicorum / et similis factus est illis quia subtracto honore ymaginis non distat homo
a bruto / Ecclesiastes iii unus est interitus hominis et iumentorum et equa utriusque condicio sicut
moritur homo sic et illa moriuntur / Lyra sic exponit quod tales ponderent sue sub-
limitatis intelligenciam de reparacione et vocari fecerunt nomina et memoriam suam
in terris / et cum homo in honore esset ad ymaginem dei facta et capax utique per co-
gnicionem et amorem et ordinatus ad vitam eternam / non intellexit suum honorem
et suam dignitatem ut eam conservaret intactam / et non solum intelligit sed insi-
piens construendo edificia et querendo memoriam pro terra cum tamen potius deberet
querere eterna / Vel sic homo hoc faciendo non intellexit non intelligens agit
cum prius regnum dei querendum esset / et tamen intelligenter agere debuisset cum in
honore esset conditus in porcione intelligencia et ymagine dei / Glossa pro faciamus
hominem ad ymaginem et similitudinem nostram / vel sic homo cum in honore esset
quia ad ymaginem dei et capax eterne beatitudinis non intellexit honorem
suum / Sap ii non iudicaverunt honorem animarum sanctarum / comparatus est iumentis
i. brutis in affectu non sapiencie / et similis factus est illis in affectu per gulam /

quia non egit secundum intellectum sed per sensum sicut bruta. Ps. Nolite fieri sicut equus
et mulus in quibus non est intellectus. Nota homo peccator comparatur multis bru-
tis vel iumentis. primo porcis propter detractionem. porcus enim libentius ponit os suum
in stercoribus quam in ameis floribus. sic detractor in viciis aliorum quam
in virtutibus aliorum. Ps. sepulcrum patens guttur eorum. 2o comparatur equis propter lu-
xuriam. Iere. v. In domo meretricis luxuriabantur. equi amatores in feminas.
3o asinis propter pigritiam. Iob i. boves arabant et asini pascebantur. 4o vi-
tulis propter castrimargiam. Iere. l. effusi estis sicut vituli super herbam. Quinto leonibus
propter superbiam. Eccl. iiii. Noli esse sicut leo in domo tua. Sexto ursis propter crudeli-
tatem. Treni. iii. ursus insidians factus est mihi. Septimo pardis propter versuciam. Iere.
xiii. si potest ethiops mutare pellem suam et pardus varietates suas. Octavo vul-
pibus propter dolositatem. Mat. viii. vulpes foveas habent. Hec via illorum scandal-
lum ipsis et postea in ore suo complacebunt. Ad. l. Hec via illorum id est processus
in vita presenti. scandalum ipsis quia facit eos ruere de peccato in penam et post ea
in ore suo complacebunt quia iactant se de tali vita tamquam assecuti felicita-
tem. Alia lectio sic. hic ostendit culpam que sequitur ex dicta ignorancia. Et de
qui confidunt in virtute sua et gloriantur in divitiis suis hec via illorum
id est talis vita quam ducunt ut iumenta et credunt esse rectam. illorum via non
dei nec bonorum sed malorum. scandalum est ipsis id est precipitium in culpam et
tandem in gehennam. Eccl. xxi. via impiorum complanata lapidibus et in fine
illius inferi et tenebre et pena. eam in confinia tortura. Et post ea in ore suo
complacebunt id est iactant se de tali vita voluptuosa tamquam felicitatem assecu-
ti. vel sic complacebunt in ore id est talis vita placet eis in cordibus eorum
et complacet eis de ipsa loqui et ab aliis laudari. vel sic post ea id est post hec
ipsi in ore suo complacebunt id est benedicent deum in ore suo. Zach. xi. Benedic-
tus deus divites facti sumus. vel sic post ea complacebunt aliis ut alii filios eis
faciant et hoc in ore suo alios alliciente. Prov. i. fili si te lactaverint pec-
catores ne acquiescas eis. vel sic post ea id est post malam vitam in futuro complace-
bunt id est se placatos et quietos aliis ostendent ut ypocrite. vel sic post ea in ore
suo non in corde in quo est iniquitas complacebunt id est benedicent deum ut sancti
et bonos se simulent. Ysa. xxix. hic populus ore suo et labiis me honorat.
Sicut oves in inferno positi sunt mors depascet eos. Ad. l. quia non con-
siderant penam sibi post mortem paratam ideo subdit sicut oves scilicet ducte ad occi-
sionem hoc ignorantes. sic isti in inferno positi sunt post mortem. mors depa-
scet eos scilicet mors gehenne que semper affliget eos et numquam finiet sicut vermes
corrodunt cadaver. Alia lectio sic. prius narrat de pena corporali. hic de
mentali primo dicit quia via et vita eorum est scandalum ipsis ideo hic positi sunt
id est ponentur in inferno post mortem sicut oves que ducuntur ad occisionem ignorantes
quo ducuntur. vel sic sicut oves positi sunt inerte et cogitate in inferno se-
dem in vivo. Eccl. li. vita mea appropinquans erat inferno deorsum. vel sic po-
siti sunt id est ponentur post mortem in inferno sicut oves a quibus et si auferatur
lana, manet tamen natura simplex. et si ibi infligatur pena manet tamen natura.
mors gehenne que est mors secunda. Apoc. xxi. depascet eos id est valde pa-
scet corrodet scilicet katholicon ut semper renascantur ad penam sicut herba ad
pastum. Iob xxxiii. consumpta est caro eius a suppliciis reventatur ad dies ado-
lescentie sue. vel sic mors id est dyabolus qui mortem gehenne sentit quia mortem
nature introduxit qui ad mortem culpe trahit. Osee xiii. Ero
mors tua o mors. depascet eos scilicet ipse dyabolus qui est pastor eorum.
ut xc vita ita dyabolus est mors quia est pastor pessimus immo seductor. Iere.
pastores eorum seduxerunt eos. quia ducunt fatuas oves ad loca ubi non est vi-
rens pastura teste divite epulone. Luc. xvi. Et dominabuntur eorum iusti
in matutino et auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum. Ad. l. Iusti
hic ostendit quod iusti non habebunt timere in iudicio sed magis letari et per

solvit illam quoniam / aliter timebo ergo et dominabuntur eorum iusti in matutino i in in-
dicio quando iudex veniens sua claritate illustrabit omnia que prius erant in nocte
quia tunc clare discernentur pii ab impiis / et isti in brevi dominabuntur / et illi in
inferno detrudentur et id subditur et auxilium eorum quod habebant ab amicis carnalibus
in vita presenti veterascet in inferno quia totaliter cessabit a gloria eorum erit translata ad
maximam confusionem / alia littera sic habet ondit pena quantum scilicet anime et corporis / et dicit
sicut oves ponentur in inferno / et iusti quos mali sibi reputabant inimicos / dominabuntur
eorum vel eis / Bernardus Augo quia permanebunt eis et iudicabunt eos / Sap iii iudicabunt
nationes et dominabuntur populis / et hoc in matutino i in die iudicii quando veniens
iudex illuminabit et manifestabit abscondita cordium quia tunc clare discernentur iusti
ab iniustis / nunc quidem est nox quia corda latent et auxilium eorum quod habebant
de sua virtute de diviciarum multitudine de carnalibus amicis / veterascet in inferno
i annichilabitur et totaliter cessabit / Hebr viii quod antiquatur et senescit prope est
interitui in inferno / Ysa xxx Egyptus frustra et inane auxiliabitur / et a gloria
eorum erit translata ad maximam confusionem quia que nunc videbatur hic eorum vana gloria
tantam habebunt ignominiam / Osee iiii gloriam eorum in ignominiam commutabo / quia
nemo vero iuvabit ad evasionem nec divitie ad redemptionem nec amici ad consolationem
Apoc xviii quantum glorificavit se in deliciis tantum date ei de tormentis / Bernardus Crassus
sic auxilium eorum veterascet in inferno i annichilabitur a gloria eorum expulsi sunt
quia cum interierit non sumet omnia neque descendet cum eo gloria eius Verum-
tamen deus redimet animam meam de manu inferi cum acceperit me ad regnum
sed quia iusti a talibus erunt liberi id subditur verumtamen deus redimet animam meam
de manu inferi i de potestate eius / Et loquitur in persona cuiuslibet iusti / cum acceperit
me de presenti vita / vel aliter cum acceperit me i receperit ad suam gloriam / alia
littera sic postquam premisit comminationem contra malos hic consolatur bonos contra deos
[illegible] inimicos trahere ad dampnationem et dicit possessor et qui glorificantur in divitiis
suis sicut oves ita humiliati sine contradictione postea erunt in inferno / verumtamen
deus auctor consolationis redimet precio vite sue et sanguinis. Apoc v. re-
demisti nos deo in sanguine tuo / animam meam vere penitentis
et iusti illius ardentis misericordiam / de manu inferi i de potestate diaboli qui
omnes detinebat in limbo ante adventum Christi / Zach ix tu vero in sanguine testamenti
tui eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua / cum acceperit me i carnem
ex me seu cum incarnatus fuit filius dei / Hebr ii angelos non apprehendit sed se-
men Abrahe / et est thema in annunciatione et passione [illegible] quando sunt habemus
hic notantur duo magna et stupenda scilicet filius dei incarnatus ibi cum acce-
perit me / 2o humanum genus redemptum ibi deus redimet animam meam / Luc i
[illegible] visitavit et fecit redemptionem plebis sue / Ne timueris cum dives
factus fuerit homo et cum multiplicata fuerit gloria domus eius / Ad literam hic post
quedam vult monere scilicet quod homo non turbetur seu admiretur cum videt aliquos
in presenti prosperari et se talibus [illegible] quia totum erit oppositum in futuro / et hoc est
quod dicit ne timueris quasi miser et pauper cum dives factus fuerit homo
vivens carnaliter et mundane et cum multiplicata fuerit gloria domus eius i divitiis
et prole / alia littera sic hic postea consolatur bonos ne terreantur videntes malos
in temporalibus prosperari / et dicit ergo tu iuste et pauper ne timueris i non turberis
te amisisse omnia et deum non curare de te et sibi [illegible] / cum dives factus
fuit homo / [illegible] dicit [illegible] non natus / Boet [illegible] [illegible] dampnetur / Luc xii
nolite timere pusillus grex complacuit patri vestro dare vobis regnum scilicet
celum et immobile sed non terrena mobilia q.d. cum videris malos in presenti
prosperari et te pauperem et abiectum esse non turberis et cum multiplicata
fuerit gloria domus eius in presenti vite variis dignitatibus et honoribus
et hoc dicit domus eius quia divite exaltato exaltantur familia et cognati eius
et sic fit multiplex gloria / Eccli ix non zeles gloriam et opes peccatorum non
enim scis que futura sit illius subversio / Quoniam cum interierit non sumet omnia

neque descendet cum eo gloria eius. Ad litteram qui cum interierit per mortem cito et
repente non sumet omnia. Hieronymus dicit et plus significat sine quod nichil secum
portabit nec descendet cum eo gloria eius id est felicitas. Aliter legitur sic hic ostenditur quod
sperantes rerum et honorum huius vite est breuis. Et dicit tu pauper iuste ne timueris
et turberis cum factus diues fuerit homo. quoniam cum interierit id est morietur ille diues
quod est grauius quia sepelitur anima a corpore quod diuitie non tollunt mortem
sed faciunt eam amaram valde. Ecclesiastici xli. O mors quam amara est memoria tua
homini iniusto et pacem habenti in substantiis suis. non sumet omnia id est nichil su-
met que hic possidebat nisi peccatum quod est graue ita quod illa negatio ni-
chil totum negat. Iob xxvii. diues cum dormierit nichil secum afferet aperiet ocu-
los suos et nichil inueniet. neque descendet in abyssum inferni cum eo gloria eius id est felicitas
et laus presentis vite quod mittetur in tenebras cum ignominia quod est confusio.
Osee iiii. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Quia anima eius in vita eius
benedicetur confitebitur tibi cum benefeceris ei. Ad litteram quod anima eius id est commendabitur
ab adulatoribus qui assistunt secum. confitebitur tibi te commendans cum benefeceris
ei id est operatus fueris ad eius lucrum temporale vel honorem vel aliud simile. Ali-
ter legitur sic per consolationem iustorum ne turbarentur videntes malorum prosperitatem
hic consolatur eos ne turbarentur laudantes eos laudari. Et dicit quod licet ani-
ma eius id est sensualitas seu caro eius benedicetur id est commendatur ab ipso met vel
ab adulatoribus qui sibi assistunt in vita ipsius id est in presenti vita et non in
futura. hic est communis anima eius gaudebit in presenti de vita eius carnali et
voluptuosa et non prouidet in futuro. Luce xii. Anima mea habes multa bona
reposita in annos plurimos requiesce comede bibe et cetera. Tamen talis benedictio
est maledicta. Mathei xvi. Qui voluerit animam suam saluam facere perdet eam.
Et licet confitebitur tibi id est commendabit te cum benefeceris ei id est operatus fueris
ad eius lucrum temporale vel ad honorem. vel licet forte deum confitebitur id est lauda-
bit te cum benefeceris ei quod dicitur diues laudat deum in prosperis. non autem
in aduersis. Zacharie xi. Benedictus deus diuites facti sumus. Augustinus illa est vox
simulatione deum non inuenit que in tribulatione deum contempnit.
Introibit usque in progenies patrum suorum et usque in eternum non videbit lu-
men. Ad litteram quamuis anima eius in presenti benedicatur tamen introibit usque ad proge-
nies patrum suorum descendendo cum eis ad infernum sicut fuit imitator eorum
in sceleribus et usque in eternum non videbit lumen gratie et glorie quod in inferno
nulla est redemptio. Per hoc autem intelligitur aperte de iniustis sed quod videbi-
tur gratie contrarium. Aliter legitur sic hic ostenditur eorum penam inglorià. Et dicit quod anima
eius in vita benedicetur ergo introibit id est descendet in infernum. usque in progenies
patrum suorum id est usque ad antiquos iniquos sicut fuit imitator scelerum eorum
vel sic introibit pedibus affectionis et imitationis usque in progenies pa-
trum suorum id est usque ad imitationem patrum quod sciendum est patres id est predecessores malos
in malo. De quibus Ieremie xvi. Patres mei peccauerunt et non sunt et nos
iniquitates eorum portauimus. patres appellat non tam ex propinquitate carnis
quam quos imitatione consecuti sunt et usque in eternum non videbit lumen
gratie et glorie quod in inferno positus nunquam inde exibit nec gratiam merebitur.
Iob. in inferno nulla est redemptio. De quo Ecclesiastici xi. dulce lumen
cas diabolum et mortem cum iudicaris ad mortem. Apoc v vicit leo de tribu
iuda. Osee xiii ero mors tua o mors morsus tuus ero inferne. Vel sic ut
iustificeris in sermonibus tuis quibus promisisti filium tuum incarnari de se-
mine meo iuxta id ps de fructu etc et vincas id est confundas mediatores cum iudicaris
ab illis non implere promissum propter peccata. Num xxiii ut s. Ecce enim in ini-
quitatibus conceptus sum et in peccatis meis concepit me mater mea. ad hoc
hic ponit etiam persuasionem que accipitur ex humana fragilitate propter quam peccatum
eius est remissibile. non sic autem peccatum angeli in quo non est talis fragili-
tas. Et hoc quod dicit ecce enim in iniquitatibus conceptus sum quia homo descendens ab ada
per generationem carnalem in unione anime ad corpus contrahit originale
peccatum quod est ad peccata actualia inclinativum ratione fomitis remanentis.
et in peccatis concepit me mater mea repetitio est causa ad maiorem expressionem
Alia littera sic hic ponitur persuasio ab humana fragilitate quia conceptus sum in ori-
ginali iniusticie et in pruritu libidinis. et dicit tibi soli peccavi tanquam fragilis
quia ecce in iniquitatibus conceptus sum id est in peccato originali ex quo patior dif-
ficultatem ad bonum et habeo pronitatem ad malum. propter quod peccatum hominis
est magis remissibile. quod dicit in iniquitatibus id est in originali iniusticie. ponit
plurale pro singulari. sic ibi mortui sunt qui querebant animam pueri id est mor-
tuus est herodes. Vel dicit in iniquitatibus ratione stabile sed multiplicis iniusticie
que venit ex peccato originali. vel quia originalis culpa est in pluribus
in carne tanquam in causa que corrumpitur ex concupiscentia et libidine parentum
et sic polluitur et formatur in corpore prolis. et est in anima infusa in
corpore tanquam in subiecto que contrahit maculam a corpore polluto.
Vel sic secundum iuris ecce in iniquitatibus priorum parentum scilicet ade et eve

Et consequenter in iniquitatibus meorum parentum conceptus sum q.d. ab origine parentum primorum qua omnis sequentium generatio corrupta fuerat. Et qua prius fui tarde in culpa etc. Sed pro in iniquitatibus in plurali numero, ut sit sensus Ecce in iniquitatibus i. ex iniquis conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea, ista clausula exponitur de prudentie i. mater mea peccatrix concepit me in peccatis sub expressis ex peccatore. Ro. v. Si quis dixerit peccatum non habemus mendax est. Et Jo. Dicit Job iii pereat dies in qua natus sum et nox in qua dictum est conceptus est homo. Ecce enim veritatem dilexisti incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi. Ad literam hic est alia persuasio ex divina virtute et dicit Ecce enim veritatem dilexisti tu qui es ipsa veritas q.d. ex consequenti dicens quod promissiones tue verificentur, incerta et occulta sapientie tua manifestasti mihi. Ad occulta enim divine sapientie pertinet futura contingentia de quibus erat promissio ipsi David facta de successione regni in filiis et de descensu regni Christi de semine eius q.d. deus ut ista impleantur que non implentur nisi peccatis mihi remittis. Aliter legitur sic. Hic ponitur persuasio a proprietate divine bonitate qua ostendit in dilectione veritatis et in revelatione suorum secretorum. Et dicit Ecce confitentem veritatem i. iustitiam tuam et meam iniquitatem. Quia tu veritatem confessionis et satisfactionis dilexisti ut reus se accuset ita quod ipse illa dimittit peccata. Prov. xvi veritate redimitur iniquitas. Et Ps. veritatem et misericordiam diligit dominus. incerta et occulta sapientie tue i. dona gratiarum que sapientie penitentibus distribuis. Alias manifestas et ab impenitentibus iuste abscondis, vel sic incerta quo ad peccatorum pretactorum et occulta quo ad peccatorum remissionem que fuit occulta omni homini excepto et me et Bersabee ista manifestasti mihi per Nathan prophetam. ii Reg. xii. Ubi cum dixit David peccavi domino. Respondit propheta: transtulit dominus peccatum. Vel sic Ecce veritatem i. primam dilexisti incerta quo ad tempus et occulta omnibus incarnationis misteria mediatoris et redemptoris i. me a peccatis, sapientie tue i. filii tui manifestasti mihi qui salvum faciet populum suum a peccatis eorum. ii Reg. xxiii dixit David filius Ysai vir cui constitutum est de christo dei Jacob egregius psaltes Israel spiritus domini locutus est per me. Asperges me domine ysopo et mundabor lavabis me et super nivem dealbabor. Ad literam hic petit gratie restitutionem et petit gratiam iustificantem dicens Asperges me domine i. aspergatis herbe enim non habet aspectum sed pro eo ponitur futuro indicativi, ysopo et mundabor, loquitur de mundatione spirituali per modum emundationis corporalis, quia emundatio leprosi et contaminati ex tactu mortuorum fiebat cum ysopo ut habetur in Levit. et in hoc confitetur se David lepram et mortem spiritualem, Lavabis me i. lavabis me aqua gratie tue deus de qua Eze. xxxvi effundam super vos aquam mundam et mundabimini. Et super nivem dealbabor quia dealbatio spiritualis maior est corporali et melior quia ibi magis est et melius esse quanto spiritualia corporibus preferuntur. Aliter legitur sic. Hic David confidit se mundari per sanguinis Christi effusionem et aque primalis lotionem et dicit domine asperges i. asperge peto me leprosum et fedatum, ysopo i. aspersorio facto de ysopo quo intincto in sanguine aspergebantur leprosi. Levit. xiiii. hoc est domine confido quod mundabo me mundum peccatorem sanguinis Christi humilis et magne caritatis dei in passione effusi, et mundabor tanquam leprosus i. peccator a lepra immundicie sordis. Unde peccator dicitur leprosus, peccatum lepra, ysopus herba pura et calida, et significat Christum humilem et caritatiuum qui fuit tinctus sanguine in sua passione. Ysa. lxiii quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra. Hoc aspersorio mundantur leprosi i. peccatores. Hebr. ix sanguis Christi qui per spiritum sanctum effusus est emundabit conscientias nostras. i Pe. i. In obedientiam et aspersionem sanguinis Christi, lavabis me infusione gratie et lacrimis penitentie. iiii Reg. v vade et lavare in Jordane septies, et super nivem dealbabor i. candore spirituali qui est maior candore corporali. Apoc. vii laverunt stolas suas et ca.

didas eas fecerut in sanguine agni Vel sic asperges me dne ysopo
humiliacione et mundabor in contricione lauabis me in confessione et
niuez dealbabor in satisfactione ysa primo si fuerint peccata vestra ut
cocc. quasi nix dealbabuntur Auditui meo dabis gaudium et leticiam
et exultabunt ossa humiliata. ad literam. hic petit dauid spiritum prophetie qui
ab eo recesserat propter peccata d. auditui meo dabis gaudium i. das gaudium
auditui interiori per hoc quod facis me audire auribus mentis reuelaciones
tuas sicut ante. et exultabunt ossa humiliata i. tanta erit exultacio in mente
mea quod redundabit ad corpus meum in terra humiliatum quod ex prima de
claruit in terra 2 R. vii. Alie le. sic hic subdit confidenciam de impetrata
leticia. et dicit auditui meo i. menti mee intelligenti per auditum et mi
se humiliter ad audiendum tuum nuncium utpote nathan dicentem dominus tran
stulit peccatum tuum 2 R. xii. dabis gaudium de peccatorum venia reuelando
michi ea esse dimissa. vel sic cum lauabis me a peccatis meis per infusionem
gracie tue et per lacrimas penitencie tue dabis gaudium auditui meo i. menti
mee de peccatorum venia sicut infirmus gaudet audiens se sanatum. seruus
reus audiens se reconciliatum. prouerbiis xii qui pacis ineunt consilia sequetur
eos gaudium. vel sic dabis i. significabis auditui meo i. menti mee esse
gaudium deo et angelis eius. luc. gaudere oportebat quia frater tuus perierat et
inuentus est. luc. gaudium est angelis dei et leticiam de futura gloria in
promissa continuam ad stolam anime ysa xxxv leticia sempiterna super caput eorum
gaudium et leticiam obtinebunt. et exultabunt ossa humiliata in generali
resurrectione glorificata prouerbiis xxix humilem spiritu suscipiet gloria. vel exultabunt
ossa humiliata i. vires anime prauis humiliate et conturbate in contricione
uel deiecte propter peccatum commissum. Sap. anser. fides sua et cuiatio sua exultabunt
audita remissione peccatorum cum dicetur in confessione dimissa sunt tibi peccata tua
prouerbiis xii. Meror in corde viri humiliabit eum et sermone bono letificabitur
et sic ossa rigida per superbiam. liuida per inuidiam mobilia per iram. dura
per auariciam. enutrita per accidiam. concreta per luxuriam. medullata per
gulam i. humiliencur per penitenciam exultabunt per graciam in presenti et gloriam
in futuro. Auerte faciem tuam a peccatis meis et omnes iniquitates meas
dele. ad literam ut non aspicias ea amplius ad puniendum. et omnes ini
quitates meas dele sic delentur scripture de quibus non curatur. quia hic non
potest fieri sine gracia iustificante. Alie le. sic hic orat deum pro offensa sua ne
recordetur de ea d. si uis dare gaudium anime mee ex venia peccatorum meorum
ergo auerte faciem tuam non a me sed a peccatis meis i. trade ea obliuioni ne re
deas ea amplius ad tuam indignacionem et ad puniendum et ad meam condempnacionem
quia ego habeo ea ante faciem meam ad plangendum et ad cauendum. et dicit glo.
Augustinus si hoc auertit deus faciem suam auertit et non solum auerte non vi
deas intellige sed ut ne remaneas in memoria. et omnes iniquitates meas
dele per ueram penitenciam quas in te et in proximum commisi dele eas a mente tua
a voluntate mea a noticia angelica a cognicione dyaboli. Et in penitencia
et confessionem ut deleantur peccata vestra Cor mundum crea in me deus et spiritum
rectum innoua in visceribus meis ad literam hic repetit peticionem suam primam
de iustificacione per graciam sicut petentes frequenter replicant suas peticiones
ut dicit. Cor inmundum crea in me deus. dicit crea quia gracia iustificans de potestate subiecti
non educitur sed in anima deo creatur. et spiritum rectum i. rectitudinem tendentem et dei
innoua visceribus meis quod fit per gracie restitucionem Alie le. sic hic petit m
affecta suis sordidatur. et ad cetera inuitetur. et dicit pie deus dele iniquitates
meas et crea in me cor mundum per graciam que infunditur per creacionem quia si re
dix sed et rectum. Ieo. vi. crea cor mundum a fumo superbie a pe
ste auaricie. a luto carnalis concupiscencie. crea i. de nichilo facit. quia cum

in gnitu mudu per culpa annihilar Je v Audi popule stulte qui no
habes cor. cxea in me ut omo sit mudatu deu vide Mat v bti qui sut
mudo corde vel sic cor mudu cxea i rexea i me per gratiam iustificatem
et spm rectu i recte tendetez in deu inoua i visceribus meis vel sic spm
rectu inoua i visce tuis i spm meu que cxena cupiditas curuat erige
in supna vel sic spm rectu qui p culpa inuetatus ut sit debilis ad
bonu et meug ut sit pnus ad malu inoua pie deus tum debilitate
et restitua tum curitate in visceribus meis ut sentiaz iustiore feruore dile
ctionis per gre restitucom Ezech xi dabo eis nouu et spm nouu tri
bua i visceribus eor Vel sic breuit cxea in me cor mudu i rexea mudi
ciam in corde meo qua pdidi p culpa delendo ipaz culpa et restituedo
gram et inoua spm rectu nouitate gre tibi gratu et recte tendetem
in te ut te diligam et sentia feruore dilectois tue in visceribus meis Ne
piciab me a facie tua et spm scm tuu ne auferas a me Ad litam
hic repetit petitom de gra pphete dicens Ne piciab me a facie tua
subtrahendo a me tua serenitatem et spm scm tuu sz spiritu ne auferas
a me mi no restituedo q tue adhuc carebat ipo Alr le sic prius
orauit ut ipa macula deleat et offensa diuina dimittat hic orat ut
pena futura dimittat Et dt ne piciab me a facie tua i a tua gra
tiug reptatu qe facies est mi diuine ut via videam e mi auxiliu ut
p via ambule est mi desideriu ut te finie me obtineam Hest xv facies
eb tua plena e graz Ps In lumie vultus tui ambulabut et spm scm
tuu i donu spus sci qd dedisti mi ne auferas pp mea culpa vel
et spm scm tuu i graz datez augmetez et qfirmatez Ipa Cor xiiv
ng atque idez spus diuidens singulis put vult ne auferas me q tuu
e dare pp gram tua tuu est auferre pp culpa mea ut impleat
illud Ysa lix Spus meus qui est in te et vba mea que posui in ore
tuo no recedat de ore tuo Redde mi leticia salutaris tui et spu pn
cipali qfirma me Ad litam i salutare tuu me letificans et spu pn
i spu sco qfirma me psuado a recidiuo Alr le sic hic petit leticie
restitucom tum spualis gaudii amissiom et dt spm scm ne auferas
a me sed redde mi leticia qua peccando amisi leticia no mudi que
vana est Ezech vii qfemit no letet leticia no pcti qe mala est
pbs ii letantur cu malefecerint sed leticia salutaris tui i de tue salu
tis et saluatoris mee Alia lra hz leticia ihu tui qe bona est vel
sic leticia spualez qua p culpa amisi redde mi leticia salutaris tui
i p saluatore tuu que misisti eb in mudu Cant pd Exultabimus et le
tabimur memores vber tuor et spu pncipali i spu sco qfirma me
ne recidiuarez in petm vel spu pncipali qui pncipat cunctis spiritibus
angelicis malignis et fugiamus pb enim aufert spm pncipu pb q sunt
suos angelos spus qfirma me ut in gra data pseuerem Nota q in
his versibus exprimit trinitate scam p spm rectu exprimit filiu q quasi
medio no exit ab extremis Ps Rega dne deus me Cuiz dt et spm
scm tuu ne auferas ibi exprimit spm scm et cu dicat spu pncipali
tangit prem i diuinis qui est pncipiu filii et spus sci Docebo ini
quos vias tuas et impii ad te quertentur Ad litam hic inducit spe
replice psuasiom ad impetrandaz dictam petitom Et dt docebo iniqs
vias tuas q d si mi pmiseri gram tua restituens docebo iniqs expe
riencia mea exortans penitentes et sequentur vias tuas i madata tua
Et impii ad te quertentur p penitentiam Et dux impii ipe peccantes opera
dei mei tum proxim tu sequnt vniu attriper pro alio Alr le sic

hic ponit persuasio a bono actu et a sequente fructu et dicit deus confirma
me spiritu principali et tunc docebo verbo et exemplo vias tuas i. mandata tua
sufficientia tua iniquos et veritate tua predicando iniquos peccatoribus ne desperent
veritatem ne presumant Psalmus universe vie domini misericordia et veritas docebo iniquos
i. peccatores qui magis indigent Mathei ix non veni vocare iustos sed peccatores
ad penitentiam Et nota quod david non promisit se predicaturum nisi sub conditione vel
impetrata veritate audiente et gratia confirmante Ieremie xvi ayudam sic
sacerdotes et levite et vindicavit sepulcrum et impii ad te convertentur per
predicationem velut ex eorum magnis fructibus Iacobi v qui converti fecerit
peccatorem ab errore vie sue salvabit animam eius a morte et operit multitudinem
peccatorum felix commutatio in qua de predone deo efficitur predicator
sicut david paulus et matheus Libera me de sanguinibus deus deus
salutis mee et exultabit lingua mea iustitiam tuam Ad literam hic ponit
suam persuasionem et dicit libera me de sanguinibus i. a pena mortis qua me
dignus per effusionem sanguinis urie et aliorum occasione eius interfectorum et exul
tabit lingua mea iustitiam tuam Sed nota quod debebat dicere misericordiam tuam
Ad hoc dicendum est quod in cunctis operibus dei sese concomitantur misericordia et iustitia
Et ideo cum hic dicit iustitiam tuam subintelligitur misericordia temperata et sic fuit in proposito
quia licet david tunc penam mortis quam meruerat non habuit in propria persona
tamen eam habuit in persona filii sui de bersabee nati ii regum xii cum hoc eam
persecutionem gravem sustinuit a filio suo absalon tamen eum morti in penam
eius peccati sicut dicitur ii regum xii suscitabo adversum te malum de domo tua Al.
lectio sic hic david orat quod penam imminentem evadendam Et dicit docebo iniquos
vias tuas sed prius libera me de sanguinibus i. a pena mortis quam merui
propter effusionem sanguinis mee urie et aliorum vel de sanguinibus i. de do-
minio carnis et sanguinis vel de sanguinibus i. de variis viciis que trahit
quod inde est procedere i Cor. ix castigo corpus meum et in servitutem
dei redigo ne forte cum aliis predicaverim ipse reprobus efficiar deus deus
dator et conservator salutis mee quo ad intellectum per illuminationem veritatis
et quo ad affectum per immissionem caritatis Psalmus dominus illuminatio mea et salus
Ioh. viii si filius liberabit vos vere liberi eritis et exultabit i. cum exultatione
cordis laudabit lingua mea iustitiam tuam i. bonitatem et misericordiam tuam vel
iustitiam tuam misericordia temperatam Psalmus misericordiam et iustitiam cantabo tibi Domine labia
mea aperies et os meum annunciabit laudem tuam Ad literam i. aperias post
suum indicatum per impetrationem et in hac petit restitutionem gratie quam illi soli qui
sunt in gratia possunt debite os aperire coram deo ad eum laudandum quia non
speciosa laus in ore peccatoris Eccli. xv Alie lectio sic hic promittit se daturum
rationem deo ore ope et corde Et dicit lingua mea exultando laudabit bonitatem
tuam ideo domine labia mea prius per petitionem ad bonum clausa et propter peccata
constrictam te laudare non presumendo aperies i. aperias culpam remittendo et gratiam
infundendo et os meum scilicet os cordis et os corporis annunciabit laudem tuam
de beneficiis receptis Psalmus ut annunciem omnes laudationes tuas in portis filie Syon
Vel sic annunciabit laudem tuam quia creatus sum et peccavi non defectus sum et in
creatorem mortuus sum et ut essem secundus mundatus sum Quoniam si voluisses
sacrificium dedissem utique holocaustis non delectaberis Ad literam i. utique
peccato exigente Ubi sciendum quod sacrificia veteris legis non erant accepta
de se sed tunc ex fide et devotione offerentium Gen. iiii Respexit dominus
ad abel et ad munera eius quod non respexit ad munera nisi propter bonitatem
offerentis et ideo david ante remissionem peccatorum non erat in statu offerendi quod
sue oblationes essent deo accepte Alie lectio sic hic ostendit quali sacrificio
deus non placatur et quali placatur Et dicit quoniam sacrificium legale quod pro
expiatione peccati solebat offerri dedissem i. afferre tibi utique si voluisses

Quasi potuit facile David qui rex erat sacrificia pecudum offerre holocaustis in quibus cremabantur aliena et tota incendebantur et maxime tibi placere videbantur non delectaberis quia dixit sacrificiis et holocaustis iuxta ritum veteris legis factis non delectaberis id est non placaberis. Ysa. primo: holocausta arietum et sanguinem vitulorum et agnorum nolui. Hoc dicebat David videns per spiritum propheticum tempus gratie in quo ista non respicit deus sed corda humilitate et caritate plena.

Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum et humiliatum deus non despicies. Ad litteram hic ostendit quod remissio peccati acquiritur ex contritione cordis. Subditur: Sacrificium deo spiritus contribulatus quia sacrificia sibi oblata non erant accepta nisi propter intentionem debita contritione. Alia littera sic: hic promittit contritionem cordis et dicit quod holocaustis deus non delectatur nec placatur sed sacrificium deo placens quo a peccatis solvuntur peccatores est spiritus contribulatus id est simul cum corpore tribulatus ita quod spiritus tribuletur dolore corpus in labore. Eccl. xxxv: salutare sacrificium est attendere mandatis et discedere ab omni iniquitate. Baruch iii: anima que tristis est super magnitudine mali dat gloriam et iustitiam deo. Cor contritum in dolore, humiliatum in confessione et tribulatum in satisfactione operis, deus non despicias sed respicias. Ysa. lxvi: ad quem respiciam nisi ad pauperculum et contritum spiritu et trementem sermones meos. Quia hoc est tibi gratum sacrificium. Vel sic: spiritus contribulatus in quo cremantur carnales affectus et cor in amore dei accenditur. Dan. iii: In animo contrito et spiritu humilitatis suscipiamur a te.

Benigne fac in bona voluntate tua Sion ut edificentur muri Ierusalem. Ad litteram hic post contritionem persuasionem, scilicet quod templum debuit edificari per filium qui nasceretur ipsi David. ii Reg. vii. Nam hoc non fuisset impletum si David fuisset mortuus propter peccatum suum secundum rigorem iustitie sed quia deus debuit adimplere promissum, ideo hoc allegat David dicens benigne fac in bona voluntate tua id est procedens magis secundum misericordiam tuam quam secundum rigorem iustitie, Sion id est monti Sion et que sit illa bona voluntas et dicit ut edificentur muri Ierusalem id est muri templi in Ierusalem per filium meum quod fuit edificatum in illa parte ubi est mons Sion. Tunc clausit Salomon Ierusalem templum muro ut dictum est. iii Reg. in [illegible]. Allegorice sic: hic supplicat pro celesti patria obtinenda et pro eius [illegible] et [illegible] edificanda. Et dicit quod contritum et humiliatum cor non despicis domine quod benigne fac filium mittendo peccata dimittendo, quia benignus et misericors est agnus. Jo. primo: ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Vel sic: fac benigne id est fac misericordiam Sion id est ale et conspice ecclesiam militantem speculantem per fidem in bona voluntate id est que est bone voluntatis ut edificentur muri Ierusalem celestis qui per primum [illegible] et malos angelos corruerunt id est chori celestes sanctis animabus et tanquam muri lapidibus preciosis edificentur. Hec quasi mali spiritus perdiderunt.

Tunc acceptabis sacrificium iustitie oblationes et holocausta tunc imponent super altare tuum vitulos. Ad litteram id est post restitutionem iustitie mee sacrificium meum erit tibi acceptabile. Vel potest hoc referri ad sacrificia Salomonis oblata templo edificato quorum deus acceptationem ostendit per descensum ignis de celo super ea. ii Paralip. vii. Tunc imponent super altare tuum vitulos. Et tunc enim cum maiori devotione et fiducia obtulerunt ibi sacerdotes sacrificia. Alia littera sic: hic promittit sacrificium acceptum oris et operis. Et dicit: cum edificabuntur id est per spiritum sanctum ordinabuntur muri Ierusalem id est viri [illegible] celestis militantes et per [illegible] triumphantes ita in muri Ierusalem sancti innumeri et innumerabiles fiunt. Tunc acceptabis sacrificium iustitie id est iuste laudis tibi debite et exhibite. Ps. beati qui habitant in domo tua domine. Non enim cantatur sacrificium [illegible] qua relaxantur peccata sed tunc cantabitur sacrificium iustitie qua redduntur premia pro meritis. Oblationes id est sanctos minores tibi ab angelis oblatos quorum ministerium est offerre non malos peccatores sed [illegible]. Et holocausta id est sanctos maiores totos igne divino succensos in camino celi empirei. Et tunc angeli imponent super altare tuum vitulos.

i mediocres sanctos / vn altare dicitur cum alta ara et quid altius empireo
celo / Et pro altitudine celi quibus dimensum est / Ara autem dicitur ab ardore
quia in empireo est ardor omnium amoris / vn dicitur ab eo quod est in e
pir quod est ignis cum in igne ardens vn in Canone dicitur Iube hec perferri
per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum / alio legitur sic de ecclesia mili
tante Benigne fac ut muri velim edificentur i ut sancti in ecclesia militante
multiplicentur tunc acceptabis i accepta sacrificium iusti
i iusticie pmg et veram non pectora que offerebat sinagoga / Ozelarg tunc
offerentes sacrificium domino in iusticia / oblaciones i pietatis opera vigilias
ieiunia et elemosinas et holocausta i corda cremata et divino amore in
census tunc i crescente ecclesia infideles imponent vitulos i stabis morti
super altare i super patibula passionum / vel sic tunc imponent vitulos i que
vitulos ymolata per vitulos designata et excusa ac gravata et accepta super
altare tuum i in ecclesia presenti / vel sic tunc imponent i statuent homines
a iugo peccati liberos super altare tuum i super fide catholice / vitulos i prelatos
qui gregem imunitum suo modo replent quorum debet ponere super altare
i super crucem / tales enim prelati sunt sed nunc presumunt omnes immi
volentes laicare / glosa lvi 3o exponitur sic / tunc i tempore gratie acceptabis sa
crificium iusticie i agni immaculati scilicet ihesu christi qui iusticiam magis quam
potenciam uti voluit in redempcione nostra / oblaciones et holocausta tunc im
ponentur quoniam ad nostros sacerdotes pro christo offerentes / glosa Cron viii / Cent
ipsos dederunt in et
Explicit prima quinquagena incipit secunda
Q
uid gloriaris in malicia qui potens es in iniquitate ad Ecclesiam
titulus in hebreo / ad victoriam pro david cum venit doech ydu
meus et nunciavit sauli et dixit ei venit david in domum abi
melech / vn cum david evasisset manus saulis / et quereret eum
de finibus suis doech dixit sauli ego vidi david in domo achi
melech sacerdotis et quod dedit ei panes et gladium / et adduxit doech sic
adulator fuit quod david consuluit dominum per achimelech propter quod saul iratus
iussit omnes sacerdotes uxores et parvulos eorum interficere et civitatem eorum de
struere / et doech cum suis satellitibus fuit executor / Et de hoc fecit david
istum psalmum / Et david primo de malicia doech arguitur 2o innocentia david os
tenditur / ergo autem / primo dicit quid gloriaris in malicia quasi dicat est pessima gloria
quia ipsa est illorum qui peccant ex certa malicia et ideo / signum enim est quando gloria
est delectacio in opere / 3 Ethicorum 4 / propter quod dicitur prover. 2 qui letantur cum malefecerint et
exultant in rebus pessimis qui potens es in iniquitate i potens extitisti in interficiendo
sacerdotes uxores eorum et alteri parvulos occidendo / In hebreo et in translacione Jero
nimi quid gloriaris i malicia potens misericordia dei tota die / ita quod hic tota die
quod est primum in usque stat in translacione nostra / est finis primi versus in hebreo et
in translacione Ieronimi / Et est sensus quid gloriaris in malicia potens i quid gloriaris con
malicia tua potens extitisti opere in sacerdotum occisione / misericordia dei tota de
a tanta malicia / Alia lectio sic / Finita prima quinquagena hic incipit se
cunda / In prima informat incipientes ad primam et secundam in prima
quia agit de prima scilicet misericordia in dei / In ista informat proficientes
ad statum iusticie / et tercia i postremo quia agit de divina iusticia ibi vindictam
et iusticiam cantabo / Et sic in prima quinquagena tractat in primo psalmo de christo
capite omnium iustorum ita in secunda quinquagena 2a in primo psalmo tractat de dyabolo
capite omnium impiorum cum quia dicitur se alienare proficientes sed contra
in isto de pena impenitencium / Et sic in prima in primo psalmo agit de pena penitencium
titulus in fine intellectus david cum venisset
doech ydumeus et nunciasset sauli venit david in domum achimelech
per doech ydumeum intelligitur corpus malorum vel caput scilicet antichristus / Doech
interpretatur motus ydumeus terrenus et significat malos qui sunt in celo

I. sterna desiderat | Ysa liiii | Impii qui mare ferues qui quiescere non potest
david qui interpretatur manu fortis et aspectu desiderabilis · significat xpm
qui est fortis | Iob ix si fortitudo queritur robustissimus est · et desiderabilis
in quem desiderant angeli prospicere | Saul qui interpretatur petitio
significat mortem quam primi parentes acceperunt manibus et verbis | Eas po
manibus tangendo pomum vetitum verbis excusando peccatum | Abimelech
qui interpretatur patris mei regnum significat synagogam iudeorum in qua
deus regnauit · Est ergo sensus tituli In hac psalmo continetur intellectus david
spiritu mittens nos in finem scilicet super hoc quod factum est cum venisset doech
ydumeus i. gens malorum hominum et proditorum et nunciasset sauli i. morti
asserens venit david i. xpus in domum abimelech i. in regnum patris
sui i. in iudeam quod regnum est patris regnum | Intellexit ergo david per
doech proditorem suum proditores xpi per quos precium et mortem traditum cum
venit ad populum iudaicum · et hic intellectus ordinat nos in fine optimum
scilicet xpm | Causa psalmi est malitia antixpi et suorum | Intencio est roborare
fideles contra antixpm et complices eius | Et david primo agit de malis
2o de bonis ibi Ego autem sicut oliua · Et primo tangit triplicem actum malorum
cordis operis et oris · Et dicit Tu doech spiritualis i. antixe · Quid gloriaris
quid gloriaris i. superbis in malicia quam exerces per successum nequicie
tue · quod pessima est gloriaris quia ipsum est periculosum ex ista malicia ex qua
gloria non liberatur a miseria · vel sic quid gloriaris in malicia i. in abusu
potencie | Unde dicitur letantur cum malefecerint · tu qui potens es i. iniustus
qui abuteris potencia tibi data cum non sit tibi ad hoc potencia data
que potencia de imbecillitate descendit · cum mala posse non sit posse
tale posse ducit ad non esse · vel sic qui potens es i. iniquitate i.
quia suppetit tibi temporalis potencia ad quelibet iniqua sua exercenda · et ita
abuteris potencia temporali | Ite in sensu mala ut potuisti | Tota die in-
iusticiam cogitauit lingua tua sicut nouacula acuta fecisti dolum | Glo.
In hebreo iste versus sic incipit insidias cogitauit lingua tua · tamen non mutatur
sententia | Iste enim doech est continue insidiabatur david et amicis eius · prodens
sauli eos accusando quod erat iniustum · sicut nouacula acuta fecisti do-
lum · nouacula acuta aufert pilos quasi insensibiliter · doech quoque sic dolo-
sitates suas celabat quod saul non percipiebat et quod faciebat hoc ex
habitu qui cauillat delectacionem in opere ut sequitur dilexisti | Talis lectio sic dis-
tinguit mala actionum etiam patentem et latentem · et dicit quid gloriaris in malicia
nam lingua tua i. cor tuum cogitauit et lingua locuta est iniusticiam tota
die i. non semel vel bis in die sed assidue et sine intermissione ex ardore
loquendi mala · quia non est aliud in mente iniusticia quam in lingua precedere
loquendi malicia | Ecc xxi In ore fatuorum cor illorum est · Et tam continuus
metus est cogitare et lingue loqui tamen per ardorem loquendi mala dicitur
lingua cogitasse · sicut nouacula acuta faciliter et insensibiliter radit pilos lin-
gua tua acuta i. astuta fecisti dolum i. fraudem et proditionem | Ite ix lingua
eorum dolum locuta est | Unde lingua dicitur sicut nouacula acuta per facilitatem
fraudandi · quia sicut nouacula de facili radit pilos vel pellem sic lingua
mala defraudat · 2o sicut nouacula pilos superfluos aufert et decorat
hominem sic dolus a semetipso auferens superflua decoros eos facit | hebr x
Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis · Iste sic nouacula ordinatur
ad radendum pellem tamen aliquando pellem scindit sic dolosus parcem cum aliquo sue
loquitur et oculte ponit ei insidias · Dilexisti maliciam super benignitatem
iniquitatem magis loqui quam equitatem · ad literam patet · Talis lectio sic
hic arguit male agentes dilectionem scilicet inuidens maliue et exprobrantes
dicit | Tota die iniusticiam cogitauit lingua tua quia dilexisti maliciam super

benignitatem i. pelegisti et ptulisti maliciam benignitati quod est contra naturam
quia nale est diligere bonum et reprobare malum pd. Ethi. 4 omnia bonum appetit
Sed de malignis d. micheas iii odio habent bonum et diligitis malum
ipsi vero antiqui sunt, etiam dilexisti iniquitatem magis loqui quam equitatem
i. iniustum iudicium preposuisti iusto iudicio Augustinus Estas amaritudinis non
das vitem tuam et estas iniquitatis das dei tuo maligne bonum eligis qui
vestram sic bonum elige quid loquaris Gesta pro qui loquitur magis non pot
est. Dilexisti omnia verba precipitationis lingua dolosa ad li pro
saulis quibus precipitavit pretexit sacerdotes omnes ad quod cum induxisti lin
gua dolosa ut per predicta talis lectio sic sunt omnes dilectionem locucionis
indiscrete et dolose Et dicit dilexisti omnia verba precipitationis i. ad precipitandum
et decipiendum innocentes q. d. non tantum dilexisti iniqua sed eciam indiscrete
lata non tamen habens prudentiae ut saltem maliciam differas uel abscondas
sed statim tempus precipites. Cassio. sic professus est malum ut confiteri non eru
besceret. ysa. iii peccatum suum sic sodoma predicaverunt. uel sic dilexisti omnia
verba precipitationis cum quibus alios posses corrumpere et sic in peccatum precipitare
sed precipitando alios precipitat seipsos. Ecclesiastes x. labia insipientis precipi
tabunt eum. et tu es lingua dolosa i. tua lingua est ministra seu instru
mentum falsitatis propter vehementem amorem dolositatis. quia aliud habet in corde
aliud habet in ore ut loquitur Augustinus lingua dolosa est aliud corde gesta
tum aliud ore proferre. Propterea deus destruet te deus in finem euellet te
et emigrabit te de tabernaculo tuo et radicem tuam de terra viventium. sed hoc
hic dauid predicit eius doech penam dicens propterea deus destruet te in fi
liret non solum perimis cum rege euellet te et emigrabit te. de tabernacu
lo tuo. animam de corpore auferendo quod fuit impletum in monte gelboe ubi
cum iusto dei iudicio interfecit seipsum ut dicitur i. Reg. ult. et radicem tuam
de terra viventium hoc fuit impletum cum dauid fecit interfici filium doech
in quo sperabat post mortem suam manere sic in quantum radix remanet
ut dictum fuit i. Reg. ult. talis lectio sic precedit egit de culpa in glossa hic
agit de pena eius Et dicit sic quia dilexisti maliciam super benignitatem propter
tu antique uel antiquam deus destruet te in fine i. finalis eternis suppli
ciis deputando. Cassio. In fine qui destruit eternis suppliciis deputat
vel destruet te in fine i. destructione finali in finem tendente sed iniquam
ad finem perveniente. ii thess. ii quem dominus deus ihesus interficiet spiritu oris
sui et destruet illustratione aduentus sui. et euellet te de statu quo sup
Job xix spoliavit me gloria mea et abstulit coronam de capite meo destru
xit me undique et quasi auulse arbori abstulit spem meam. et emigrabit
i. emigrare et transire faciet te de tabernaculo tuo i. de mundo quem dili
gis et quem tibi tabernaculum facis et de vana gloria in qua ad tempus manes
Prov. xxvii sic avis transmigrans de nido suo sic vir qui reliquit
domum suam uel locum suum. et radicem tuam i. animam tuam que vivificat cor
pus sic radix arborem. de terra viventium i. patria celestis. vel sic euellet
radicem suam i. caritatem in qua aliquando fuisti ut sic loquamur contra ad
alios impios. de terra viventium ut ibi non plantetur Job xv non mittit in
terra sed viventium radicem suam. uel sic euellet radicem tuam i. cupiditatem
tuam de terra viventium in patria. vel sic radicem tuam i. ministros tuos tu
lucifer. de terra viventium i. de celo quod promittis illis Job viii similis
super domum i. super familiam suam et non stabit fulciet eam sed celestia
promittendo et non consurget sed in celum. Videbunt iusti et timebunt
et super eum ridebunt et dicent ecce homo qui non posuit deum adiutorem
suum ad litteram hic ostendit quod iusti videntes punicionem iniquorum et hoc
magis firmantur in bono et contempnunt prosperitatem malorum Et di

Videbunt iusti doeg destructorem et timebunt magis offendi deum quia qui
et super eum ridebunt contempnentes eius prosperitatem preteritam et dicent ecce
homo qui non posuit deum adiutorem suum per bona vita. Glosa le. sic hic
ostendit quod mali in afflictione ridentur a bonis Et dicit qui deus destruet
antixpm uel eum antixpianum qui diligit maliciam super benignitatem tunc vi-
debunt iusti in futuro iudicio destructorem et euectum de terra viuencium et ti-
mebunt timore reuerentiali iustum iudicium dei. Psalmus A iudiciis tuis timui
etiam uidentes gaudebunt super iusto iudicio dei. Psalmus Letabitur iustus cum viderit
vindictam et super eum ridebunt quia sua gloria versa est in ignominiam et confusionem
et potentia in miseriam quia tunc deridentur iusti ab impiis. Job xii Deridetur
deridebitur impiorum stulticia a iustis. Unde dicit iustis Prov. primo Ego vos in interi-
tu eorum ridebo. et dicent iusti ridendo. ecce homo non deus qui se dixit
mentiebatur. 2 thess. ii super extollitur super omne quod dicitur aut colitur deus. Sed
qui non posuit deum adiutorem suum et eo stare non potuit. Deut. xxxii De-
reliquit deum factorem suum et recessit a deo salutari suo. Sed sperauit in
multitudine diuiciarum suarum et preualuit in vanitate sua. Ad literam quas
male acquisiuit saul adulando et inimica ab illis qui tenebant regna-
na terra regie male accipiendo et preualuit ad tempus quia nunc fuerat saul
erat potentissimus. Psalmus Vidi impium xxxvi in vanitate sua quia prosperitas eius transiuit
velut umbra. Glosa le. sic hic subditur reuersio de commissione mali Et dicit
Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum sed sperauit in multitudine diuiciarum
suarum quod in eis ponendo finem suum. Crasso diuitibus et pompeis sibi repugnan-
dis. Antixpus confidebit sic et alii impii etiam sperant in diuiciis. Job xxi
Impii viuunt sublimati confortati diuiciis. et ipse antixpus et quilibet auarus
et superbus preualuit ad tempus in vanitate sua i. in prosperitate temporali que
tamen transit sicut umbra. Augus. in enigmatibus Nichil est vanius eo qui putat
plus valere nummum quam deum. Cass. vanum est quod tamen est fragile et
caducum ab ipsa veritate discretum et tales sunt diuine lances quia non replet
Eccles. v Auarus non implebitur pecunia. Isti fragiles quia non manet. Isti a vite
discrete quia fallunt animam ita diuiciarum fallacia suffocant verbum. Ego autem
sicut oliua fructifera in domo dei speraui in misericordia dei in eternum et in seculum
seculi. Glosa ad literam hic ostendit quomodo dauid morenam (?) quia propter doeg et similes ma-
licia non reliquit sua morenam quod patet ex hoc quod saulem bis in manu
sua traditum bis a morte peperit. Reg. 1. xxiiii. Et hoc est quod dicit Ego autem
sicut oliua fructifera in domo dei non est per hoc intelligendum quod aliqua arbor
oliue esset intra domum dei quia precepit Deut. xvi non plantabis lucum
uel arborem iuxta altare domini dei tui nec vllam arborem. sed per oliuam fructiferam hic
intelligitur oleum quod de fructu oliue exprimitur quo lucerne in domo dei
replebantur. sed quod dicit Leuit. xxiiii precipe filiis israel ut offerant oleum de
lignis oliuarum purissimum ad concinnandas lucernas. Istarum autem lucernarum ali-
que ardebant de nocte et de die licet plures ardebant de nocte. Est
ergo sensus ego autem sicut oliua fructifera. i. sicut fructus oliue fructifere i. sicut
fructus oliue est fomentum luminis continue in domo dei sic morena mea
lucebit coram deo nec extinguetur pro doeg saulis nequicia. Speraui
in misericordia dei in eternum et in seculum seculi. i. non tantum in vita presenti sed etiam in futura.
Glosa le. sic Superius tractauit de malis hic de bonis Et primo de bonorum
merito et premio Et dicit Quamuis sperant in multitudine diuiciarum quod radix eorum
euelletur. Ego autem existens in domo dei i. in ecclesia militante non euel-
lendus sicut oliua fructifera pinguedine pietatis viuens per fidem et per bona
opera sicut oliua in yeme i. in aduersitate et in estate i. in prosperitate Jere.
xi Oliuam vberem pulcram fructiferam speciosam vocauit nomen tuum dominus
talis oliua fuit dauid de cuius semine orta est benedictus fructus
speciosus forma pre filiis hominum. Unde oliua viret in yeme et in estate.

Eccli xxviii diuitiis et paupertas cor bonum et in omni tempore vultus eorum hil-
aris. vt oliua in domo dei non in miserie diuitiarum q. d. de gratia dei miseris fi-
in deo sperans consequi misericordiam in eternum duraturam et in seculum seculi
seculum canit vt beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Notandum
iustus comparatur oliue quia sicut oliua semper viret sic et iustus in virore
sapientie et fidei semper manet. Gen viii columba portans ramum vi-
ridis foliis. 20 quia in radice est amaritudine. in fructu autem pingue-
dinis dulcedinem. Iudic ix dixit oliua numquid possum deserere pingue-
dinem meam sic et iustus producit vitam amaram. sed expectat eternam
dulcedinem. Hebr xii omnis disciplina quidem non videtur esse gaudii
sed meroris postea vero fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet.
4o quia oliua est auctor pacis et ideo noluit migrare signis aliis et
inter eas commorari. Iudic ix. sic et iustus ut illud psalmi. Cum hiis qui
oderunt pacem eram pacificus. Quinto quia est folia saliz infructuose. sic
sic et iustus vera pferens similia. Luc xviii. Cum omnia feceritis que precepta
vobis dicite serui inutiles sumus. Sexto quia quod fit de fructu oliue
precium fructum excedit in valore. sic premium excedit opera iustorum. 2 Cor.
iiii. quod in presenti est momentaneum et leue tribulationis nostre supra modum
in sublimitate eterne glorie pondus operatur. Confitebor tibi in secu-
la quia fecisti et expectabo nomen tuum quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.
ad literam confitebor tibi confessione laudis quia fecisti me misericordiam in presenti
et expectabo nomen tuum in futura retributione iustorum quoniam bonum est in conspectu
sanctorum tuorum qui laudant continue nomen tuum. Alle. ler. sic hic subauditur bonorum. vel sic confitebor tibi in seculum i. laudabo te sine fine. vel confite-
bor tibi confessione iocunditatis et laudis. Eccli. li. confitebor tibi rex
et collaudabo te deum saluatorem meum. in seculum i. non ad unam horam
sed in eternum. Ps. psallam deo meo quamdiu fuero quia fecisti me sic oliuam
fructiferam. Io xv. sine me nichil potestis facere. Luc. Po. qui fecit
michi magna qui potens est. alit. mala. et expectabo interim nomen tuum
i. rem nominis tui scilicet ihesum salutem. Luce Po. vocabis nomen eius ihesum. ipse
enim saluum faciet populum suum et. vel nomen tuum i. salutem in futura re-
tributione iustorum quoniam bonum est i. delectabile et iocundum in conspectu sanctorum tuorum
soli gustantibus sicut quam suauis est dominus. Apoc. ii. vincenti dabo man-
na absconditum et nomen nouum et. Incipit quarta feria uber

Dixit insipiens in corde suo non est deus. Ad literam titu-
lus huius ad victoriam super malachat erudiens dauid. Glo.
liii Dicit quod malachat est nomen musici instrumenti cui appro-
priatur huius psalmi. et dicit quod causa fecit hunc psalmum quia
iudei fuerunt sublevati a miseria et a captiuitate antiochi
per machabeos qui ciuitatem ierusalem et templum recuperauit
et infideles de finibus iudee eiecerunt quod prudens dauid
in spiritu fecit hunc psalmum. In quo ps. describitur gregorius et specialiter antiochus
malitia. Vo examinatis omnia ibi deus de perfecte tole primo et sic dicit
inscriptus i. antiochus non est deus quia cultum veri dei amouit de templo
et de ciuitatibus iudee et ydolum posuit super altare dei propter magnates suos
et sic facto et verbo negabat verum deum. Alle. legitur sic. In priori psalmo
egit de capite malorum scilicet de antichristo. hic agit de corpore malorum ut
premitur iustus tamen molestias a talibus inferendas expectantibus adeo liberati-
et remuneratam. et hoc innuitur in titulo. In fine intellectus dauid pro
amalech. i. in hoc psalmo est intellectus dauid pro amalech. i. pro eo quod
fecit amalech quia dauid liberauit suos qui fuerunt captiuati ab amalech.
In hoc enim facto intellexit dauid captiuationem bonorum futuram a malitia
antichristi et liberationem ipsorum per christum. Luce xi. cum fortis armatus custodit

Unde per dauid intelligitur xpus per seruos eius iustos per amalech q(ui)
interpretatur populus lingens etiam intelliguntur mali. et sic intellecto dicit nos
in fine .i. in xpm in quo fient ista .a. psi et persecutio que erit an-
te aduentu xpi ad iudicium. Intitulatur est roborat et primare Comes est
duius in d. ps agit de malis per amalech significatis, secundo de bonis
per melech significatis ibi quis dabit ex syon. Et ps arguit culpa ma-
lor(um) contra fidei veritatem et dicit insipiens .i. quicumque male viuens nullum
saporem seu dulcedinem de spiritualibus habens scilicet et de deo, sed solum
temporalia amando, vel quicumque malicia sua excecatus. Unde philosophus omnis
peccans ignorans non enim est verum sapiens que desipuit est. Jacobi iiii
Scienti bonum facere et non facienti peccatum est. Et ps dixit in corde suo cogitat
ubi deus audit et si non homo. Ps primus obstinatus est insipiens cor-
de. Sed quid hic dauid nouit quod insipiens hoc in corde cogitat
et ore non dixit. Respondetur quod nouit spiritu prophetico, non est deus scilicet punitor ma-
lor(um) et sic nec est iustus et per consequens non est deus quia quicquid est in deo est
deus. vel sic non est deus punitor malorum quia si hoc crederet ita obstinate
non peccaret nec in mala incessanter perseueraret sed quia scelerum suorum ultorem
non formidat ideo dicit non est deus. Sed contra tamen dam. primo libro sentenciarum et quod
deus non dereliquit nos in omnimoda sui ignorantia sed sui cognitionem nobis
naturaliter inseruit quid ergo aliquis dicit in corde suo non est deus. Respondetur quod
talis non negat simpliciter diuinitatem sed diuinitatis proprietate ut puta quod non
est punitor malorum et ita nec iustus et per consequens nec deus quia quicquid est in deo
est deus. Vel sic non est deus scilicet hic hoc xpus ihesus. Jo x tu homo cum sis
facis teipsum deum dixerunt iudei. Unde de eis dicitur Ysa i bos cognouit pos-
sessorem suum et asinus presepe domini sui, Israel autem me non cognouit. Corrup-
ti sunt et abhominabiles facti sunt in studiis suis non est qui faciat bonum
Ad literam corrupti sunt per luxuriam greci enim erant luxuriosi. et de anti-
ocho nobili qui fuit signum amicus dicit spera Rom. i et exarserunt in desideriis
semina(?) et abhominabiles facti sunt per ydolatriam quia vocatur abhominacio
frequenter in scriptura. Et de antiocho dicitur primo Mach primo edificauit abhominandum
ydolum super altare dei, non est qui faciat bonum scilicet meritorium quia fit non
est in fide et caritate, licet aliqui fecerint aliqua bona de genere. Tale lege
sic hic contra culpam in moribus cordis et operis. Et dicit tales sunt multi cor-
rupti .i. excecati sunt iniquis in mente, quia infectus unus reliquos corrumpit
assertum. prima Cor. v modicum fermentum totam massam corrumpit. Et quia cor-
ruptio est duplex. Naturalis et talis est inuoluntaria. Alia moralis et illa
est voluntaria. Augustinus de libero arbitrio, omnium corruptionum sola que viciosa
est iure vituperatur. Et quia corruptiones corporales habent fetorem corporalem et spiritua-
les corruptiones fetorem spiritualem, ideo dicit et abhominabiles .i. odibiles facti sunt deo
sanctis angelis et bonis hominibus in studiis suis .i. voluptatibus suis et ma-
lis operibus que fecerunt et dilexerunt. Prouerbiorum xvi abhominatio est domino omnis arrogans.
Prouerbiorum xvi abhominabiles regi qui agunt impie. Et de uno talium non est
qui faciat bonum et bene, vel bonum virtute propria sed virtute principali agente
scilicet dei. Si Lucas(?) et sic patriarche prophete apostoli et multi sancti bona fecerunt hoc tamen
fuit virtute dei. Dominus de celo prospexit super filios hominum ut videat
si est intelligens aut requirens deum. Ad literam hic ponitur examinatio
malicie cum dicit deus de celo prospexit super filios hominum quia nichil penitus latet eius
et hoc specialiter dicit contra illos qui negabant diuinam prudentiam se extendere
ad actus humanos. ut videat si est intelligens per veram cognitionem aut
requirens deum per bonam operationem. Alia litera sic hic ponitur diuina inquisitio
secundo qualis malicie inuentio ubi omnis declinauerunt. Et dicit dominus prospe-
xit oculo mentis super filios hominum .i. super filios primorum parentum, de celo

mittendo filium suum Exo iii vidi afflictionem populi mei qui est in egipto
ut ipse filius videat id est examinet et inspiciat si est aliquis ex filiis hominum
intelligens deum per veram cognitionem et fidem aut requirens per puritatem
et bonam operationem Ecce viii attendi et auscultavi nemo quod bonum est loquitur
nemo est qui agat penitentiam super peccato suo dicens quid feci Omnes decli-
naverunt simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum non est usque ad
unum Ad Roma iii omnes declinaverunt a rectitudine iustitie simul inutiles facti sunt
id est inepti ad conservationem vite beate sicut medicina dicitur inutilis que est inepta
ad conservationem sanitatis non est qui faciat bonum exponitur ut supra non est usque
ad unum uno modo exponitur exclusive id est quod nec unus talis reperitur in eis quia
sine fide impossibile est placere deo Hebr xi Alio modo exponitur inclusive id est in
omnibus populis non est nisi unus qui de deo habeat legem veram et cultum
scilicet populus iudaicus cui data fuit lex in monte Syna de quo dicitur infra
non fecit taliter omni nationi et iudicia etc. Alie littere sic Pagina fecit in-
scriptionem si inter filios hominum sit aliquis requirens deum hic ostendit inveniens
generalem malitiam Et dicit dominus prospexit ut videat si aliquis est requirens
deum id est omnes generaliter filii hominum tam maiores quam minores quam mediocres
declinaverunt adeo a rectitudine iustitie et veritatis Ysa lvi ipsi pastores
ignoraverunt intelligentiam omnes in viam suam declinaverunt simul inutiles
facti sunt sibi et aliis quia nec vita nec doctrina profuerunt propter cupiditatem suam
Ysa xiiii pretiosus est cui eius inutilis vel sic simul inutiles facti sunt
ad conservationem vite beate non est inter filios hominum qui faciat bonum quia
quia homines ex se mali sunt et sunt filii hominum qui male faciunt sed qui
bene faciunt tunc sunt filii dei et hoc ex dono dei et ita qui non sunt filii
dei sed tantum filii hominum tunc non est qui faciat bonum non est usque ad unum
id est nec est unus sicut Augustinus de v civitate vias iustam et respiciunt considerare
invenitur verum sanctorum iudicium convenientem fidem et opera ergo ei Beda
non est qui faciat bonum non est usque ad unum id est preter unum scilicet Christum qui
solus bonus est inventus cum sit deus Luc xviii nemo bonus nisi deus sed sic
exponendo secundum Augustinum et glossam ordinariam non concordat textui qui loquitur de filiis hominum
Christus autem non est filius hominum sed filius hominis Lira exponit non est qui fa-
ciat etc. id est nec unus reperitur inter infideles quia sine fide impossibile est placere deo
vel usque ad unum id est in omnibus populis non est nisi unus populus qui de deo
habet veram legem et cultum scilicet populus iudaicus cui data est lex dei Non-
ne scient omnes qui operantur iniquitatem qui devorant plebem meam sicut
escam panis Ad Roman hic post declarationem pene debite culpe dicit nonne sci-
fugiendum. Thi. iii. Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad do-
cendum. Ut liberentur dilecti tui salvum fac dextera tua et exaudi me.
Ad litteram hic ponit restitutionem et ampliationem regni et orat d. ut libe-
rentur dilecti tui i. populus Israel qui dicitur deo dilectus. Osee xi. Puer Israel et
dilexi eum. salvum fac populum tuum Israel. dextera tua q.d. non potest fieri virtute
humana. et exaudi me deprecantem pro regno meo. Alia littera sic hic po-
nit spiritualia utilitas. Et dicit dedisti significationem metuentibus te ut fugiant iram
districti iudicii. Et etiam ut dilecti tui ab eterno predestinati. liberentur
ab omnibus miseriis in futuro. propter penas quas sustinent in presenti.

ut liberentur in die iudicii qui mali tradentur penis. Ro viii creatura
liberabitur a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei, salvum me
fac dextera tua i in dextera tua collocando cum electis Matt xxv. Agnos quidem
ponet a dextris, et exaudi me deprecantem pro me et pro populo meo pe-
tentem eterna et non terrena. Deus locutus est in sancto suo letabor et partibor
sichimam et convallem tabernaculorum metibor Ad literam hic ad impetrandum
suam petitionem allegat divinam promissionem quasi diceret deus locutus est in sancto suo i per
samuelem cui dominus revelavit futuram potestatem temporis david, propter quod dixit
i Re xiii quesivit sibi dominus virum iuxta cor suum et precepit ei ut esset dux
super populum suum, et hanc revelationem dixit samuel tempore david, propter quod
subdit, letabor in deo salutari meo et partibor sichimam i dividam
spolia tamquam victorem bellatoribus meis que fuit occupata ab adversariis
regni israel et convallem tabernaculorum metibor. Sichima locus est prope ior-
danem ubi iacob revertens de mezopothamia declinavit ab esau fratrem
suum fixit tentoria, et appellavit nomen loci illius sochot i tabernacula
Gen xxxvii. illa enim vallis erat de regno israel sed occupata erat
ab adversariis quibus expulsis david restituit eam filiis israel unicui-
que secundum mensuram sibi debitam. Alia lectio sit post petitionem premissam
subdit petendi confidentiam et dicit deus enim metiri non potest locutus est
in sancto suo i per sanctum suum scilicet per moysen vel per quemcumque prophetam in scri-
pturis sacris Iob xxxiii. Semel loquitur deus et idipsum non repetit
vel locutus est in sancto suo i per proprium sanctum suum amthonomasice, hebr. post no-
vissime locutus est nobis in filio suo quasi diceret deus locutus est per quemcumque
sanctum precipue in scripturis sacris vel per filium suum letabor i faciam quod
cedat letitie mee, et partibor i dividam sichimam i plebe gentilium per-
tem ad fidem convertendo. Sichima est locus ubi iacob rediens a laban
fecit tabernacula et ibi abscondit ydola sub terebinto, sic gentiles
conversi ad fidem christi abscondunt ydola i abiciunt et hoc sub ligno crucis
vel sic partibor i dividam sichimam i laborem vel onus. hoc est quod onus
christi leve fecit assumendo meritum, quos autem onus petere convenit reme-
dia. Gen Sichima interpretatur mora, laboriosa vel onerosa et significat
illos qui dividunt labores abiciendo malum et accipiendo bonum, abici-
endo voluntatem et accipiendo voluntatem non active non contemplative
et convallem tabernaculorum terra prope iordanem i gentem iudeorum per illam val-
lem significata quia ibi habitabat iacob cum suis et ovibus fecit taberna-
cula metibor etiam mensuram predestinatorum accipiendo partem iudeorum ad
predestinata Num xxiiii. Quam pulcra tabernacula iacob tentoria tua
israel. Nota convallis dicitur duplex vallis i vallis cum valle et significat
duplicem humilitatem in tabernaculis ecclesie militantium quas debemus metiri
ad exemplar sanctorum precedentium. Meus est galaad meus est manasses
effraim fortitudo capitis mei Ad literam quia david fuit adiutus fortiter
ab aliquibus tribubus. Ideo hic exprimit eos dicens meus est galaad ubi fue-
runt homines bellicosi sicut iair et iepte de quibus descenderunt homines
fortes, et meus est manasses hoc dicit quantum ad illam partem que erat
circa iordanem de qua fuit gedeon vir fortis, et effraim fortitudo
capitis mei i regni mei. Alia lectio sit hic post premissa causa letitie scilicet
conversorum ponitur scilicet excellentia virtutum ad patiendum et ad bonum operandum
et dicit letabor quia ex gentilium et ex iudeorum conversione ad fidem quia meus
est galaad i acervus vel tumulus testimonii hoc est multitudo martirum
ex iudeis conversorum, multi enim ob testimonium fidei martirisati sunt,

q. d. mei sunt veri milites fortes caritate et omnes actiui. unde ydem est
quod testis ysa. xliiii vos testes mei dicit dominus. et meus est manasses
i. mei sunt omnes contemplatiui qui obliuiscuntur mundum relinquentes omnia
temporalia propter deum. philipp. iii posteriora oblitus ad anteriora me extendo
q. d. deus uel ecclesia mei sunt veri milites etiam mei sunt sancti confessores. et ef
fraym i. proficientes et fructificantes significati per effraym fortitudo capitis
mei i. sunt fortes ex ipso capite meo scilicet christo q. d. gratia fortitudo capitis mei
i. christi quia est caput ecclesie est fortitudinis causa quod membra ecclesie crescunt et fru
ctum bonorum operum faciunt. Ioh. xv sicut palmes non potest ferre fructum nisi manserit
in vite. Nota manasses fuit primogenitus ipsius ioseph qui hoc nomine
vocauit eum. obliuisci me fecit deus omnium laborum et domum patris mei et si
gnificat eos qui obliuiscuntur temporalia propter christum. Effraym fuit alius filius
ipsius ioseph qui hoc nomine vocauit eum. crescere me fecit deus in terra paupertatis
mee et significat illos qui crescunt et fructificant in bonis operibus i. ecclesia
dei. Iuda rex meus moab olla spei mee. ad l. iuda rex meus
i. custos et defensor regni mei. iste enim due tribus fuerunt fortiores
et bellicosiores aliis propter quod fuerunt situate in duabus extremitatibus
regni. effraym in extremitate aquilonari et tribus iuda in extremitate australi.
moab olla spei mee i. spero in deo quod terra moab erit mihi subdita
ad seruiendum sicut olla qua quis utitur in ministerium suum. In hebreo habetur
moab olla lauacri mee i. populus moab erit mihi ita subditus sicut
olla ad lotorum pedum parata. Aliter lege sic habet unde misera ... adhesio
fidelium suo capiti i. christo et dicit. iuda i. christus de iuda natus rex est
meus i. rector et ductor meus ad eterna iudicium post quem ascendit et eum
dux belli iudas. Apoc. v vicit leo de tribu iuda. moab i. populus qui
descendit a moab quem genuit filia loth abutens ipso loth patre suo
et significat eos qui abutuntur mandatis dei patris et sunt olla succensa i. ...
mali iustos tribulantes uel tribulationes a malis illata que tribulatio est
olla i. refectio seu premium spei bonis quod iusti patientes tribulationes
in hoc mundo pro christo habent refectionem et premium in futuro sicut patet
Ro. v tribulatio patientiam operatur patientia probationem probatio vero spem. Luce
xxii vos qui permansistis mecum in temptationibus meis et ego dispono vobis
sicut disposuit mihi pater meus regnum. Vel sic iuda i. confitens veram fidem sicut christus
et quilibet fidelis predicator erit rex meus i. defensor ab inimicis anime mee
et moab erit olla spei mee i. spero quod populus gentilis erit tamquam olla
primus refectionem i. agens penitentiam de peccatis que est cibus anime. Ps. quia cinerem
tamquam panem manducabam. Vel sic populus gentilis per moab significatus erit
ita subditus et obediens deo et ecclesie sicut olla ad coquendum uel ad lotorem
patrum. In ydumeam extendam calciamentum meum mihi alienigene subditi
sunt. ad l. in ydu. exte. calcia. meum i. calcabo eam et subiciam per ple
nam victoriam mihi alienigene subditi sunt i. alie nationes in circuitu regni
mei mihi sunt subiecte. In hebreo habetur in philistea sonata est i. addita
regno meo quod fuerunt dauid sub tributo ut habetur ii Re. viii. Aliter lege sic
hic post dilatatio doctrine christi et dicit ego deus calciamentum meum i. filium dei
quantum ... velatum tamquam pede calciamento calciatum. Io. i. non sum dignus
ut soluam corrigiam calciamenti eius. Vel calciamentum i. corium quo muniuntur
pedes anime ne contingat terre per cupiditatem. Can. vii quam pulcri sunt pedes
tui in calciamentis filia principis. uel calciamentum i. exempla sanctorum patrum.
Exo. xii calciamenta habebunt in pedibus. ista calciamenta extendam i. initiam
uel dilatabo in ydumeam i. usque ad eos christianos terra. Unde ydumea
interpretatur terrena significans homines terrenos. et sic alienigene i. et alia gentes

quā de iudeorum nati subditi sunt michi per obedienciam quasi ad fidē
vel alienigene .i. peccatores qui sunt alienati a deo per peccata mi subditi
sunt .i. obedientes quasi a peccatis ad caritatem dei. Osee ii dicam non populo
meo populus meus es. Quis deducet me in ciuitatem munitam quis deducet
usque in ydumeam. Ad literam hic ostendit quod perfecte victorie sunt deo attribuende
et dicit quis deducet me in ciuitatem munitam cum victualibus bellatoribus
et armis quis deducet me usque in ydumeam ubi erant multi fortes et
bellicosi. Moraliter sic hic ostendit quod sit fienda conversio gentilium et dicit quis ad con-
uertendum ut alienigene sunt subditi mi. deducet me in ciuitatem munitam
.i. in istum mundum qui est munitus contra deum et sanctos eius seculari potencia
astucia et multiplici malicia quis deducet me usque in ydumeam .i. ad
conuersionem terrenorum terrenis bonis et luxui inherencium sicut auari ut cum
magno comitatu attendam ad regem. vel sic quis deducet me in ciui-
tatem munitam .i. in celestem ciuitatem cum multis terrenis ab amore terre-
norum separatis per gladium diuinum siue dei verbum. Vel istam ciuitatem scilicet mundi mu-
niunt spirituales diuicie, honores sunt dignitates tristicie, possessiones que non
implentur sunt cupiditates et auaricia propugnacula omnem maliciam
defendentes sunt mali aduocati et scelerum scienda. Osee xi ego deus et non
homo et non ingrediar ciuitatem. Nonne tu deus qui repulisti nos et
non egredieris deus in virtutibus nostris. Ad literam quis deducet me in
ydumeam. Et nonne tu deus quasi dicat nullus alius potest hoc mihi facere qui repu-
listi nos propter peccata nostra ut predicte. et non egredieris deus in virtutibus
nostris .i. in exercitibus nostris et per interrogationem quasi dicat ymmo tu egredieris
alias nichil facere possemus. Moraliter sic hic ponit responsionem ostendens
cuius virtute fit conuersio peccatorum et dicit quis deducet me in ciuitatem
nonne tu deus quasi dicat ymmo tu deus deduces me qui repulisti nos .i.
repulisti nos ab infidelitate et a delectacionibus terrenis. Deutero xxxii o
deus solus dux eius fuit et non egredieris deus in virtutibus nostris et per
interrogationem nonne tu deus non egredieris in virtutibus nostris quasi dicat ymmo tu eg-
redieris alias nichil boni possemus facere nostris virtutibus sine te. Vel sic non-
ne tu deus qui repulisti nos ad bonum nostrum ut dictum est supra et non eg-
redieris deus egressus tu quando in virtutibus nostris .i. virtuose et aperte nos libera-
ndo sicut antiquitus egyptum affligendo mare diuidendo egypcios subrmer-
gendo sed nunc operaberis latenter graciam infundendo. Vel tu melius liberas
tu sapientiam dedit. Abacuc iii ibi abscondita est fortitudo eius. Da nobis
auxilium de tribulacione quia vana est salus hominis. Ad literam expone istos versus
ut ex dictis. Moraliter sic hic etiam petit mala seu tribulaciones cum in
bonum et dicit da nobis domine auxilium de tribulacione ut que tribulacio sit
nobis auxilium remedii ad tuam graciam in presenti et ad gloriam in futuro.
Glosa quia tribulacio mittit a peccatis. Ezechiel iii et in tribulacione peccata dimittis.
Vel da nobis auxilium de tribulacione saluando nos quia vana est salus nostra
et cito transit sicut fumus. Vel vana est salus hominis quia nullus homo potest nos saluare
nisi tu. Ieremias xvii maledictus homo qui confidit in homine. Vel vana est
salus hominis ut sanitas corporis que transit sicut fumus. Iacobi iiii quod est
vita nostra vapor ad modicum parens. Propter hoc in nomine fidelis scriptum est:
Vel vana est prosperitas temporalis in qua homines ponunt suam spem et salutem
quia in vita affligit homines et in morte relinquit. Ecclesiastes ii vidi cuncta
sub sole et ecce vniuersa vanitas. In deo faciemus virtutem et ipse ad
nichilum deducet tribulantes nos. Ad literam patet expone. Moraliter sic hic ostendit
tribulatorum exultacionem et tribulancium deiectionem. Et dicit nobis faciemus virtutem
.i. potentes erimus superare tribulaciones per pacienciam. in deo .i. per virtutem dei.

psalmo xxx ij de celo fortitudo est et ipse deus deducet tribulantes nos
ad nichilum i. deiciet eos et annichilabit omnem eorum potentiam Unde versus
deus autem conteret sathan sub pedibus nostris. Organum david.
lx Exaudi deus deprecationem meam intende orationi mee. Ad litteram
Titulus in hebreo ad victoriam super organum ipsi david. Et patet
expositio ex dictis psalmo iiij. Et fecit david istum psalmum existens in
fortitudine saulis postquam evaserat manus saulis qui in medio
eius cingens ut habetur primo Regum xxiij. et tunc david ascendit inde et ha-
bitavit in locis tutissimis Engadi. Et sic in isto psalmo primo david prima
recitabit divina beneficia sibi antea prestita 2o predicit prosperitatem promissam ibi
Deus locutus est 3o agit gratias pro utrisque ibi sic psalmum dicam. primo dicit Exaudi
deus deprecationem meam. Et patet expositio ex supradictis. Aliter legitur sic. In precedenti
psalmo actum est de permutatione quorundam in bonum et de conversione tribulationis
in gaudium. hic agit de leta actione gratiarum et divine laudis promissione
et conversione infidelium. Titulus In finem in ympnis psalmus david. i. psalmus re-
ducens nos in finem i. in christum qui in ympnis i. in laude et gratiarum actione
exhibendis david i. christo. Et hic psalmus est laus et gratiarum actio dei. Intendit
et laudando monere alios ad laudem dei. Et dividitur primo petit se exaudiri
2o beneficia accepta repetit. ibi a finibus terre. primo dicit Exaudi deus depre-
cationem meam acceptando qua deprecor assidue pro malis amovendis Vel
multum valet deprecatio iusti assidua. intende i. considera devote orationi
mee qua oro de bonis obtinendis. Dominica ix. Exaudi domine attende deprecationem.
A finibus terre ad te clamavi dum anxiaretur cor meum in petra exal-
tasti me. Ad litteram a finibus terre istius ad te clamavi faciens hunc psalmum ut iam
dictum est. Ubi recolit beneficium sibi prestitum in evasione de manibus saul
dicens dum anxiaretur cor meum eo quod saul et eius exercitus cinxerant
me in modum corone ne possem evadere. Unde dicitur ibidem quod david desperabat
se posse evadere propter quod anxiebatur sed quod saul fuit compulsus recedere ab
eo quod david propter philisteos id vocaverunt locum illum petram dividentem
et hoc est quod dicitur in petra exaltasti me liberando a predicta anxietate
Aliter legitur sic hic repetit beneficia sibi exhibita dicit ecclesia. clamavi fer-
vore animi ad te domine a finibus terre i. multiplex quia sum in omnibus finibus
terre diffusa dum anxiaretur cor meum penis et molestiis penitus. Ysaias xix
clamabunt ad dominum a facie tribulantis et mittet eis salvatorem et propugna-
torem qui liberabit eos. In petra i. per christum exaltasti me ab hostibus
et a penis liberando. prima Corinthiorum x. petra autem erat christus. Augustinus Iam cog-
noscitis quis clamat a finibus terre et quis nisi ecclesia de qua dicit christus
super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Ergo illa clamat a finibus terre
quam voluit edificare super petram. de qua prima Corinthiorum x. petra autem erat christus
et ita deus pater exaltat ecclesiam in petra i. desponsando eam christo in fide
uniendo eam christo in incarnatione et liberando eam ab hostibus per christum et eos
hostes subiciendo. Luce xlviij. Relinquite civitates habitate in petra. De-
duxisti me quia factus es spes mea turris fortitudinis a facie inimici. Ad
litteram deduxisti me ad locum tutiorem ut predictum est quia factus es spes mea
in die angustia turris fortitudinis a facie inimici s. saulis me persequentis
Aliter legitur sic hic ponit 2m beneficium s. deductionem de bono in melius. Et dicit deduxi-
sti me tamquam dux per te qui es via ad te qui es veritas illuminans intellectum
et ad te qui es vita reficiens affectum. ad te tamquam ad petram. Sapientia x.
iustum deduxit dominus per vias rectas. quia factus es spes mea quia si non esset
spes mea non deduceret nos. sed quia ipse est temptatus passus est pro peccatis
nostris et resurrexit. ex hoc spem gerimus quod non deserit nos deus. quia
proprio filio non pepercit etc. Vel quia factus es spes mea. spes venie

de peccatis relaxat / spes gratie de bonis perficiendis / spes glorie de premiis acci-
piendis. Bonum est spirituale voluntatem ad id ascendendum. Et factus es michi
turris fortitudinis in qua intrabo cogitatus in corde meo quod Christus passus
est pro me mortuus et resurrexit / sic et ego pro ipso debeo peccati non
consentiendo mori sed in tempore rixiendo tela et verbum dei fide vani spe firma-
ter augens. a facie inimici me infestantis et persequentibus. Et sic in textu ducitur
pendum est qui protegit quod turris / si bene custodiat hec firmiter custodiet
et non terruit quod fortissima est non suppeditat quod a facie inimici. Proverbiorum xviii
turris fortissima nomen domini ad ipsam currat iustus et exaltabitur. Inha-
bitabo in tabernaculo tuo in secula protegar in velamento alarum tuarum. Ad
dictum hic ponit beneficia sibi adeo prestanda et hoc in cultu divino quod
residabit quia inhabitabo in tabernaculo tuo. David enim tetendit taber-
naculum iuxta domum suam in quo posita fuit archa et divinus cultus ordi-
natus et David locum illum frequentabat et deum laudabat ut habetur primo
Paralipomenon xvi. In secula hic exponit. Ra. Ca. quod David providit se habitatu-
rum in secula in tabernaculo dei quod est locus sanctorum. Protegar in velamento
alarum tuarum ita quod adversarii mei non potuerunt me tangere. Aliter legitur sic hic
petit beneficia in futuro. Et dicit spero quod inhabitabo id est intus per fidem forma-
tam habitabo perseverando in tabernaculo tuo id est in ecclesia tua militante quod
quid agat quidquid infestat inimicus / hoc tabernaculum quod est militantium
vel peregrinantium ecclesia militans. Job vii militia est vita hominis super
terram. Hebreos xi hospites quod peregrini et hospites super terram / in secula id est
usque in seculum durabit ex quo relinquitur quod ecclesia non deficiet sed semper
bonos colliget. Genesis xxv Iacob vir simplex habitabit in tabernaculis
id est in tabernaculo militie non in lecto accidie non in scrinio avaritie
non in throno superbie non in sterquilinio luxurie. Protegar ab estu vi-
ciorum et ab imbre visibilium et invisibilium / in velamento alarum tuarum id est a miseri-
cordia ne egeam et rei desperent de venia et a iustitia ne iusti presumant
Matthei xxiii volui congregare filios tuos quemadmodum gallina pullos.
Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam dedisti hereditatem timentibus
nomen tuum. Ad literam quoniam tu deus exaudis orationem meam teneo firmiter
quod dedisti hereditatem id est regnum Israel timentibus nomen tuum id est michi et filiis
meis me imitantibus. Hanc enim hereditatem dederat deus David auctoritate
qua fuit inunctus per Samuelem sed exactione qua fuit inunctus in regem
super totum Israel ut habetur primo Regum v. Aliter legitur sic hic ponit tertium beneficium
scilicet perpetuam hereditatem eterne et dicit oravi ut habitarem in tabernaculo
tuo / et quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam de hoc firmiter dedisti fi-
delibus id est legasti hereditatem id est vitam eternam rem preciosam non rem transito-
riam / timentibus filiale nomen tuum non superbientibus. Ecclesiastici iii timenti deum
bene erit in extremis quod hereditatem habebit de qua Ecclesiastici xxiiii hereditas
mea super mel et favum. Dies super dies regis adiicies annos eius
usque in diem generationis et generationis. Ad literam hic ponit tertium beneficium quantum
ad vite sue cursum. Et dicit dies super dies regis adiicies id est facies eum
vivere secundum cursum vite sue / annos eius id est multiplicabis usque in diem generationis
et generationis / sic enim fuit de David vixit enim lxx annis et sic potuit
videre filios usque in tertiam generationem. Aliter legitur sic hic ponit ea que sunt
scilicet eternitatem et gloriam et dicit dies eternitatis regis Christi qui est rex meus
vel Iuda rex meus / adiicies id est appones super dies presentis temporis / hoc est
succedas eum secundum humanitatem ex Ierusalem et secundum divinitatem eternum. Michee
v. Et tu Bethleem Effrata parvulus es in millibus ex te egredietur

qui sit dilator in israel / ecce dies temporis et consilii eius a principio a diebus
eternitatis eius / ecce dies eternitatis annos eius extendens usque in diem
generationis et generationis i. usque in diem eternitatis / vel posset legi de me
bris sic / dedisti hereditatem timentibus nomen tuum quia sicut dies regis i. xpi
in quibus rex erat iusti adicies tempus imitando et sicut annos eius
de dies / comparatum ad illos qui vixerunt magis et de annos comparatum ad illos qui
vixerunt diuturnius adicies dies dilatatos s. usque in die generationis et ge
nerationis i. in die qui transcendit secula presentis et futuri generationis
ps. cogitavi dies antiquos et annos eternos. Permanet in eternum in conspectu
dei misericordiam eius et veritatem quis requiret ad literam hoc est sic permane
bit regnum meum quia xpus descendit a david secundum carnem eius regnum est
eternum misericordiam eius et veritatem quis requiret i. quis potest explicare
verum est ipse david recognoscens circa se misericordiam et veritatem dei inexpli
cabilem / aliter legitur sic permanet in eternum quod dicit / iam factum dicit quia xpus
et que eius ecclesia sic membra cum capite permanet in conspectu dei i. in gloria
in eternum et in eterna patria Io. xvii haec est vita eterna ut cognoscant te
deum verum / vel regnum xpi permanet in eternum in conspectu dei etc. sed licet
ipse rex est eternus et gloriosus / misericordiam tamen eius hic nobis exhibitam et ex
hibendam / et veritatem eius in futuro implendam quis requiret ut ipsum
imitando illas obtineat quasi dicat raro vel nullus michee vi indicabo tibi
homo quid sit tibi bonum et quis dominus requiret a te utique facere iudicium
et diligere misericordiam Augustinus nullus quaerat amicum eius et veritatem dicere i. tibi
et cum diciderat sibi vivunt et non illi / vel sic misericordiam eius et veritatem
quis requiret i. quis potest explicare quas facit et faciet vel sic ita
rex permanet in conspectu dei et quis eorum ibi cum eo requiret misericordiam et veri
tatem eius quasi dicat nullus quaerit misericordiam quia nemo miser erit nullus veritatem quia quilibet
eam aperte videbit Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi ut red
dam vota mea de die in diem ad litteram gratias agit pro beneficiis pre
dictis sic psalmum dicam nomini tuo in seculum s. i. quamdiu vivam ut reddam vota
mea i. laudes a me tibi promissas de die in diem i. per singulos dies
vel aliter sic benedicam nomini tuo in s. s. i. usque in finem mundi quia psalmi ab
ipso facti cantabuntur et in ecclesia dei et illo modo reddentur ab eo promis
se laudes que sunt idem quod psalmi aliter legitur sic hic promittit laudes suo
benefactori Et dicit quia predicta beneficia contulisti mihi ideo sic i. virtute die
rum intendens et evidenter psalmum i. laudem corde voce et opere ps. ci.
xiiii psallam spiritu psallam et mente nomini tuo i. ad honorem nominis tui
in seculum seculi i. quamdiu seculum continuabitur Mathei ult. ecce ego vobiscum
sum usque ad consummationem seculi / vel in seculum consecutum seculi i. in eodem seculo
vel quamdiu vivam ut reddam vota mea i. ea que vovendo promisi ipse ps.
vota vovebunt domino et solvebunt / de die in diem i. assidue vel de die
gratie procedens usque in diem perfectum glorie prover. iiii. iustorum semita quasi
lux splendens procedit et crescit usque ad perfectum diem Oratio
Anxietatum nostrarum misericordissime consolator deus protege familiam tuam
a facie inimici ut a te turri fortitudinis premunita inhabitare taber
nacula mereatur eterna / qui tecum vivit Margaretha

lxi Nonne deo subiecta erit anima mea ab ipso enim salutare
meum ad literam titulus in hebreo ad victoriam super idithun ps.
david / idithun est nomen instrumenti musici cum apparatu
tatis eius psalterii / vel idithun est nomen unius de principibus canto
rum a david institutum ut supra dictum est Et sic sensus tituli

Iste ps factus est a dauid decantandus per leuitas qui canit sub ydithun
Et psalm dr quia dauid fecit hunc psalm pugna adeptus fuerat regnum ipse
qui philistei voluerunt eum deicere de regno ut habetur 2 reg v. et ideo confidens
de deo dixerunt nonne deo subiecta erit anima mea obediendo mandato dei
gaad prophete eius. sic / ab ipso enim salutare meum i. experto salutem meam
in anima et corpore. Alia lra sic In presenti psalmo gratias egit benefac-
tori hortatur ut subiciamur tanto benefactori et suggerentibus contrarium increpat. Ti-
tulus In finem pro ydithun ps dauid. hoc est iste ps est editus pro ydithun
i. pro transiliente. sic enim interpretatur ydithun et est nomen officii quod erat ei-
us in domo domini in finem i. in deum qui est omnis finis. Apoc pa Ego sum al-
pha et o principium et finis. Ait ps est debita subiectio benefactori deo con-
temptis huius seculi. Intencio monere ad transiliendum ista carnalia per obedi-
entiam sperni carnalia et dicitur ps allegat obediencie debitum / 2o increpat
impellentes ad contrarium ibi quousque irruitis / Ps dicit quod multa beneficia sunt
in deo collata nonne ergo i. numquid erit anima mea subiecta in obsequium
dei intellectum captiuando / voluntatem proprium abnegando mandata eius humiliter
implendo / deo tanto benefactori pro tantis beneficiis et tot. Iere vi Subiice hu-
merum tuum et porta illum / et ne [illegible] in vinculis illius. Math xi Tollite iu-
gum meum super vos / ab ipso enim deo patre est salutare meum i. filius dei qui est
saluator meus / nam et ipse deus meus per creationem et saluator meus per
incarnationem / adiutor contra saulem me persequentem / non mouebor amplius de terra
re i. de voluntate eius. Gen penult. Salutare tuum expectabo domine / Luce
ii Quia viderunt oculi mei salutare tuum etc vel ab ipso salutare meum
experto salutem meam in anima et corpore Nam et ipse deus meus salutaris
meus susceptor meus non mouebor amplius. Ad literam patet expositio ut supra
Alia lra sic hic ponit multiplicem racionem quare sit obediendum deo et dicit Nam
et ipse pro est deus meus qui me creauit. Iudith ix deus celorum et creator
aquarum et dominus vniuerse creature / salutaris meus i. saluator meus et qui
iustificat per gratie infusionem Math i ipse saluum faciet populum suum a pec-
catis eorum / susceptor meus ad gloriam Prov xxix humilem spiritu suscipiet
gloria / non mouebor i. non recedam amplius ab eo et ab eius obediencia
sic firmiter est in primis principiis vel angelis unite. I ad thess iii Nemo moueatur
tribulationibus istis. Vel sic [illegible] dicit subiecta anima mea nam ab ipso salutare
meum scilicet a christo per gratiam nam et ipse deus meus per gratiam spiritualem / salutaris
meus per passionem et mortem / susceptor meus ad gloriam / vel hic alia litera ad-
iutor meus ad bona operandum Quousque irruitis in hominem interficitis vni-
uersi vos tamquam parieti inclinato et macerie depulse Ad literam hic arguit
vos de crudelitate 2o de cupiditate ibi verumtamen / Ps dicit quousque irruitis
in saul doeth et consiles in hominem i. in me scilicet dauid [illegible] et iuste vide-
tur et loquitur de se tamquam de alio interficitis vniuersi vos i. queritis me inter-
ficere tamquam parieti inclinato i. in proximam mortem tamquam parieti propinquo
ad ruinam / In hebreo et in [illegible] Io habetur sic muris inclinato et maceria cor-
ruenti et sic non refertur ad dauid sed ad persecutores eius / et est sensus unde
tis in morte sicut murus inclinatus et maceria corruens imminet mortem
insequentibus vos se Alia lra sic hic increpat impellentes ad inobedientiam
deo et arguit eorum negligentiam cordis et corporis et dicit quousque i. quamdiu
vos miseri et inobedientes / irruitis in hominem in istum tamquam lupi i. agnum
sicut iudei in stephanum Act vii Impetum fecerunt vnanimiter in eum / Ps irru-
itis in me fortes et intelligentes quod malum prius irruere in hominem cre-
dentem sed non in [illegible] Math x Nolite timere eos qui occidunt corpus
animam autem non possunt occidere / interficitis vniuersi vos mandatum transgrediendo

malicia secando Sap xvi homo per maliciam occidit animam suam / ffigura
2 R vlt vbi saul interfecit se ipsum in monte gelboe / vel sic quousque vos
inobedientes et mali ruitis i homines qui est similis pariete inclinato ad ru
inam et materie i obstaculo facto de lapidibus cum argilla et sine ceme
to defacili cadenti i ruituri i homines mortales qui quolibet die appropinquat
morti irruitis vos interficitis quia illum interficitis in corpore et vos per culpam
in anima et quia in alia et corpore / Nota paries proprie est domorum et fit de
quatuor materia / sed maceria proprie est ortorum et vinearum et fit de lapidibus
sine cemento vel de virgultis que cito putrescunt et per ea per ventum pro
pelluntur ad casum Verumtamen precium meum cogitaverunt repellere cucurri i sitienti
ore suo benedicebant et corde suo maledicebant / glosa Lyra scilicet saul et consili
arii eius et vocat hic david precium suum duas filias saulis quarum pri
mam saul promisit sibi dare i precium pro bellis contra philisteos gerendis
et secundam quam dedit david pro centum preputiis philisteorum et in isto
precium fuit a david repulsa quia prima fuit data adriel molathite vt
dicitur primi R xviii et secunda per fugam david fuit data phalthiel filio
lais vt dicitur 2 R xviii cucurri in siti ad bella contra philisteos ex
pedite pressi ex desiderio habendi filiam regis vxorem / Vel aliter quia
bellatores intelligunt sicut per eo quod dicitur hic in siti / In glosa dicitur
narraverunt medacium / et in textu latino placuerit sibi in mendacio et sic
refertur ad saul et consiliarios suos qui mendacio volebant decipere
david / ore suo benedicebant scilicet saul et sui consiliarii promittentes ore se
ficum generum regis ad meam exaltacionem / et corde suo maledicebant
quia per hoc me intendebat morti tradere gladiis philisteorum vt dicitur
primi R xviii dixit saul non sit manus mea super eum sed sit manus phili
steorum / Aliter legitur sic hic arguit inobedientes de nequicia in corde
et ore vestro et si non poterant sed tamen cogitabant in cordibus suis re
pellere i auferre precium meum i christum ne colletur in ecclesia pro deo de
quo precio / prima Petri i Empti estis precio magno / Augustinus homo appende te
ex precio ne vilescas / vel sic precium meum i animam meam que est precium
sanguinis christi / cogitaverunt repellere i auferre / Vel sic precium meum i ani
marum quas redemit dominus promisit fidelibus sanguinem / cogitaverunt repel
lere ne prouidere conterentur et redimentur sanguine meo / Deuteronomio xxiiii eadem
die reddes mercenario scilicet christus precium laboris sui i animam tuam / vel pre
cium meum i bona opera omnibus emittitur vita eterna / vel precium meum i vitam
eternam / de quo Iob xxviii Nescit homo precium eius Ego autem cucurri in siti i
laboravi magno desiderio ad eas conuertendas Dicit sanctus paulus / prima ad Corinthios
iiii Bonum certamen certavi cursum consummavi fidem servavi / Ore suo bene
dicebat adulando / et corde suo maledicebat insidiando / prouerbiorum xxvii
qui benedicit proximo suo voce grandi et nocte consurgens similis est quietis et
penitentis maledicenti similis / Exodus ii fili hominis cum scorpionibus habitas Glosa
pro blandiciis facie et pungit cauda Verumtamen deo subiecta esto anima
mea quoniam ab ipso paciencia mea Ad literam hic repetit suam confidenciam
in deo et exponatur eadem modo sicut in principio psalmi / Aliter legitur sic hic ecclesia
vel quilibet iustus allegat bonum obediencie allegationi et hortatur ad obe
dienciam / Et dicit licet tirannum ruunt in homines et aliqui maledicunt / ve
rumtamen anima mea esto subiecta deo tanquam sponsa sponso ancilla domino
discipula magistro egena beneficio / Ecclesiastici vlt Collum vestrum subicite sapientie
i christo qui ab ipso mihi tot et tanta spiritualia precia mea tanquam a ca
exemplari et efficiente / vel tanquam a datore omni donorum / Iaco ...

Omne datu optim et omne donu pfectu desursu e &c Iob xvij vbi e
pstolacio mea et paciam mea quis osiderat et eccla dt vbi e go
nt pstolacio mea vl pacia mea Quia ipe deus meus et saluator
meus adiutor meus no emigrabo ad lucam Omia lxe pz Ale le
sic emulat alia bytfitia sibi adeo collata et dt qr ipe est deus meus
vocado me ad fidem et ad cultu diuinu Exo v deus hebreorum vocat
nos et saluator meus me vocatu iustificado et deducedo p via salu
psa lxv deus iustus et saluas no est pter me adiutor meus deducedo
ac agi victoria ad priaz et hic felicitat Exo ij deus pris mei ad
iutor meus de his tribus hetur psa lxxvm oblitus e dei eius pm sal
uatoris tui eius sim et fortis adiutoris tui eius iij Ro viij quos vo
cauit hos et iustificauit no emigrabo hic pmittit aia pseuanciaz
in subiectione dei qs no emigrabo i no recedaz ab obediencia di in
o tita sic auis que euolat de suo nido Osee ix Effraim sic auis
euolauit In deo salutare meu et gla mea deus auxilij mei et spes
mea in deo est Ad lucam In deo salutare meu i tota salus mea et
gla mea Cor x qui glatur in dno glietur deus auxilij mei i dator
auxilij mei in tpe psti et spes mea e in deo respu vite future
spes em e cta expectacio future btitudinis ex gra et mitis pce
dens et io ad hanc spem inducit Ale le sic hic ponit multiplice
cam pseuandi in obediencia dei qr euasio omis mali et adepcio
plena boni et dt no emigrabo ab obediencia dei qr i deo e salu
tare meu i tota salus mea vl a deo expecto saluari ab omi malo
sine macula Phil iij Saluatorem expectamus dnm ihm xpm et gla
mea osistis in ome bonu in pria vel gla mea de eo gra gaudeo
in psti et de eius visioe glabor in futuro Je ix In hoc glet qui
gla stire et nosse me deus auxilij mei i dans mi auxiliu in
pugna contra inimicos in psti Deutro xxxiij Defensor celi auxiliator
tuus et spes mea de victoria obtineda e in psti vl spes mea
est vite et btitudinis future Et sic ex quo auxiliatur est nris
in nore Ro viij Si deus pro nobis quis contra nos Ecc ij nullus
sperauit in dno et ofusus est Sperate in eo ois ogregacio ppli
effudite cora illo corda vra deus adiutor nr in eternu Ad l sic ad hac
spem inducit fideles ppli d sperate in eo ois ogregacio ppli fideles in
fideles em no sunt vn vita btis sperare valeant effudite cora illo cor
da vra i pces ex deuotis cordibus pcedentes deus adiutor nr in eternu su
ius adiutorio nllm opus e iuitorium Ale le sic hic alloqr et hortatur omis
fideles vt sint subiecti deo et sperent in eo Et dt ois ogregacio populi
ois ppls ogregatus in vnitate fidei qntu ad intellectu in vnitate ca
ritatis qntu ad affectu in vnitate pacis qntu ad ouictu Math xviij vbi
fuerit duo vl tres in noie meo ogregati &c Sperate in eo tanqua i vera
btitudine Ps xv qui sperat in deo btus effudite pseruoe deuocionis
in oracione cora illo i cora deo no cora mundo sic ypocrite corda vra
i intenciones cordis vri vl pces ex deuocione cordibus pcedentes no cantu
labia Ps lxi pd effudi in ospectu dni aiam meam vl effudite in ofessione
cora illo corda vra i iniquitates pcedentes de corde qr nichil pcti rema
neat nec affectus ad pctm nec mala osuetudo vborum nec signa malorum opum
Tren ij Effunde sic aqua cor tuu Nota qm aqua effunditur tunc nichil
remanet in vase de alio vo liquore remanet odor vt de vino de mel
le sapor de lacte color Sic de pcto qm effunditur nichil debet remanere

nec odor in visu nec sapor in desiderio nec color in signis. Deus
adiutor meus est in operibus bonis faciendis et malis fugiendis in eternum
i. in omni tempore vel spirituale. Eccli. xxxiiii adiutorium casus exaltans animam.
Verumtamen vani filii hominum mendaces filii hominum in stateris suis ut deci-
piant in vanitate in idipsum. Aug. l. postquam arguit persecutores de crudelitate
hic arguit de cupiditate. Et dicit verumtamen vani filii hominum. dicuntur enim homines
vani qui non ordinant opera sua ad finem debitum cuiusmodi sunt avari qui fi-
nem suum ponentes in divitiis. sunt mendaces dicit vana quia non ordinant ad
sanctitatem. mendaces filii hominum in stateris ut decipiant. Ipsi enim homines cupidi
in falsis ponderibus student alios decipere de vanitate in idipsum. Omnia
enim talia studia dicuntur vana vel vanitas quia sunt ad malum ordinata quia talia
acquisita in morte derelinquuntur. Vel hebre sic habetur mendaces filii hominum
in stateris ad ascendendum, vel ad ponendum in statera ipsi et vanitas simul
sunt eiusdem ponderis vel exeget. Lu. ba. quia tales nichil valent sicut et
ipsa vanitas. Cassio. sic hic ostendit quod homines vani huiusmodi peccata co-
mittunt. Et dicit deus adiutor meus est in eternum verumtamen vani sunt filii hominum
scilicet peccatores quia ordinant opera sua ad debitum finem sicut avari po-
nentes finem suum in divitiis. Vel sic vani sunt filii hominum quia nichil de
deo sentiunt. Sap. xiii vani sunt homines in quibus non subest scientia dei. Item
vani sunt quia vana diligunt. Ps. filii hominum usquequo etc. diligitis vanitatem.
Vani sunt quia vana loquuntur. Ps. vana locuti sunt unusquisque ad pro-
ximum suum etc. Vani sunt quia vana operantur. Ier. ii ambulaverunt post va-
nitatem et vani facti sunt. mendaces filii hominum in stateris suis ut decipi-
ant quia homines cupidi in falsis ponderibus student alios decipere quia in alia
statera ponderant cum emunt et in alia cum vendunt. Osee xii Chanaan
in manu eius statera dolosa. Sic in statera iudicii et discussionis septi-
rarum verum ponderant quod est contra alios sed parum quod est contra se. Prov.
xvi statera dolosa abhominabilis est apud deum. Ut decipiant in idipsum id est
coniungendi malicia vani sunt et ad invicem colligati sicut vulpes sampsonis
caudas habebant colligatas. Nolite sperare in iniquitate et rapinas
nolite concupiscere divitie si affluant nolite cor apponere. Aug. nolite
sperare in iniquitate per fraudulentiam et rapinas nolite concupiscere auferendo
aliena per violentiam. divitie si affluant nolite cor apponere ponendo
ibi finem ultimum quia ista deducunt ad perditionem interitum. Cassio. sic hic
monet ne homines sperent in peccatis et in divitiis. Et dicit nolite sperare in in-
iquitate vel in furto in usura in fraude vel in alia iniquitate quia speciale
in ypocrisi sermones per ypocrisim et simulationem aliquid acquirere. Abac. ii sed
in figmento sic suus. Eccli. xxx Spes divitis enim iniquitas est sicut macula
quia sibi aliter non acquirit vel servavit in thesaurum peccata. Spes enim est de futuris
bonis et ista terrena deficiunt in futuro sicut per se patet. Rapinas i. divitias
vel bona temporalia nolite iniuste vel violenter ab aliis rapere unio nec
in cordibus concupiscere. certe non tantum manu sed etiam animo consistit
rapina. Prov. xxiiii ne emuleris viros malos quia rapinas meditatur
mens eorum. divitie i. bona temporalia si per iustam acquisitionem vel ex aliquo
eventu affluant nolite cor apponere i. inordinate diligere vel temporaliter re-
cordare in spiritu spem ponere et de bonis presumere sicut glo. Tim. vi qui volunt
divites fieri incidunt in temptationem et in laqueum diaboli et in desideria etc.
Aug. sicut glo. non dicit nolite habere divitias sed nolite cor apponere. non enim
dampnat divitias unde inclinum celum sed dampnat cor appositum
quod scilicet non expendit sed recondit divitias et in eis spem ponit

et de quibus posuit unum qui sic cor apponunt de eis dicit apostolus prima thimo
vi qui volunt divites fieri etc. Semel locutus est deus duo haec audivi
quia potestas dei est et tibi domine misericordia quia tu reddes unicuique iuxta opera sua.
Glossa Ieronimi haec reddit causam predictorum que accipitur ex rigore divine iu-
sticie ad puniendum malos et dulcedine sue misericordie ad premiandum bonos
et dicit semel locutus est deus quia in deo est unicum verbum quo omnia exprimuntur
et dicuntur licet ad homines diversis revelationibus notificentur. Et subditur
duo haec audivi et que sunt illa subdit dicens quia potestas dei est ad puniendum
in rigore sue iusticie et tibi domine misericordia ad premiandum in dulcedine tue gra-
cie. Nec mirandum quia mutat modum loquendi de tercia persona ad secundam quia
talis mutacio frequenter fit in prophetis et maxime in libro psalmorum qui me-
trice scriptus est in hebreo. quia tu reddes unicuique iuxta opera sua sic iustus iu-
dex quod non permittit aliquod malum impunitum nec aliquod bonum irremuneratum.
Alia lectio sic: Postquam hortabatur ad sperandum in deo hic ostendit quod acquiescendum
est sue exhortacioni et dicit semel locutus est deus aperit se in persona ordinata
in unico verbo quod genuit per quod facta sunt omnia. Io primo In principio erat verbum.
Iob xxxiii Semel loquitur deus et secundo idipsum non repetit. duo haec audivi in
auditu interiori scilicet cordis intellexi duo que nobis opus est ut dicantur
multa etiam alia audivit sed non erat opus ea dici nobis. quasi diceret. michi re-
velata que sunt mihi revelata duo sunt que finaliter accipient boni et mali
quia potestas dei est ad puniendum in rigore iusticie sperantes in iniquitate
in divitiis et omnes omnino malos. Iob xxvi Potestas et terror apud eum
et tibi domine misericordia tu preste ad premiandum sperantes in te et omnes omnes
iustos. Eccli v. Misericordia et ira ab illo cito proximant. quia tu reddis unicui-
que iuxta opera sua bonis ex misericordia eterna premia malis ex iusta potencia
eterna supplicia. Ro ii Reddet unicuique secundum opera eius. **Oratio**
Subde tibi domine animas nostras qui tu es pacifica [illegible] ut venientes in
[illegible] divitiarum delectamenta te solum concupiscant omni vanitate mundi sep[illegible]

Deus deus meus ad te de luce vigilo. Ad Z. [illegible] lxii
Titulus in hebreo psalmus david cum esset in deserto iudee. Glossa post
obtentum quia david in principio sue persecucionis a saule fugit
ad regem moab ut habetur Primo Regum xxii et inde rediit ad terram
iuda ad urbem galaad prophete et habitavit in locis desertis quia in ci-
vitatibus non potuit habitare propter persecucionem saulis et oravit
ad deum ut haberet consolacionem et de hiis fecit hunc psalmum in quo primo gratias agit
de consolacionibus divinis secundo vaticinatur de eversione sui adversarii ibi ipsi
vero tercio letatur in laudibus contrariis ibi rex vero. primo dicit deus deus meus ad
te de luce vigilo quia summo mane ad divinas laudes consurgebat contra
consuetudinem qui usque ad alciorem diem volunt dormire. Alia lectio sic: In
isto psalmo tractatur de viatore qui in deserto huius mundi corporis multas
miserias et angustias sustinens aliquando ad desperationem periculi pervenit.
Titulus psalmus david cum esset in deserto ydumee. Primo Regum xxiii quia david
fugiens a facie saul habitavit in deserto ydumee id est in hoc mundo deserto
a deo et sanguinolento abhominacionibus peccatorum. Osee iiii Mendacium et ma-
ledictum furtum et homicidium et adulterium inundaverunt et sanguis san-
guinem tetigit. Glossa post est peregrinacio iusti in hac vita. Philippenses ii ut
sitis [illegible] in medio prave et perverse nacionis que habitat per ydumea
que interpretatur sanguinea et dividitur primo ostendit affectum quem habet perveniendi
ad deum. secundo servitutem quam habet per ipsum inter mala ibi sic in sancto ...
Primo dicit deus qui exhibuisti beneficium creacionis deus qui ondisti in
beneficium recreacionis meus qui promisisti in beneficium glorificacionis.

ad te quem venerer et adoro / de luce i in aurora vel summo mane
vel de luce vigilo i in toto tempore presentis vite in quo tanquam in die operan-
dum est / in alia autem vita cessandum est opere Jo ix me oportet operari d-
dies est venit nox in qua nemo potest operari Sitivit in te anima
mea quam multipliciter tibi caro mea Glo. Sitivit i te anima mea de-
siderans consolationem tuam in hoc deserto in temporalibus et spiritualibus et in ad-
de xpo quem david summe desiderabat xiii de suo semine secundum carnem nasci-
turum quem ad xpm david fuit facta repromissio vel sub quam multipli-
citer caro mea quia multi de david carnaliter descenderunt ut Ezechias Jos-
ias et daniel et multi alii sancti qui fuerunt de semine regio hec desidera-
verunt Luce x multi reges et prophete desideraverunt videre que vos videtis
Tale lo. sic hic ostendit magnitudinem sui desiderii scilicet mentis et corporis
Et dicit anima mea sitivit beatitudinem promissam i te i in tua visione
et corporis fruitione Vel sic Sitivit tendens in te anima mea quia de-
lectabile est anime sitienti et ardenti invenire fontem vivum offerentem
se ad potum Ysa lv omnes sitientes venite ad aquas / vel sitivit stolam
anime in te scilicet satietatis et plenitudinis / quam multipliciter i valde
multipliciter sitit i desiderat stolam corporis caro mea que multis affligitur
et multos defectus patitur / ideo hec sitit i desiderat istam carnem exui et ad
resurrectionis gloriam pervenire Aug. sitit anima ut deum videat caro quid
sitit nisi ut resurgat dicit Aug. sic anime mee promittitur beatitudo ita et
carni mee promittitur resurrectio et quia hec caro omnibus defectibus multiplicibus
omnibus defectibus postquam resurgat ad incorruptionem / modo enim ex suffo-
catione si non manducamus deficimus et dormimus si diu dormimus defi-
cimus ideo vigilamus / si non manducamus deficimus et esurimus si non
bibimus deficimus et sitimus si diu vigilamus deficimus et dormimus // si
diu manducamus et bibimus ipsa diuturna refectio defectio est et sic de aliis
et sic caro mea multipliciter sitit deum / qui eam a multiplicibus defectibus
quos secundum carnem patitur desiderat eripi et ad resurrectionis gloriam pervenire Aug.
si sitit anima ut deum videat etc. In terra deserta et in via inaquosa sic
in sancto apparui tibi ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam Glo. quia quando
david erat in deserto Judee ut dictum est / et in via inaquosa i carens vino
et aquis qualis est terra deserti / sic i sancto apparui tibi i sic in tali loco de-
serto sentio humilitatem et consolationem tuam ac si essem i loco sanctuarii tui ubi
fiebant divine revelationes eo quod ibi erat archa testamenti et cultus dei / ut vi-
derem tuam virtutem a persecutione Saulis me protegentem / et gloriam tuam que tibi
protectio fiebat ad dei gloriam / vel aliter ut viderem virtutem tuam i xpm de
me nasciturum qui est dei virtus Ad Cor. predicamus xpm dei virtutem et
gloriam tuam / gloria est clara notitia cum laude / quia autem ad notitiam perti-
net dei in filio apparuit et ideo dicitur dei gloria sic dei virtus Tale le. sic h-
ostendit desiderandi utilitatem Et dicit anima mea sitit ad deum quod est in terra
deserta i a sitis derelicta et contempta / vel in terra deserta i in hoc mundo se-
culari mandata dei Ier. iiii aspexi terram et ecce vacua erat / et in via i-
naquosa sine via ducente ad deum sed magis deviante Ysa xxxiii dissipate sunt
vie mandatorum cessavit transiens per semitam consiliorum / et inaquosa i sine
aqua gratie estum viciorum refrigerante Num xxi deest potus non sunt aque
Vel sic et in via inaquosa i in via hoc seculi carente aquis gratie dei
et amore ad proximos / sic i tali ego deserto i sterilis in bonis operibus
et carens aqua gratie apparui tibi cum magno desiderio et proposito Exo.
iii moyses apparuit domino in deserto et dixit ei / apparui tibi manifeste
ut viderem tandem aperte in specie que nunc est per speciem virtutem tuam et glo-

tuā .i. xp̄m qui est dei v̄tus et dei sapiā et p̄ quo glīa tua prov. x.
glīa patris filius sapiens / vel sic apparui tibi .i. desideriis meis variis
manifestaui tibi affectum et desideriu meu ut viderem .i. cognoscerem
v̄tutē tuā .i. potenciā seu iusticiā tuā et glām tuā .i. maiestatem tuā de
qua peccatores gaudebunt dat tibi glām et honorē / vel sic ut viderem
v̄tutē tuā qua moues omē malū / et gliam tuā qua cōferes omē
bonū / pā. lo. p̄mo videbimus eū sicuti est. Quoniā melior ē mīa tua
sup vitas labia mea laudabunt te / ad literam quoniam mē ē mīa t. sc vi-
vita enim nē vita grē et vita glīe dependet ex dei mīa tāquā ex
re meliore / nō subdit labia mea laudabūt te p̄ cōsolacōibus tuis in
exhibitis / alie lec. sic ut cōmendat maiestatem dei / et d̄r cōtraui in tra de-
serta ut cognoscerem v̄tutē tuā et glām tuā / quoniā melior ē mīa tua
sup vitas .i. tu ipse deus qui es mīa es melior quā vita nature
vita grē et vita glīe que sunt bone solū p̄ticipatiue / tu aut̄ es bonꝰ
essencia et sic melior quā ille que a te dependent / vel quoniā melior
ē mīa tua .i. effectꝰ mīe tue que sunt grā et glā sup vitas quātumcū
cōtinuitas p̄speras et longeuas / vel sup vitas cōiugatorum q̄ signantur
per faciē hois / eze. p. sup vita heremitarū q̄ signantur p̄ faciē leonis
cōstantis in deserto / sup vita prelatorum que signantur p̄ faciē bouis tra
bentis / sup vita claustraliū q̄ signantur p̄ faciē aquile sursum
volantis / eze. p. / ps. miseracōes eius sup oīa opa eius / Labia mea
laudabunt te ex corde honorē tuū opere faciendo / ps. dn̄e labia mea
apies et os meū annunciabit laudē tuā. Sic benedicā te i vita mea
et in noīe tuo leuabo manus meas / ad literam sic benedicā te i vita
presēti .i. in tota vita mea / et in noīe tuo .i. in v̄tute noīs tui leua-
bo manus meas in orōne / alie lec. sic ut p̄mittit laudis p̄missū
q̄ labia mea laudabunt te sic .i. corde et ore benedicā te p̄seuerant̄
q̄ in vita mea .i. quamdiu fuero / vel in tota vita mea / ut bñ lauda-
bit aīa mea usque ad mortē dn̄m / et leuabo manus meas s. ad a-
dorandum / in noīe tuo .i. ad honorē tuū vel in v̄tute potestatis tui / trenorum
iii leuemus corda nr̄a cū manibus ad deū / vn̄ fuī volt laudabo dn̄m
viuent̄ q̄ labiis / scilicet q̄ benedicā p̄seuerant̄ q̄ in vita mea
sapient̄ q̄ in noīe tuo / reuerent̄ quia leuabo manus meas ꝛc.
Sicut adipe et pinguedine repleatur aīa mea et labiis exulta-
cōnis laudabit os meū / ad literam sic adipe ꝛc .i. sic corpus refectum
pinguibus sic aīa mea tuis illuminacōibus et cōsolacōibus / et labiis
exultacōnis laudabit os meū q̄ de tantis beneficiis nō ero ingratus
alie lec. sic ut petit feruoris augmentū ad laudandū deū / et d̄r peto
dn̄e ut aīa mea repleatur delectacōe seu dilacōne spūali sic intestina
replentur adipe et repleatur dulcedine et fortitudine spūali ad bene
operandū vtiliter sic caro repletur pinguedine ut sic adeps et pingue-
do placeat t̄ in oblacōibus veteris legis ita placeat t̄ opus bonū de-
lectabile et vtile a me factum / leuit. iii adipe vituli qui operit vi-
scera et pinguedinem adolebit dn̄o / 2 cor. ix hilarem datorē diligit
deus / et labiis exultacōnis .i. magnitudine affectus timoris et discrecōnis
vel exultacōnis os meū laudabit te vota mea reddendo q̄ affectu timoris
abac. iii a voce cōtremuerunt labia mea / de discrecōne / ps. reddam tibi
vota mea q̄ distinxerunt labia mea / alia sunt labia fictoris / ysa. xxix
hic p̄pls labiis honorat me cor aut̄ eorum ꝛc / alia labia exultacōnis
ps. exultabunt labia mea cū cantauero tibi. Si memor fui tui

super stratum meum in matutinis meditabor in te quia fuisti adiutor m[eus]
Glossa l. sic meditationi fui tui super strata mea cogitans de tua bonitate non so-
lum de die sed etiam de nocte. Alia lectura sic exprimit omnem servitutem quam spera-
vit in adiutorium in primo et dicit sic et os meum labiis exultationis laudabit te
sic memor fui tui cogitando de tua potentia sapientia et bonitate et de beneficiis
mihi exhibitis petens veniam quia peccavi et offensa deflendo. super stratum
meum id est consistens in mea prosperitate quam solent homines aliorum oblivisci.
Gen. xl succedentibus prosperis pincerna oblitus est interpretis sui. Manasses
enim fuit sic effraim id est oblivio cum [illegible] vel sic memor fui tui super stra-
tum meum id est in cubilia mea quiescens a cogitationibus nocivis et vanis
Ysa. xxviii coangustatum stratum ita ut alter de corpore decidat scilicet vel de
vel [illegible] in matutinis quando surgendum est ad opus. meditabor in te
quasi dicat sive sim in quiete sive in opere semper habeo te deum meum in memoria quia
fuisti adiutor meus per gratiam preveniente et es adiutor per gratiam co-
operantem et ero adiutor per gratiam consummantem. Ergo in matutinis sur-
gere tam negligentes meditabor in te contra vana et noxia cogitationes
fuisti adiutor meus contra de se presumentes. Et in velamento ala-
rum tuarum exultabo adhesit anima mea post te me suscepit dextera tua De
legem Et in velamento id est de tua protectione gaudebo adhesit anima mea p[ost]
te fervente dilectione me suscepit dextera tua in sua protectione et consolatione.
Alia lectura sic exprimit fidelis ostendit suum gaudium in protectione dei et dicit medi-
tabor de te quia fuisti adiutor meus et ideo in velamento alarum tuarum ex-
ultabo id est gaudebo de protectione tua. vel in velamento alarum tuarum exultabo
id est in protectione potentie et clementie tue. vel in velamento alarum tuarum exultabo
id est gaudebo in cruce domini mei ihesu christi in quo eius brachia tamquam ale
fuerunt extensa. sub quibus tota recipitur ecclesia. Deut. xxxii expandit alas
suas et assumpsit eos atque portavit in humeris suis. anima mea adhesit
fortiter vel firmiter et inseparabiliter per amorem et imitationem post te ut sequar
te id est voluntatem tuam. prima Cor. vi qui adheret deo unus spiritus est cum eo.
me sic adherentem suscepit dextera tua id est potentia tua ad protegendum
contra mala ad conducendum per hanc vitam ad patriam securam et perpetuam.
Ps. Suscipiet in pace animam meam ab his qui appropinquant. Ipsi vero
in vanum quesierunt animam meam introibunt in inferiora terre tradentur in
manus gladii partes vulpium erunt. Ad l. sic prestat de certitudine suis adver-
sariis Ipsi vero saul et complices eius in vanum quesierunt animam meam quia
frustrati sunt sua intentione quia querebant david occidere. introibunt
in inferiora terre quia aliquando querebant david in cavernis terre et speluncis
vel in inferiora id est in gehennam que est inferior terre. tradentur in manus
gladii quia gladio ceciderunt in morte partes vulpium erunt. cadavera eo-
rum remanserunt super terram ita quod vulpes et alie fere potuerunt devorare.
Alia lectura sic exprimit potentiam magnitudinem malorum et persecutorum contra vitam bono-
rum et dicit dextera tua suscepit animam meam Ipsi vero inimici persecutores
mei visibiles et invisibiles. in vanum id est frustra quesierunt id est laboraverunt
auferre animam meam sed non sunt consecuti suam intentionem. Prov. primo frustra
iacitur rethe ante oculos pennatorum. quia tu suscepisti me. introibunt in
inferiora terre id est in infernum. Glossa quia infimus est in terra. Ezech. xxxi omnes
traditi sunt in mortem ad terram ultimam. tradentur in manus gladii id est
sententie divini iudicii. Iob xix fugite a facie gladii quoniam ultor iniquitatum
est gladius. partes id est bona temporalia seu divitie eorum erunt vulpium id est raptorum
a dolosis et astutis quasi dicat res tiranorum dividuntur in morte ita quod corpora
datur vermibus. anima traditur demonibus et res rapiuntur ab amicis suis a

abijs ypocritis aut raptoribus. Vel sic invaserunt que sicut aliquis qui tu suscepisti eas nitroibus affectu vehementi in insidijs terre et usque ad infima
terrena sicut talpa que fodit in terra. [Pro consuetudine est in terra venire] Uel
Sic iudas per cupiditatem tradidit xpm Sic iudei timentes ne amitterent locum occiderent xpm. et per hoc tradentur in manus gladij id est in
potestatem persecutoris scilicet iudei manus titi et vespesiani et cupidi per
aggregata omnes occiduntur. Rex vero letabitur in deo laudabuntur omnes qui
iurant in eo quia obstructum est os loquentium iniqua. [Glo.] id est sic letatur de consolationibus conditoris deo. Rex vero letabitur in deo et loquitur de se sicut de alio
potuit se regem dicere quia iam inunctus fuerat per samuelem tunc quia erat christus
divina revelatione qui debuit regnare post saulem. laudabuntur omnes qui
iurant in eo. iuramentum enim debite factum est actus virtutis [Deut. x.] per nomen
illius iurabis quia obstructum est os loquentium iniqua scilicet doech et aliorum detractorum saule contra david mendaciter predicantium quorum os fuit obstructum quando cecidit in monte gelboe. et loquitur david de futuro per modum preteriti
pro certitudine prophetie [Alia lectio sic] hic ostenditur exaltatio bonorum in xpo
capite et in suo corpore. Et dicit inimici tradentur in manus gladij [Rex vero id est xpc]
de quo [Jere. xxiii] Regnabit rex et sapiens erit. vel quilibet iustus qui scit
se regere in presenti et regnabit in futuro [Mat. xxv] venite benedicti patris mei
percipite regnum. letabitur in deo patre suo [ysa. xxxv] leticia sempiterna super
capita eorum. laudabuntur id est in fine laudabiles apparebunt quamvis ab impijs
vituperentur. omnes qui iurant in eo id est qui firmiter statuerunt servare mandata eius [Ps.] sicut iuravi et statui custodire iudicia iusticie tue. Sed
contra [Mat. v.] dicitur ego autem dico vobis non iurare omnino [Respondeo] quod hic non prohibet
iuramentum sed innuit non iurare nisi in quo iuramentum est. eciam et mala
iuramentum omnino id est quod fit sine causa. quia obstructum est id est obstruetur ut ita
amplius non obloquatur os loquentium iniqua sicut iudeorum paganorum hereticorum et tyrannorum. [Ps.] omnis iniquitas oppilabit os suum [I Reg. ii] impij in tenebris conticescent. Oratio Ad te deus de luce vigilantibus lumine largire perpetuum auctor
lucis eterne deus ut te labia mea laudent te vita benedicat meditatio
mea te in matutino tempore glorificet. David deo pariter sustinente et adiuvante.

Exaudi deus orationem meam cum deprecor a timore inimici eripe animam
meam [Glo.] id est titulus in hebreo ad victoriam psalmus david. [Ra.] dicit quod david in persona danielis qui fuit ex david semine et
fuit proiectus in lacum leonum fecit hunc psalmum [Et dividitur] psalmus iste
divisus in tres partes scilicet describit malum adversariorum ibi exacuerunt
primo dicit [Exaudi deus] orationem meam cum deprecor id est de fovea periculi. taliter
enim daniel orabat dicens eripe animam meam a timore inimici eripe animam
meam id est a timore leonum quibus datus sum ad devorandum et sic factum est quia misit
dominus angelum suum et conclusit ora leonum [ut habetur Dan. vi] et sic sine timore
potuit cum eis esse et ipse sic singulariter per plures cum dicit. [Sic] id est inimicorum
sic dicit [Exo. viii] venit musca id est multitudo muscarum [Alia lectio sic] In presenti ps. instruit viatorem per desertum ydumee id est per mundum incedentem qualiter debet conversari. hic instruit contra varia sustinere deo quod refert
eos a malis. proponens in exemplum passionem xpi [Titulus In finem psalmus david]
id est psalmus iste dirigens nos in finem scilicet xpm est david id est verum fatentis auctoris sed spiritualiter xpi ut loquentis et se in exemplum proponentis [Vel post a populo]
a iudeis xpo illata. et a xpo paciente tolerata [Intencio est movere nos]
ad imitandum xpm [Et dividitur] primo dicit xpc orat in agonia passionis positus
docens nos in tribulationibus orare secundo invidet adversarios docens nos
per hoc de adversis non curare ibi sagitte parvulorum [Primo dicit Exaudi deus.]

lxiii

orationem meam ad te dirigam, sic deprecor, id est de toto corde precor non differas
exaudire. Alia littera habet cum timore, et tunc est oppositum oratio et timor exau-
ditio. Osee vi: In tribulatione sua mane consurget ad me. A timore inimi-
ci eripe animam meam, id est ut non timeam inimicum mortem minantem et inferen-
tem, sed tantum ut timeam te qui potes occidere corpus et animam mittere in ge-
hennam. Mat. x: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occide-
Protexisti me a conventu malignantium, a multitudine operantium iniquitatem.
Id est protexisti me a quibus mala, id est machinantium malum in corde et etiam in
opere, propter quod subdit a multitudine operantium iniquitatem. Alia littera sic habet: res-
pondit se exauditum in sua oratione, et dicit deprecatus sum ut eriperes me a
timore inimici, et modo protexisti me cito liberando et servando a timore inimici
a conventu, id est a congregatione et conspiratione in malicia, malignantium, id est
mala in cordibus cogitantium, scilicet mortem perpetuam michi inferre intendentium,
famam meam delere et fidem meam de terra auferre, quod tamen minime facere potu-
erunt, nam tertio surrexi a morte, et fama mea est divulgata et fides
per universum mundum dilatata. A multitudine operantium, id est a multis visibilibus et in-
visibilibus operantibus iniquitatem contra me et contra alios fideles. Et isti pro-
fecto [?] demones qui fabricant mala contra homines. Eccl. xi: Attende tibi a pe-
stifero, fabricat enim omnia mala ponderanda in malis [illegible] ardenter
quia malignantur, unanimiter quia conveniunt, potenter quia multi sunt, efficaciter
quia operantur iniquitatem. Quia exacuerunt ut gladium linguas suas, inten-
derunt arcum rem amaram ut sagittent in occultis immaculatum. Ad litteram
hic describitur malicia adversariorum Danielis. Et dicit exacuerunt ut gladium
linguas suas tractando de morte morientis [?], intenderunt arcum rem amaram.
In [?] ... verba amara, arcus enim ferit a longe, et isti similiter pro-
fuerunt a longe verba per que finaliter deprimeretur [?] ut per videbatur. Alia littera
sic habet: describitur adversarium malignitatis et occulta et aptam machinationem.
Et dicit protexisti me a multitudine operantium iniquitatem quia exacuerunt linguas
suas tractando de morte mea, aliqui per adulationem consentientes decipere et
in mortem tradere, aliqui falsum contra me dicentes testimonium. Mat. xxvi: Novissime
venerunt duo falsi testes; et aliqui dicentes me seductorem populi. Mat. xxvii:
memores sumus quia seductor ille dixit; aliqui confidentes me per illusionem. Mat.
xxvii: Prophetiza quis est qui te percussit; aliqui blasphemantes ut a prepositore [?]
transeuntes [?]. Mat. xxvii: Si filius dei est descendat de cruce. Ut gladium a-
cutum, id est cum quibus linguis tamquam cum gladio acuto me occiderunt, cito di-
posuerunt et occiderunt quamvis non manu propria. Unde propter hoc merito dicit propri-
[illegible] crucifixum hora tertia. Intenderunt arcum, id est machinationem occultam sive insidias
occultas tam sermonibus meis quam factis insidiantes et occasiones contra me que-
rentes. Ier. ix: Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii. Rem amaram,
id est tales insidie eorum induxerunt michi amaram passionem. Ier. ii: Quo gustu [?] ...
michi in amaritudinem vitis aliene. Ut sagittent, id est accusarent, in occultis, id est
fle [?] immaculatum, id est Christum qui est agnus sine macula figuratus per agnum Ex.
xii. Ier. ix: Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est. Subito
sagittabunt eum et non timebunt, firmaverunt sibi sermonem nequam. Ad
litteram hoc enim videbatur scilicet finaliter Christum occidere ex impulso et non ti-
mebunt quia non timebant dei vindictam super se venturam. Firmaverunt sibi
sermonem nequam quia erant in sua malicia obstinati. Alia littera sic habet:
quo machinationes et insidias executi sunt. Et dicit intenderunt arcum, et subi-
to sagittabunt eum accusationibus, id est accusabunt eum scilicet Christum quasi impulsi [?]
tamquam nesciat videre. Thren. iii: Posuit me tamquam signum ad sagittam.
Et non timebunt deum. Ps.: Non est timor dei ante oculos eorum. Firmaverunt
sibi tamquam obstinati in malicia sermonem nequam, id est iniquum et falsum.

dicentes mat xxvii si non esset hic malefactor et commovit populum incipiens
a galilea usque huc ideo crucifige crucifige eum. et ut prov xxvi dicitur quando
submiserit vocem suam ne credas ei septem nequitie sunt in corde eius
sic confirmate. non enim valet eius machinata mortem a qua prima illis
exhibita invidia excusatus a iudice fuerat. Narraverunt ut absconderent
laqueos dixerunt quis videbit eos ad laqueos ut abscondant laqueos vel modos ma-
liciosos ut caperent danielem. dixerunt quis videbit eos quod nullus videbit
intuitum meum donec convertimur consilium. Tale littera sic hic ondit quod fraudu-
lentes agebant quod confinxerunt sermonem suum et narraverunt vel inter se con-
tulerunt et disposuerunt ut absconderent laqueos vel deceptiones vel modos dolosos
decipiendi ut caperent eum. ps. v. In via sunt in populo meo impii ut abscon-
derent laqueos et proditiones ad capiendos. dixerunt in cordibus suis vel mu-
tuo inter se. quis videbit eos scilicet laqueos vel quis cognoscet vel intelliget
machinationes dolosas excogitatas et annisatas seu deceptas. quod dicit nullus sicut fuit
a proprio discipulo traditus a iudice condempnatus a gentibus crucifixus. ps. non
videbit dominus nec intelliget deus iacob. ut ysa xxix ve qui profundi
estis corde ut abscondatis a domino consilium. Scrutati sunt iniquitates defece-
runt scrutantes scrutinio. ad e. hic describitur malum pene eorum cum dicitur scru-
tati sunt iniquitates quia cum magis diligentia quesierunt vias iniquas ad inter-
ficiendum danielem defecerunt scrutantes scrutinio vel defecerunt ab intento quia
finaliter daniel fuit liberatus et ipsi fuerunt devorati a leonibus. Tale littera sic
hic ondit quod machinati sunt per alios scilicet per testes falsos et dicit scrutati
sunt a falsis testibus inquitates et ipsi ipse excogitabat sic inquitates
ad condempnandum christum. vel sic cum magis diligentius quesierunt vias iniquas
ad occidendum christum. Rom. io prov xxiii ne insidieris et ne queras impietatem
iusti. et ne vastes requiem eius. sed defecerunt vel nichil mali in eo invene-
runt. scrutantes scrutinio alias scrutina vel sanctores secognitos et mentes in-
quisitores ysa xlvii defecisti in multitudine consiliorum tuorum. Accedet homo ad
cor altum et exaltabitur deus. ad hebreos. accedet homo ad cor altum in hebreo habetur
ad cor profundum. secundum illum modum loquendi. io iiii puteus altus est vel profundus.
Iste homo fuit darius rex qui diligenter considerans profunditatem divine sapientie
et iustitie in mirabili salvatione danielis a leonibus in lacu leonum et emulorum
mox devoratione et exaltabitur deus quia tunc darius scripsit universis populis
regni sui ut omnes timerent deum danielis. Tale littera sic hic ondit humili-
tatem magnam christi in eius passione et dicit homo christus ihesus. accedet ad cor al-
tum vel ex profunda humilitate cordis accedet voluntarie non coactus ad passi-
onem suam vel humiliavit se factus obediens usque ad mortem crucis secundum humilitatem
io x potestatem habeo ponendi animam meam et iterum sumendi eam. et exaltabitur
deus vel ondet virtutem sue divinitatis in sua resurrectione ascensione et ad dexteram pre-
sessione. et sic ondit se esse verum deum et hominem. ysa lii ecce puer meus
exaltabitur et sublimis erit valde. Aliter potest sic legi homo fidelis veniens
vere accedet ad cor altum vel ad imprendum alta de deo. vel cor altum
habebit super. et exaltabitur deus non in se sed in corde hominis modeste et ra-
tionabiliter inquirentis. eccle xliii exaltantes eum replebimini. Sagitte par-
vulorum facte sunt plage eorum et infirmate sunt contra eos lingue eorum. ad
litteram sagitte parvuli facte sunt plage eorum. quia proprie verba que protulerunt ad mortem da-
nielis querendam mortui fuerunt. ut ex dictis et notitie dicit homo parvuli
omnibus essent principes et magistri. tunc quia ex invidia contra danielem fuerunt
moti ut dictum est. Invidia vero est tristitia de bono alterius inquantum
estimatur proprii boni diminutivum ut dicit philosophus. ro rethorice et io non invidet
alteri nisi inquantum per ipsum reputat se diminutum et per quos parvulum.

Et sic accidit invidia. Ab illo vero loco incipiunt et exaltabitur deus
litera hebraica est sic et sagittabit eos dominus sagitta subita facte sunt ictus
eorum sermo dilatauerunt lingue eorum. Textus vero sic est sagittabit eos ex
deus iaculo repentino inferentur plage eorum et corruerunt in semetipsos linguis
suis. Et patet quod eadem est sententia in hebreo et in textu nostro et expositio de iaculo seu
sagitta diuine iusticie quia percussi fuerunt aduersarii danielis subito quia cum ce-
derent cum innocentem a leonibus deuoratum eductus fuit viuus et sanus et ipsi
fuerunt proiecti leonibus et in momento deuorati. Alia litera sic habet per modum
derisionis ostendit quod aduersarii xpi fuerunt frustrati in opere et in sermone.
Et dicit plage eorum quas xpo intulerunt facte sunt sagitte paruulorum i. facte
sunt tanquam a sagittis paruulorum puerorum q. d. non curauit xc de plagis eorum
plus quam de sagittis paruulorum quia non vulnerauerunt nisi xpi humanitatem que est
quasi vestis diuinitatis. Iob v paruulum occidit superbia. Et lingue eorum i. sermones
eorum infirmate sunt i. cassi sunt contra eos in eorum malum. Unde sciretur per totum
mundum quod ipsi corrumpebant custodes et suggesserunt eis quod dicerent nobis
dormientibus sublatum est corpus eius de sepulcro quod nunc verum. Conturbati
sunt omnes qui videbant eos et timuit omnis homo. Ad literam hic ostendit
quod omnes videntes consolatorem danielis immobilem et punitionem aduersariorum
eius terribilem fuerunt mirati et timuerunt deum danielis. Et hoc est quod dicit
conturbati sunt omnes non turbatione doloris sed admirationis et timuit omnis
homo deum danielis. Alia litera sic habet ponit quorundam admirationem et dicit quod
lingue eorum et sermones infirmati sunt et facti sunt contra eos i. in confusionem
eorum et omnes videntes eos confusos conturbati sunt i. mirabantur et quidam
compatiebantur alii ad penitentiam conuertebantur. Seneca bonum est fugiendum
aspicere in alieno malo. Et timuit omnis homo cum consideraret de xpi resurrectione
et iudeorum confusione timuit deum timore bono quia timor domini est initium sapientie
unde dicitur actus iii. His auditis compuncti sunt corde et dixerunt ad apostolos quid
faciemus viri fratres. Annunciauerunt opera dei et facta eius intellexerunt. Ad
literam quod istud factum fuit publicatum ad laudem dei per totum regnum ut pre-
dictum est. Et facta eius intellexerunt i. intra se legendo meditati sunt adui-
tentes quod hoc non poterat contingere nisi diuina virtute. Alia litera sic habet ostendit
promulgationem operum dei. Et dicit omnes qui videbant inimicos xpi sic confu-
sos turbati sunt. Et annunciauerunt opera dei que viderunt et audierunt sicut
miracula tempore passionis xpi et resurrectionis et aliis predicando actus iiii non
possumus que vidimus et audiuimus non loqui. Et facta eius i. xpi que fecerat
et sermones quos loquebatur ad eos ante passionem. Tunc post eius resurrectionem
et maxime post aduentum spiritus sancti perfecte intellexerunt misteria quae ante hoc non intel-
lexerant. Luce xxiiii Impleuit eos spiritu sapientie et intellectus. Letabitur iustus
in domino et sperabit in eo et laudabuntur omnes recti corde. Ad literam letabitur
iustus i. daniel i. domino quia letitia eius fuit debite ordinata et sperauit
in eo de futura vita obtinenda. Et laudabuntur omnes recti corde exemplo dani-
elis qui saluatus est propter suam rectitudinem. Cassiodorus iste psalmus potest exponi de
quolibet iusto qui ab iniquis usque ad mortem calumpnias sustinere quem tamen
propter suam iusticiam subito diuinitus liberatur et eius aduersarii condempnantur. Alia
litera sic habet post credentium exultationem et dicit iustus audiens annunciari
opera dei letabitur in principio letitia cordis in domino i. de potentia quam ostendit
et consolatione quam hominibus dedit. Et sperabit in eo quia videns omnia esse
impleta que xpus predixit firmabitur in fide et exultabit in spe. Ro. xii
spe gaudentes. Et laudabuntur adepta gloria omnes recti corde i. qui per
amorem tendunt in deum et qui omnia que faciunt recta intentione
ordinant in deum. Apostolus Omnia quecumque facitis ad laudem dei faciatis

Oracio Tutela omnium in te credencium deus custodi ecclesiam a quentu
malignancium qui eam de occultis iaculis impugnare nituntur ut te sa-
lubri recto qui retinemus intellectu custodiam nostris pectoribus colloremus

Te decet ympnus deus in sion et tibi reddetur votum in ierusalem lxiiij
Ad lucam Titulus in hebreo ad victoriam psalmus david cantici In
translacione Jeronimi victori psalmus david cantici et patet expo. et iste psalmus loquitur
de reditu captiuitatis babilonie quam predixerant Jeremias Eze-
chiel et aggeus prophetatum huius qui redierant de captiuitate
pro templi reedificacione que david preuidit in spiritu Et de hoc scribitur
huic psalmus Et diuiditur primo agitur de captiuitatis reditus babilonie 2o de statu
fertilitatis ibi visitasti terram primo dicit te decet deus ympnus in sion hic
dicebant redeuntes de captiuitate eo quod deus locum illum elegerat ad cultum
suum ut habetur 2 paralipomenon vi In hebreo habetur tibi silencium laudis deus in
sion Et in translacione Jeronimi tibi silet laus deus in sion, nec est contrarium translacio
nem quia hic dicitur pro eo quod diuina laus quantumcumque fiat ab homine deficit in
infinitum a diuina magnitudine collaudata / et tibi reddetur votum in ierusalem
quia ibi adimplebant ea que deo per votum obligabant Aliter legitur sic In
precenti psalmo monuit viatorem ad paciam exemplo christi de quo predi-
dem est hic ponit efficatem consolacionem viatorum premittens reditum de mi-
seria ad gloriam quod fuit figuratum de reditu filiorum israel de captiuitate
babilonica ad propria sicut scilicet ierusalem Titulus In fine psalmus david cantici
Jeremie et aggei al ezechiel de verbo peregrinacionis vel de populo transmi-
gracionis cum inciperet proficisci / et tangit in hoc titulo captiuitatem iude-
orum in babilonia a nabuchonodozor factam et reuersionem post lxx annos
in ierusalem sicut predixit Jeremias / Ezechiel cum eis fuit captiuatus et aggeus
cum eis rediit que omnia habentur iiij Regum vltimo Aggeus autem meditatur hic de
quasi spirituali anime ad deum que est figurata per illam Et tunc est sensus
tituli psalmus a david factus dirigens nos in fine id est in vita eterna ad quam
festinamus est canticum id est leticia et exultacio habita de verbo peregrinacionis id est de
peregrinacione huiusmodi qua sumus in hoc exilio per verbum diuinum in obedienciam
suggerente peruentura in brevi tamen terminata / vel canticum de populo transmigra-
cionis redeuntis ad deum a quo transmigrauit quia canticum est / Jeremie et aggei
et ezechielis qui scribentes de hac reuersione scripserunt in hoc de spirituali,
cum inciperent proficisci de babilonia id est de confusione huius miserie siue
culpe in ierusalem bone visionis Ad psalmus est iocundus reditus de confusione huius
miserie ad propriam claritatem eterne Intencio est nos consolari in hoc exi-
lio per spem glorie filiorum dei Et diuiditur primo agitur de reditu predicacionis primo
2o de laudibus et virtute dei reducentis ibi exaudi primo dicit anima penita-
trix rediens de babilonia id est de confusione peccati et suspirans ad supernam
ierusalem dicit te decet id est ad te pertinet deus ympnus id est laus et gloria Jeremie
viij marginibus iiij In ympnis et confessionibus benedicebant deum / in sion id est
in patria celesti que est quasi specula in excelso ysaia xxxv venient in sion
cum laude et leticia sempiterna super caput eorum / vel in sion id est in ecclesia mi-
litante de qua gloriam dei a longe speculamur Ad Corinthios iiij Nos reuela-
ta facie gloriam dei speculantes vnde sion dicitur quasi specula / et tibi reddetur
votum id est perfecta dilectio et laus cordis et corporis pro nostris glorificacione
in ierusalem id est in celesti patria vbi est visio pacis eterne ysaia xxx vota
vouete deo et soluite Moraliter potest sic exponi te decet deus sion
id est in specula speculacionis ympnus non vetulacio tamen non allegacio de ci
non edificacio pullacionum / et tibi reddetur votum continencie obediencie
et paupertatis in ierusalem id est in contemplacione sancte religionis et

Exaudi deus orōm meā ad te omnis caro veniet. Ad l. Exaudi deus
orōnem meā vox ē ppli redeuntis et reedificatoꝝ templi postulantis ad
te ois caro veniet i. de oi natione venient ad adorandū te qn templū
fuit reedificatū. Vn̄ eunuchus candacis regine a longinquis ptibus venit
adorare deū in ierlm̄ i illo templo reedificato. Act viii. Alr lr sic xps
capta hierusalem hic petit se exaudiri. Et dr vt te possit laudare
in celesti ierlm̄ ergo exaudi deus orōnem meā quia oro ad te clamans ut po-
ssim facere meā ad dnm̄ meū rogare et deprecare. Qr ois caro i. ois hu-
manitas [illegible] ad te veniet et coram tuo iudicio stabit. Rom xiv. Oes nos oportet
manifestari ante tribunal xpi etc. Et hic post orōnem de rx qr resurgemus
in corpore et aīa. Verba iniquorum praevaluerunt super nos et impietatibus
nris tu ppitiaberis. Ad l. vba mītorꝝ i. fnt babiloniorum eo modo quo
dr Re iiii qd ē ibidē qd fuit est praevaluerunt super nos ppt pctā nra
nos captiuando et templū destruendo. Et impietatibus nris tu ppitiaberis ad terrā
nram nos reducendo et templū nrm̄ reedificando. Alr lr sic hic per con-
fessio ppe iniqtatis cū fiducia impetrandi. Et dr Exaudi deus orōnem
meā qr verba iniquorū i. dyabli suggerentib cue suadentib / ade ex[illegible]
culpa mordendo / praevaluerunt super nos peccis opprimendo / originali pctō
inficiendo / ad venialia trahendo / ad mortalia incitando / a gl'ia eterna
excludendo. Re xxxviii. Seduxerunt te et praevaluerunt aduersum te. Et impietatibus
nris tu ppitiaberis i. iniqtatibus omnibus ppitius eris q.d. Sic mouet me
ad rogandū tua pietas que pmpta ē ad ignoscendū. Jo ii.
Ipse ē ppitiatio pro peccatis nris. Beatus quem elegisti et assumpsisti inha-
bitabit in atriis tuis. Ad l. Beatus quē elegi ē assūsi ad seruiendū tibi
i sacro cultu tuo inhabitabit in atriis tuis. Atria erat loca circa templū
ubi fiebant sacrificia et oroes et legis lectoes. Alr lr sic hic post orōnem [illegible]
petendi pro venia in syon. Et dr Beatus modo in spe tandē in re quē elegisti
de toto genere humano et assumpsisti i sorte tua vel ad tua gratiam et dilec-
Ephs p̄o Elegit nos ante mūdi constitutionem ut essemus sci et inmaculati i [illegible]
inhabitabit [illegible] / in atriis tuis ubi ē beatorum [illegible]
[illegible] in domo tua dne. Replebimur i bonis domus tu-
ae s. ē templū tuū mirabile in equitate. Ad l. qr sacerdotes et ministri viue-
bant de bonis oblatis i domo dei de hostiis etiā pacificis offerentes [illegible]
[illegible] quia tota deo cedebant comedebant / sanctum ē templū tuū i.
tuo nōi dedicatū mirabile in equitate / in hoc enim casus difficiles et dubii
referebantur ad sacerdotes / levitici generis. Deut xvii ut determinaret quod esset
iustū et iniustū et causa firma et stabilis sunt coram. Alr lr sic hic [illegible]
plenitudinem bonorū i regno celo glorie. Et dr dne deus replebimur i bonis do-
mus tue. i. i domo tua scz celesti ierlm̄ / satiabimur de bonis tuis qr intellectus
satiabitur plena cognitione veritatis et visione deitatis et affectus satiabitur / ardentis-
sima dei dilectione primo et omnes sensus corporis replebuntur bonis sui fasti-
dio. Ps Qui replet i bonis desideriū tuū. Sap viii Intrans i domū meā
conquiescam cū illa. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius nec tedium conuictus
eius sed gaudium et letitiam. Sanctum ē templū tuū i. mirabilis est habitatio tua i glo-
ria scis contemplantibus qr nichil inquinatum intrabit in eam. Apoc xxi. Vel sic
templū tuū i. quilibet electus qui est templū dei ē sanctum. pra Cor iii templū dei
sanctum ē quod estis vos. mirabile in equitate qr i ipsa domo sua ē mirabilis
equitas primorum iuxta merita [illegible] status mansiones et [illegible] et ita qr
mirabiliter distribuit gl'ia [illegible] in parte dignitatem. Rom xiii ex-
[illegible]. Vel sic templū i. quilibet electus ē mirabile in equitate s. quia
ad pximū qr quilibet complacebit sibi i bono alterius siue maiori siue minori

secundum quod meruit Exaudi nos deus salutaris noster spes omnium
finium terre et in mari longe Ad literam exaudi nos deus in edificatione
templi et ciuitatis spes omnium finium terre .i. tu qui es spes omnium habitanti
um in mari et in terra constitutorum longe quia nullum bonum preter hec non a se
Aliter legitur sic hic exponitur orationem quemadmodum reduceret ad primam Et dicit deus
salutaris noster a quo salutem expectamus Phil iii salvatorem expectamus
dominum nostrum ihesum christum qui reformabit etc. spes omnium finium terre .i. omnium ho
minum habitantium in cunctis partibus terre et in mari longe .i. hominum existentium
remote in mari et in insulis maris Ephes ii veniens euangelizavit
pacem vobis qui longe fuistis et pacem hiis qui prope Ps Beati in eo omnes
congregandi prope vel spes omnium finium terre .i. omnium relinquentium amore
terrenorum exaudi nos ut habitemus in domo tua celesti .i. nam vnus
deus est spes illorum qui sunt ad terminos quasi peccatorum etiam est spes si volue
rint et terra est spes omnium in se sperantium Preparans montes in virtute tua
accinctus potentia qui conturbas profundum maris sonum fluctuum eius Ad
literam hic allegat deum ad potentiam ex parte diuine potestatis ut dicit preparans
montes .i. qui facis et sustentas montes pro tua voluntate qui conturbas
profundum maris commoues tempestates sic tibi placet Aliter legitur sic hic
ostendit per quem modum possimus cognoscere quod ipse est spes omnium quia per
miraculosas predicatorum operationem et doctrine fundamenta Et dicit sic iste
te spes omnium finium terre accinctus potentia .i. sustentatus in dilectione per
potentiam diuinam qui est virtus [illegible] preparans .i. preparasti seu aptasti
montes .i. apostolos tuos et predicatores tamquam rex exercitus sui in virtu
te sua .i. per virtutem spiritus sancti a te desuper eis infusam Luce vlti Sedete
in ciuitate donec induamini virtute ex alto Et hic est argumentum quia christus
non [illegible] ego dat gratias et virtutes sed [illegible] deus qui conturbas
.i. commoues in admiratione vel ad penitentiam profundum maris .i. gentiles
et infideles qui sunt in profundo maris .i. in mundi conuersatione seu vite
que est amara Ysa lvii impii sic mare feruens quod quiescere non pot
est conturbas sonum fluctuum eius .i. contradictiones superborum et rebellium
sonantium et loquentium contra fidem christi veritatem Iob xxxviii usque huc uenies
[illegible] es profundum maris .i. cor peccatorum ad conuertendum [illegible] bona [illegible]
vel sic Ad literam conturbas profundum maris .i. infideles qui ad predicationem
et preceptum tuum [illegible] videbant deos suos ruere et perire Turbabuntur
gentes et timebunt qui habitant terminos a signis tuis exitus matu
tini et vespere delectabis Ad literam et quia ex predictis homines terrentur ideo
subditur turbabuntur gentes et timebunt qui habitant terminos tamquam terre a signis tuis
.i. a miraculis que facis in terra et in mari ab extremis finibus etc.
tu qui es tante potentie potes nos exaudire in templi et ciuitatis
reedificatione ideo subditur exitus matutini et vespere delectabis .i. oblationes
sacrificiorum matutini delectabiles ~~factas~~ fidelibus tibi devotis et hoc
potissime fuit templo reedificato quia a primo reditu in unum edifi
cauerunt altare et obtulerunt super id holocaustum domino mane et vespere
i Esdre iii Aliter legitur sic hic potest exponi de predicte methaphore qui
tu ad turbationem infidelium et rebellium ~~et~~ dicit tu conturbas profundum
maris quia gentiles infideles per profundum mare turbabuntur .i. dolentes
de suo errore monebuntur ad credendum penitentiam agentes Abac iii turba
buntur pelles terre madian a signis tuis .i. a miraculis tuis
factis per apostolos et alios sanctos in tua virtute et ad invocationem tui

nominis. Act. iii. In nomine ihesu nazareni surge et ambula. Figura Io. v.
Angelus dei id est gratia dei descendebat in piscinam id est gentiles et movebantur
aque id est voluntates gentium ad fidem id est qui converterunt fideles id est omnes de cunctis
finibus terre congredientes vestitum fidei tribuit nomen tuum. a signis tuis
id est visis miraculis que fiebant a te et per tuos discipulos et que facis in terra
et in mari exitus matutini id est oblationes matutinas et vespere id est oblationes ve-
spertinas sive orationes matutinas et vespertinas delectabis id est delectabiles
facies fidelibus et devotis qui prius ydolis delectabantur offerre. Et de-
lectabis id est delectabiles facies tuis predicatoribus exitus matutini id est pro-
speritate et vespere id est adversitate. q.d. apostoli et predicatores debent tolle-
rantiam et cum delectatione predicare et docere tempore tam in adversitate quam in
prosperitate. Ps. Dominus custodiat introitum tuum scilicet in adversitate et exitum
tuum in prosperitate ut habeas delectationem et patientiam sicut mercator in labo-
ribus lucrosis. Visitasti terram et inebriasti eam multiplicasti locupletare
eam. ad literam hic prophetat de statu fertilitatis future post reditum captivi-
tatis. vel visitasti terram et inebriasti eam pluviis tuis eam fecundando et locu-
pletasti per modum psalmi propter certitudinem prophetie. multiplicasti locupletare eam
quia ex fertilitate terre nascerentur que sunt divitie naturales multiplicarentur
utique divitie artificiales. Alia lectura sic hic ostenditur quod xps est fons omnium
habundantia doctrine primitivorum. Et dicit visitasti terram id est homines in terra ha-
bitantes per tuos discipulos et predicatores tamquam nubes undique dis-
currentes. Ysa. lx. Qui sunt hii qui ut nubes volant. Et inebriasti eam
id est replesti ipsos homines in terra doctrina sancta sicut ebrius repletus est vino.
Cant. v. Comedite amici bibite et inebriamini carissimi. multiplicasti
id est multiplex bonum superaddidisti locupletare id est ditare vel dotare eam
id est homines in terra donis spiritus sancti. Prov. x. Benedictio domini divites facit.
vel deus visitat terram per suam misericordiam. inebriat eam potu salutaris sapientie
locupletat eam divitiis habundantis gratie. vel iste versus potest exponi de
beata virgine sic. visitasti terram id est virginem sanctam de qua Ysa. iiii. fructus terre
sublimis. intima sanctificatione et inebriasti eam in filii conceptione. vel sic pro-
sequitur eam angelica salutatione. inebriasti eam spiritus sancti infusione multiplicasti
locupletasti eam in filii dei conceptione. Flumen dei repletum est aquis pa-
rasti cibum illorum quoniam ita est preparatio eius. Ad literam iste est fluvius iordanis qui
dicitur fluvius dei quia ad ingressum arche dei inundatus fuit eius alveus. Iosue
iii. et quia in eo fuit baptizatus xps dei et ceterorum. parasti cibum illorum quoniam ita
est preparatio eius. sicut enim quando aque redundantes sunt maiores vel minores sic terra
terra illa profert fructus ampliores vel pauciores prout audivi ab aliquibus
qui habitaverunt ibi. Alia lectura sic hic ostenditur quo ordine terra est inebriata et
ditata et locupletata donis. Et dicit flumen dei id est apostoli et predicatores
in primitiva ecclesia qui emissi sunt a xpo tamquam flumen a fonte. Gen. ii.
Fluvius egrediebatur de loco voluptatis. Repletum est aquis id est donis spiritus
sancti et doctrinis ut possit aliis influere id est gratiam doctrine et donorum di-
stribuere. Io. vii. Qui credit in me flumina de ventre eius fluent etc. hoc autem
dixit de spiritu quem accepturi erant etc. parasti cibum illorum id est intelligentiam
scripturarum quibus virtutum ... reficiebat eos et per eos alios per ipsos.
Eccli. xv. Cibavit illum pane vite et intellectus. vel cibum illorum id est corpus
dominicum quo reficiebantur primitivi tamen in ecclesia. Sap. xvi. Panem de
celo prestitisti eis habentem omne delectamentum etc. parasti in utero virginis
tamquam in pistrino. in cruce tamquam in clibano. in altari tamquam in
mensa. quoniam ita est preparatio eius. quia non aliter preparare potuit ut sub specie

panis cibo et sub specie vini sanguis sumitur sic tu xpe ipsi benigna-
tibus de hereditate david patris tui. Ps parasti in dulcedine tua pauperi
deus. Rivos eius inebria multiplica genimina eius in stillicidiis
eius letabitur germinans. ad literam rivos eius inebrians in hebreo et in transla-
cione iheronimi sulcos eius inebrians quia sulci terre qui sunt quidam rivuli
quietant illa que sunt seminata vel plantata ad germinandum et fructificandum
disponuntur in stillicidiis eius id est in pluviis eius de celo stillantibus leta-
bitur germinans id est terra germina proferens que tunc dicitur letari. sic et pratum dicitur
ridere qui incipit virescere. vel dicitur terra germinans letatur quia terra est causa
letitie colentibus eam et habitantibus in ea. Allegorice sic per hoc posuit misti-
ce agrum xpi hic post desiderium et petitionis complementum et dicit
flumen dei id est apostolos repleuisti aquis id est donis spiritus sancti et doctrinis in-
ebrians id est replens virtute sapientie et gratie. rivos ipsius fluminis id est prelatos
et predicatores ecclesie ab apostolis institutos. Ecci xxiiii Rigabo ortum
plantationum mearum inebriabo partus mei fructum. multiplica genimina
eius id est converte infideles ad fidem ut sint multi filii ecclesie quasi Act vi
verbum dei crescebat et multiplicabatur numerus fidelium. germinans id est conversus
de novo ad fidem quasi incipiens proficere in fide catholica. letabitur id est gau-
debit spiritualiter in stillicidiis eius id est in doctrinis planis inexpollatam tradi-
tis ab ipsis predicatoribus. quod dicit novum conversus ad fidem gaudet et libenter
audiunt verbum dei ab ipsis apostolis et aliis predicatoribus in primitiva eccle-
sia. Act xiii audientes gentes gavisi sunt et glorificabant verbum dei. Be-
nedices corone anni benignitatis tue et campi tui replebuntur ubertate. ad
literam id est ex benignitate tua benedices circulo anni dando tempore pluvias
calores et huiusmodi quibus debitis prout expedit secundum tempore. et campi
tui replebuntur ubertate fructuum et seminum hic campi terre culte. Alle-
gorice sic hic tangit beneficia que xpus confert ecclesie scilicet infusionem gratie et mul-
tiplicationem bonorum operum. et dicit benedices gratiam infundendo corone anni
id est circulo anni. vel sic benedices id est dabis dona gratie corone id est congregationi
fidelium que est quasi pulcra corona. Ecci [illegible] circa illum corona fratrum quasi plantatio
cedrorum in monte libano. anni benignitatis tue id est qui veniet tempus gratie tue
in quo benigno modo apparebis. ad Tit. apparuit benignitas et humanitas sal-
vatoris nostri dei. Ysa lxi ut predicarem annum placabilem domino. et campi tui
id est fideles tui quos excolis sic [illegible] i Cor iii dei edificatio estis
dei agricultura estis. replebuntur ubertate id est habundantia bonorum operum. Ysa
vii pre ubertate lactis comedet butirum. Pinguescent speciosa deserti
et exultatione colles accingentur. ad literam pinguescent speciosa deserti proferendo
sine humano cultura pascua apta animalibus intendis. et exultatione colles
accingentur id est herbis virentibus circumdabuntur. et sic exultabunt colles me-
taphorice sic pratum virens dicitur ridere quia tales herbe sunt causa exultationis
pastoribus et animalibus. Allegorice sic hic ostendit quanta beneficia contulit gentibus
et paganis. et dicit speciosa deserti id est gentiles qui erant infructuosi per er-
rorem et erant deserti adeo modo speciosi per fidem et per vocationem ab apostolis
pinguescent id est incipient fieri dulcedine devotionis interne et spiritualis leti-
cie in deo. Iere xxxi inebriabo animam sacerdotum pinguedine. vel dicit [illegible] pin-
guedine. et colles id est erecti adeo propter [illegible] vel mistice [illegible] sic
pastores et predicatores ecclesie accingentur gladio verbi dei ad predicandum
cum exultatione id est non tediosi nec tepidi sed diligentes ad laborandum

in doctrina dei. 2 cor. ix hilarem datorem diligit deus. Induti sunt arie-
tes ovium et valles habundabunt frumento clamabunt etenim ympnum dicent
ad literam induti sunt arietes ovium in hoc designatur habundancia lanarum
que sunt indumenta arietum et ovium et valles habundant frumento. In ter-
ra illa et vallibus seminantur meliora grana clamabunt et ympnum di-
cunt clamare et ympnum dicere metaphorice sic sumptum est. Vel quia ex fer-
mentis illis deferuntur primicie sacerdotibus et decime levitis divinas laudes
cantantibus. Thoma. Sic exponi iste ps. de quolibet vere penitente tamquam re-
deunte de babilonica captivitate et ad fertilitatem bonorum operum totis viribus
anhelante tam in se quam in aliis. Et sic ad hoc litera applicatur. Alie le-
sunt hic omnia beneficia collata iudeis maioribus ut apostolis et ministri-
ut per apostolos quibus dicitur arietes ovium id est duces populorum sunt apostoli quia duabus
testamentis quasi duobus cornibus ducebant et defendebant gregem. Induti
sunt exultacione gaudentes de fructu suorum auditorum et de caritate qua
erant ornati sicut veste cooperti. Ysa. ix sicut exultant victores capta pre-
da. Et valles id est populi humiles iudeorum habundabunt frumento verbi dei scilicet sancte scrip-
ture quia nove legis doctrina de quo Prov. xi qui abscondit frumenta
maledicetur in populis. Et bene dicit valles quia humiles habundavit verbo sapiencie.
Prov. xi ubi humilitas ibi sapiencia. Clamabunt ex devocione et sermone dile-
ctionis. Ysa. lviii clama ne cesses. Etenim ympnum id est canticum leticie dicent
cum gratiarum actione hic audiat qui per studium dimittit officium ec-
clesie. Si enim in ympno clamaret in frumento habundaret scilicet doctrine et
donum glorie celestis. Oracio. Tribue rex celestis ut nos erepti ab ari-
ditate peccati fluvio misericordie tue copiosius inrigati pinguescere mereamur
ut ympnum tibi sanctis tuis decantare possimus. Margaretha

lxv Iubilate deo omnis terra psalmum dicite nomini eius date gloriam
laudi eius. Ad literam titulus in hebreo est victoria canticum. Ps. Vel
victori canticum psalmi. Et potest exponi ex superdictis. Et iste ps. compo-
nitur ab aliquo quorumque est gratiarum pro liberacione populi iudaici
de egipto. De qua liberacione plures psalmi facti sunt. Iste autem
dividitur in duas partes. Primo inducit omnes ad dei laudacionem. 2o ad-
ducit multiplicem racionem ibi venite et videte. Primo dicit Iubilate
deo omnis terra id est omnes habitantes in terra. Et dicitur iubilus quando gaudium cordis
non potest totaliter celari quod ostenditur in signo exteriori. Psalmum dicite nomini
eius. In hoc videtur quod iste ps. esset de cantando in diebus festis
deum a diversis instrumentis. Date gloriam laudi eius id est tunc deputato lau-
date cum cordis continuo quia gloria est clara noticia cum laude. Alie le. sic ex-
ponunt ps. tractantes de materia resurrectionis domini et per consequens ha-
bitu conlaudandi. Primo exemplo passionis Christi et spe redeundi ad patriam
reddita sunt per Christum gloriosam iam inchoatam in corpore iustorum scilicet Christo et
tandem consummandam in membris eius. 2o in hoc psalmo monet ad iubila-
cionem et exultacionem in deo. Propter beneficium glorie resurrectionis. Titulus in fine canticum
ps. resurrectionis id est canticum ps. in instrumento quod dicitur psalterium cantabitur. Et expo-
nitur de resurrectione dirigens nos in fine id est in gloriam consummatam que et in gra-
tione. Dicit ps. est gaudium resurrectionis. Et dividitur. Primo monet nos ex-
emplo. 2o exemplo sui ibi venite. Primo monet ut in deo exultemus
corde ore et opere. Et dicit omnis terra id est omnes in terra habitantes. Iubilate deo
id est exultate cordis leticia que vix potest penitus exprimi nec penitus sileri. Sic glo-
sa super illud laudate celi et exultet terra iubilate montes laudem. Et dicit quod
ostendit quod in celis se iubilemus continuus quod in terra dicitur esse a corpore terre. Sophonias
iii Iubila filia syon. Psalmum dicite id est bonum opus in publico facite

Psalle' enim d'r a psallin grece quod e opari latine / noi eius · ad famam et gl'iam eius Chat v. sic luceat lux v'ra coram hoibus et c. / dicite gloria
si vobis exhibet' pro bonis opibus / laudi eius i ad laudem eius no
enim volt nos hic h're gl'iam sed tandem dabit nobis sua Augus abstulit gl'iam mag ut daret sua / abstulit virtuti ut daret plenam
abstulit manem ut daret solidam / px Cor p'o no glificet' ois caro in
gspectu eius / Dicite deo quam terribilia sunt opera tua dne in multitudine
virtutis tue mencient' tibi inimici tui / ad literam dicite deo quam terribilia
sunt et c. in multiplici egiptiorum percussio ut habetur in Exo / in multitudine
virtutis tue mencient' f. inimici tui / loq'r de ptibus p' medium sunt' sicut
fecisse' sunt in ppuis et Cho et maxime in lio pmarum regne met' qui
mentite scriptum est / pharao autem rex egipti et eius ppls adeo plag'
percussi pmittebant ppls ysrl dimittere exire de tra sed no fecerunt
Alle le' sic hic monet ad exultandum ore ofitendo admirabile ma-
gnitudine opm dei et dicit dicite deo no qui ignorant quam ipse sunt ora
sed ut ofitendo opa dei in eorum pmum Thob xii opa dei revelare et ofiteri honorificum est / quam terribilia sunt opa tua dne scilicet in
more et annuacionum inquietacia abutentibus et peccatoribus miseris sed multum amabilia bonis victibus et bonis / Abac iii osideravi opa tua et
expavi / vn terribile e opus creacionis hom ppx multitudinis periculi
terribile e opus recreacionis ppx ingentis sufferendi / terribile est valde
opus vltime retribucionis ppx dapnacionis iudicium et terribilis e in osiliis
et ut musica patescit / in multitudine virtutis tue i terribilia opa tua sunt
ex multitudine et magnitudine potencie tue / et quamuis terribilia sunt opera
tua inimici tui i peccatores / mencient' tibi no timentes te quia no solvunt
pmissa que voverunt tibi nec obseruant mandata tua ad que sunt obligati
sic pharao in egipto pmittebat dimittere ysrl et tunc mencielbatur / sic et
iudei videntes terribilia opa dei Exo xix dixerunt omnia quecumque dixit
nobis faciemus et sic menciti sunt ps inimici dei menciti sunt ei / Omnis terra
adoret te deus et psallat tibi psalmum dicat noi tuo ad literam Replicacio
e sine in ps vsui posite ad maiorem expressionem affectus sic omni s'rl
gra' actiones / Alle le' sic hic supplicat deo ut det graciam honorandi
deum corde et ope et dicit ois terra viuencium morientium et mortuorum immo
omni celestium terrestrium et infernorum / adoret te deus i venerentur te cor-
de Jo iiii veri adoratores adorabunt prem in spiritu et veritate / Philip
in noie ihu omne genu flectatur / et psallat tibi te laudans ope bono
psalmum dicat ore noi tuo i ad honorem nois tui Tob xii benedicite
deo omnes et coram eo agite dies leticie et c. / Venite et videte opa domini
terribilis in osiliis super filios hominum ad literam psqua aducebat ad
dei laudacionem hic ondit multiplicem racionem ps dicit venite et videte opa
dni que fuerunt valde mirabilia in liberacione ppli ysrl de egipto ut
habetur in exo / terribilis in osiliis super filios hominum i super egipcios
qui ex decreto dni osilii fecerunt et terribilem peniteciam / Alle le'
sic hic monet ad osideracionem operum dei et dicit venite per dimittendo
et amicos huius mundi relinquendo viam pnie aggrediendo / et videte
diligenter osiderando opa dei que no pnt bene videri nisi mundo oculo
cordis et segregatis a secularibus sicut vn ps oz venire p' viam
pnie et fidei purgant et ps vide' Jo pa veni et vide / terribilis

est in consiliis super filios hominum, i. terribilia disponendo et agendo de filiis
hominum. Unum terribile est quod unum ex sua puritate mera salvat, alium ex sua
iustitia dampnat. Isti parcit, illi irascitur; hunc assumit, alium reprobat. Item
non terribilis vir qui angelos de celo precipitavit propter superbiam, primos parentes
captivos propter gulam, Sodomitas [illegible] propter luxuriam submergendo, Iudeos
propter invidiam reprimendo, Dathan et Abiron terra aperiendo propter inobedientiam.
Exemplum de quodam sene qui voluit scire consilia Dei. Qui convertit mare
in aridam, in flumine pertransibunt pede; ibi letabimur in ipso. Ad lit. quia
deus mare rubrum divisit ut filii Israel transirent per siccum et Egyptii eos
sequentes interirent in undis profundi. Exo. xiiii. In flumine pertransibunt pede,
i. in fluvio Iordanis ubi filii Israel sicco pede transierunt. Iosue iii. Ibi
letabimur in ipso quia tunc populus Israel letatus fuit in deo. Alle. lec. sic. Venite
illa opera domini que sunt digna consideratione, sc. conversio a culpa preterita, con-
servatio a futuris; et [illegible] videte opera domini qui convertit mare in aridam, i. di-
visit mare rubrum ut filii Israel transirent sicco pede. In flumine pertransibunt pede,
similiter aquas Iordanis divisit ut filii Israel per siccum pede transirent. Vel
mistice sic: videte opera dei qui convertit mare, i. homines inanes qui sunt
continuis turbinibus sicut mare quod quiescere non potest. Ysa. lvii. Impii sicut mare
fervens quod quiescere non potest, vel gentiles per varios errores fluctuantes,
in aridam, i. in homines stabiles in fide et semper [illegible] i. eius caritate
et mandatis exsiccatos a delectationibus temporalibus et singulos [illegible]
Naum i. Increpans mare et exsiccans illud. Et hoc fuit figuratum
in reali exsiccatione maris. Exo. xiiii. Vel sic: qui convertit mare, i. amari-
tudinem mundi quam iusti patiuntur, in aridam, i. in stabilem quietem. Sic per
Iob [illegible] gloria et mentibus. In flumine, i. in mundo volubili, [illegible] per
temporalia que fluunt et refluunt ad modum aque, pertransibunt pede sicco,
affectu non infecto seu amore cordis ad ea non appenso. Cant. viii. Aque
multe non potuerunt extinguere caritatem. Ibi, i. in superna patria, le-
tabimur gaudio perpetuo in ipso deo qui predicta opera fecit. Cant. i. Exul-
tabimus et letabimur in te. Qui dominatur in virtute sua in eternum, oculi
eius super gentes respiciunt; qui exasperant non exaltentur in semetipsis.
Ad lit. qui dominatur in virtute sua in eternum, quia potestas eius potestas eterna
non auferetur. Dan. vii. Oculi eius super gentes respiciunt, quia omnia nuda et
aperta sunt oculis eius. Hebr. iiii. Qui exasperant deo [illegible] non ex-
altentur in semetipsis, quia etsi ad horam elevetur, tamen eternaliter deprimentur.
Alle. lec. sic. [illegible] comparatione dominationis dei et eternitatis [illegible] letabimur in
deo qui dominatur in virtute sua, i. qui habet potestatem dominandi a se non ab alio,
sed omnes alii [illegible] potestatem ab ipso. Ro. xiii. Omnis potestas a domino deo est.
[illegible] xiiii. Deus [illegible] in eternum, i. potestas eius eterna. Dan. vii. Potestas eius
oculi eius, i. contemplatio et sapientia, super gentes respiciunt, i. omnia opera cogitationes
et verba considerant. Hebr. iiii. Omnia nuda et aperta sunt etc. Vel oculi misericordie
iustitie eius super gentes respiciunt ad dandum [illegible] et penam
[illegible] vel ad assumendum ad gratiam et reprobandum quos vult. Istis oculis
misericordie respexit Petrum et flevit amare, et Mattheum qui relictis lucris
[illegible] secutus est eum. Luce xxii. Et respexit eum in electis eius. Qui exasperant,
i. qui in vanitatibus suis deum irritant vel non credendo operibus [illegible] provocant.
Eze. iii. Domus exasperans est, non exaltentur sed humiliabuntur vel ad fi-
vel ad dampnationem in semetipsis, i. per seipsos et per sua opera, vel non ex-

tentur in semetipsis vel in cupiditatibus suis et stultitiis. Similiter dixi prelati
subditos exasperantes non sunt exaltandi sed humiliandi sicut Roboam. Reg. xii.
Benedicite gentes deum nostrum et auditam facite vocem laudis eius. Ad I
hic ponit rememorationem laudis ex liberatione a laboribus duris a quibus fuit
liberatus israel in exitu de egypto. Et dicit: O vos gentes deum nostrum qui sic liberavit
vos de afflictione egyptiorum. Alia lectura sic: hic monet ad laudem dei in corde
et predicatione qui benefecit et etiam in adversis. Et dicit: gentes benedicite letanter
in tribulationibus vestris deum nostrum in quantos status adversitatis ut presentatur. Ecc.
xxxvii: nunc in omni corde et ore collaudate et benedicite nomen domini. Et auditam
facite vel facite ut alii audiant vocem laudis eius qua laudatur a vobis.
Apoc. ult.: qui audit dicat veni. Matth. v: sic luceat lux vestra. Vel facite
auditam vel continuate vocem laudis eius qua laudetis eum adeo pre pondus
aliis in baptismo et in transfiguratione. Matth. iii et xvii: hic est filius meus
dilectus. Et sic alios ad fidem invitetis. Qui posuit animam meam ad vitam
et non dedit in commotionem pedes meos. Ad literam quia quanto plus israel oppri
mebatur ab egyptiis tanto magis multiplicabatur et crescebat. Exo. i. Et non
dedit in commotionem pedes meos vel non permisit me cadere per ydolatriam.
Alia lectura sic: hic ostendit auxilium sibi in tribulatione exhibitum. Et dicit: benedicite deum
qui posuit animam meam ad vitam in creatione vel ut vivat vita nature, et vitam
gratie in iustificatione et vitam glorie in beatificatione; etiam posuit animam meam ad
vitam, cum esset in morte quia per mortem destruere et vitam conferre. Sap. xvi: tu
es domine qui vite et mortis habes potestatem. Vel sic posuit animam meam ad
vitam vel ad xpistum qui est vita. Jo. xiiii: Ego sum via veritas et vita. Et non de
dit pedes meos vel affectiones meas et opera in commotionem vel non permisit statim
cadere in peccatum ab illo statu, vel non permisit recedere a fide et caritate
propter tribulationes supervenientes. Ps. xxvi: defensor vite mee domine deus meus.
Quoniam probasti nos deus igne nos examinasti sicut examinatur argentum.
Ad literam: quoniam probasti nos deus non ad capiendum noticiam de aliquo igne la
to cum omnia nota tibi sint ab eterno sed ut patientiam et fidelitatem nostram
nota faceret toti mundo. Igne nos examinasti vel in afflictione ignis quo coque
bantur coquere lateres. Exo. v. Deut. iiii. Jere. xi: eduxi eos de fornace ferrea
egypti. Alia lectura sic: hic ostendit quod in tribulationibus non deficiebat sed proficiebat.
Et dicit: quoniam probasti nos deus vel exposuisti nos tribulationibus ad probandum
vel manifestandum aliis an diligamus te vel ut patientiam nostram et fidelitatem
notam faceres toti mundo. Deut. xiii: temptat vos dominus ut palam fiat an dili
gatis eum. Igne vel ardenti tribulatione nos examinasti ut purgatos et absque
sordibus redderes sicut examinatur argentum, vel sicut ferrum quod comburitur
quod per ignem purgatur a scoria sic ego in tribulationibus purgatur a peccatis.
Eccl. ii: et in tribulatione peccata dimittit. Induxisti nos in laqueum posui
sti tribulationes in dorso nostro imposuisti homines super capita nostra. Ad I
induxisti vel induci permisisti quia pharao et servi eius qui querebant occasiones
multiplicandi filios israel maioribus laboribus. Unde dicebant vacatis otio et
ideo vociferantur dicentes eamus et sacrificemus domino nostro. Opprimantur la
boribus. Posuisti tribulationes in dorso nostro quia cogebantur ab egyptiis portare
onera gravia luti et lateris. Imposuisti homines super capita nostra scilicet
exactores pharaonis quia compellebant eos ad opera nimis gravia et flagella
bant eos. Exo. v. Alia lectura sic: hic in speciali recitat tribulationes quas per
mittit deus scilicet carceris afflictionis et mortis. Et dicit: probasti nos quia indu
xisti vel induci permisisti nos in laqueum vel in cathenas per gladium et mortem

cerem Job xiii posuisti in nervo pedem / sic petrus paulus et alii sic
fuerunt in carceribus et in cathenis / Hebr. xi Alii ludibria et verbera insuper
et vincula et carceres experti sunt / Posuisti id est permisisti tribulaciones
in afflictiones fame sitis et diversarum plagarum / in dorso nostro tamquam malleum
quo corpus attenuatur et maceratur / Job / supra dorsum meum fabricaverunt peccatores
Augustinus quod lima ferro quod fornax auro quod flagellum grano hoc tri-
bulacio iusto / inposuisti id est permisisti homines tirannos ut calcarent super
capita nostra vel auferrent capita nostra dum excerebrarent et occiderent
Hebr. xi secti sunt temptati sunt in occisione gladii mortui sunt / Transivimus
per ignem et aquam et eduxisti nos in refrigerium. ad literam tribus pueris
in labore ignis additur qui appropinquabant caminis ad ministerium cum eis ut in-
de lateres formarentur / et eduxisti nos in refrigerium id est in libertatem
a tanta servitute / vel transivimus per ignem quando per inimicitiam populi ipsi contra
deum in deserto accensus fuit ignis et devoravit extremam partem castro-
rum sed oracione moysi fuit absorptus Num. xi / et aquam scilicet fluvium iordanis
qui siccatus fuit in transitu populi / et eduxisti nos in refrigerium id est
terram promissionis lacte et melle manantem / Alia lectura sic hic omnes tamen
quod scriptura ex tribulacione hominis et dicit transivimus non remansimus deficientes
a fide et caritate dei / sed ivimus id est non cessavimus a bonis operibus per ignem
scilicet maiorem tribulacionis vel adversitatis / et aquam minoris tribulacionis vel
prosperitatis que est periculosa magis Ysa. xliii cum transieris per aquam tecum
ero et flamma non comburet te et cum ambulaveris in igne non combureris
et eduxisti nos in refrigerium dando in presenti pregustacionem et presentie glorie
etiam et in futuro finem in effectu ut in sancto Stephano qui vidit celos apertos
existens in magna tribulacione Act. vii Sap. iiii Si iustus si morte preoccu-
patus fuerit in tribulacione ad mortem ducente in refrigerio erit scilicet eterne beati-
tudinis Spes mea est qui nubes in estu refrigerans laboratores Introibo in domum
tuam in holocaustis reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea Ad
Introibo id est ad locum tuum cultus in holocaustis cum sacrificiis ad honorem
totaliter incensis reddam tibi vota mea que distinxerunt id est distincte et a proposito
emiserunt labia mea Alia lectura sic hic subdit adeptus honorem in effectu
Introibo per portas tribulacionum in domum tuam celestis patrie Act. xiiii per
multas tribulaciones oportet nos intrare in regnum dei / non in mellitis varius sed in
holocaustis id est cum bonis operibus totaliter incensis igne caritatis et panem Ex.
xxiii non apparebis in conspectu domini dei tui vacuus / Reddam tibi gracias agens
quod tuo vota mea que promisi in corde meo et in tribulacionibus positus /
xix vota vovebunt domino et solvent quia ruina est homini devotacione sanctorum
post vota retractare que distinxerunt labia mea id est que sponte et discrete in corde
vovi et labiis promisi Eccl. v si quid vovisti domino ne moreris reddere
displicet enim deo infidelis et stulta promissio Et locutum est os meum in
tribulacione mea ad literam homines enim existentes in tribulacione solent vovere
facere domino si evaderent Alia lectio sic hic subditur expressio obligacionis confessio-
nis voti sui Et dicit locutum est os meum cum deliberacione et voluntate corde
promittendo deo quod serviret / et hoc in tribulacione mea corporali vel spirituali ex pro-
pria est argumentum contra illos qui dicunt se non teneri quod in tribulacione compulsi
voverunt Jone ii timuerunt timore magno dominum et immolaverunt hostias
domino et voverunt vota Holocausta medulata offeram tibi cum incenso arietum
offeram tibi boves cum hircis ad literam holocausta medulata id est bona et pin-
guia offeram tibi cum incensis arietum id est cum arietibus totaliter incensis ad tuum

honore offeram tibi boues cum hircis de istis rebus fiebant sacrificia
maiora scilicet de bobus hircis et arietibus minora autem fiebant de auibus
Alia litera sic quid voluit conitu et quid est dicit os meum locutum est dicens
offeram tibi holocausta medullata id est elemosinas et opera bona medulla
id est caritate plena unde sicut medulla totius animalis vitam tenet et conseruat
sic caritas vitam omnium bonorum Eccl xv oblatio iusti impinguat altare cum
incenso arietum id est humilem obedientiam contra rebellionem superbie que figuratur
per arietem offeram tibi boues id est voluntariam paupertatem contra auariciam que
figuratur in boue qui terram arat offeram tibi integram castitatem contra
luxuriam que figuratur per hircum offeram ergo holocausta cum incenso scilicet
arietum id est destruam motus superbie per incensionem caritatis et offeram tibi boues
mactando et occidendo id est annichilabo motus auaricie et terrena per incen-
sionem caritatis per deum cum hircis id est abnegabo luxuriam dilectione dei sumpte
Gen xv abraham heec tria deo obtulit et combussit Iterum offeram tibi
arietes id est prelatos predicatores boues hircos id est peccatores cum incenso id est cum
ardenti dilectione dei sicut precepit fieri leuitici in Venite audite et narra-
bo omnes qui timetis deum quanta fecit anime mee Ad literam hic psalmista
digne laudis ex spirituali consolatione cum dicit venite et audite omnes qui timetis
deum talibus enim narranda sunt diuina beneficia qui habent ea in reuerentia
non autem in malicia obstinatis qui despiciunt ea Mathei vii nolite sanctum dare
canibus neque margaritas ponatis ante porcos et narrabo vobis timentibus
deum quanta fecit anime mee eam spiritualiter consolando fuit enim psalmista iste
valde consolatus qui vidit egyptios mortuos per tristiciam maris rubri
et in dilectione legis et in aliis beneficiis diuinis Alia litera sic hic monet ut
quemque confidentiam in deo et ipsum benedicamus Et prius monet ut se preparet
et primum accedat Et dicit venite per fidem quia fides preparat ad intelligendum
loquitur enim dissertum corde et audite attente et narrabo vobis aperte qui
timetis deum talibus enim narranda sunt diuina beneficia qui habent ea in reuerenda
Initium sapientie est timor domini Malachie iiii vobis timentibus deum orietur
sol iusticie quanta fecit anime mee scilicet beneficia Sicut vere anime fecit et fa-
ciet si estis grati quia eam creauit ad ymaginem suam postea vili precio re-
dimit pretioso suo sanguine redemit Bernardus o anima insignita dei ymagine
decorata similitudine sponsata fide dotata spiritu redempta sanguine deputa-
ta cum angelis heres beatitudinis et particeps rationis Ad ipsum ore meo cla-
maui et exultaui sub lingua mea Alia litera ad ipsum ore meo clamaui
et regraciando et exultaui sub lingua mea id est gaudium et dulcedinem
sensi ultra in corde dum laudare extulus ore Alia litera sic hic narrat
bona sibi facta ad que inuitat ut audiat scilicet bonum initii et bonum primum
Et dicit Ecce quanta fecit deus anime mee quia ad ipsum deum clamaui id est
feruenter oraui ore meo non per vanitatem Ecclesiastici xv dimitte ea que clamat
per nos et exultaui ipso deo mihi assistente sub lingua mea id est in
corde meo quod est sub lingua cor enim est radix lingue ut dicunt philosophi
et medici vel exultaui sub lingua mea id est gaudium et dulcedinem
sensi in corde meo dum laudare deum exterius ore Unde cor et os debent
coniungi in fide quia corde creditur ad iusticiam ore autem fit confessio ad sa-
lutem Ro x Dic et in oratione Canticorum iiii mel et lac sub lingua tua
Non clamant ad deum veri adoratores clamant pro deo boni predicatores
clamant in deo feruentes amatores clamant contra deum falsi expositores

et pctorum suggestores. Iniquitatem si aspexi in corde meo non exaudiet
me. Ad literam hic ostendit quorum orationes exaudiuntur et quorum non exaudiuntur.
Et dicit. Iniquitatem si aspexi in corde meo constitutus in mortalis peccato non
exaudiet dominus quia oratio talis non est exaudibilis. Aliter legitur sic hic ostendit
quod iniquos non exaudit dominus orantes. dicit. Si aspexi iniquitatem in corde
meo id est si fui constitutus in peccato mortalis vel si aspexi id est dilexi in corde
iniquitatem non exaudiet me dominus. Io. ix. scimus quod peccatores non exaudit
dominus. Et hoc quia vult dum peccata nolunt dimittere. Nota quod aspicere frequenter
sumitur pro amare quia ubi amor ibi oculus. Gen. xix. noli respicere
post tergum tuum dixit angelus ad Loth. Propterea exaudivit dominus et attendit
voci deprecationis mee. Ad literam propterea exaudivit dominus deprecationem meam quia
non fui talium in constitutus et quod hoc etiam procedit ex dei beneficio. Aliter
sic hic ostendit se exauditum a deo et dicit quod non aspexi id est non dilexi iniquitatem
in corde meo nec fui constitutus in mortali propter ea exaudivit dominus concessit
bona que petii. Ps. desiderium anime eius exaudivit dominus et attendit voci
deprecationis mee scilicet pro malis amovendis. Dan. ix. attende domine placare
domine exaudi et fac intendens oculi ad orationem intendit dominus ad
auditorum. Benedictus dominus qui non amovit orationem meam et misericordiam suam
a me. Ad literam benedictus deus quia ea repellendo propter peccati maliciam
misericordiam suam a me non abstulit sed magis beneficia sue misericordie contulit.
Moraliter iste psalmus post expositionem de quolibet penitente de servitute peccati eru-
to tanquam de egypto que tenebra interpretatur et ad dei laudem insurgit
ex sua mirabili liberatione quia magis est impium iustificare quam ce-
lum et terra creare secundum Augustinum et ex gravium laborum evasione quos sustinuit in operibus
peccatorum. Sap. v. lassati sumus in via iniquitatis et perditionis ambulavimus
vias difficiles. Et etiam ex divina consolatione que frequenter magis
sentitur post veniam perceptam de peccatis quia ante peccatorum perpetrationem. Aliter legitur
hic benedixit dictorum beneficiorum assignans ad hoc duplicem rationem et dicit
dominus tibi gratias ago et dorum. ps. benedictus deus et pater domini mei Ihesu Christi.
Dan. iii. benedictus es domine deus patrum nostrorum. Qui non amovit id est non re-
spexit vel non repulit orationem meam nec me orantem sed tribuit mihi in
oratione perseverantiam. Thessa. v. sine intermissione orate et misericordiam suam
in qua spero non abstulit a me sed magis beneficia sue misericordie contulit
in presenti et in futuro conferet premia vite eterne. Nota deus aliquando amovet
orationem sed non orantem ut in Paulo petente stimuli amotorem. 2. Cor. xii.
tibi domini est sufficit tibi gratia mea. Aliquando amovet et previsit orantem sed
non orationem ut demones orantes se in porcos. Act. xviii. Aliquando utrumque
amovet tam orationem quam orantem. Matt. vii. non novi vos discedite a me
operarii iniquitatis. Aliquando neutrum amovet ut hic in primo. Prov. xv.
orationem iustorum exaudiet. Non oratio est scutum spirituale non stultus est
quem inimicus adhuc bello amovet scutum et quod continuum bellum hemus cum
inimicis visibilibus et invisibilibus. Job vii. militia est vita hominis super terram. Quare
autem oratio sit scutum patet. Sap. xviii. proferens servitutis sue scutum orationem.
Ideo oportet orare et nunquam deficere. Luc. xviii. S. katherina

lxvi. Deus misereatur nostri et benedicat nobis illuminet vultum suum
super nos et misereatur nostri. Ad literam titulus in hebreo ad
victoriam in organis psalmus cantici. Ieronimus victori in psalmis canticum
carminis. et est eadem sententia in utroque titulo et expositio quia pro-

est gratiarum actio pro fertilitate cuiusdam anni quando collectis fructibus in
septembri quiescebant iudei in tabernaculis. Et quando annus fuerat fertilis consue-
tum erat quod aliquis vir sanctus et devotus faciebat specialem pro gratiarum
actione et sic fuit de isto psalmo ut dicunt sed non scitur quis auctor
fuit istius psalmi. Et dividitur. primo petitur fertilitatis imploracio 2o pro
obtento gratiarum actio ibi confiteantur. primo dicit deus misereatur nostri peccata
remittendo et benedicat nobis in bonis spiritualibus et temporalibus nos multipli-
cando. illuminet vultum suum super nos. loquitur scriptura de deo ad modum
hominis quia qui vult facere graciam alicui vultum suum ostendit ei. Alie lec-
sic. In isto psalmo monet ad humilem oracionem et divinam laudem et sic
psalmus iste est laudis divine cuius titulus est talis. In fine in ympnis
psalmus cantici david. Et est sensus psalmus iste qui est canticum id est per cantum vocis
flatum musico instrumento quod est psalterium vel psalmus quia movet sursum
aperit cantum quod tu lectitas cordis. In fine id est in deum nos ordinabis et
semper in ympnis exhibitis david id est christo. Alia. psalmus est imploracio divine
gratie et eius laudis intencio est movere ad laudem dei tam oratione et di-
cit primo petit oratio ad deum pro beneficiis impetrandis. 2o admonicio pro
laudibus deo exhibendis ibi confiteantur. primo dicit deus misereatur nostri mi-
seriam quam peccatis meis meruimus a nobis per suam misericordiam amovendo. Ecclesiastici xxxvi
Miserere mei deus omnium et respice in nos. Vel sic deus misereatur nostri peccata
nostra dimittendo et benedicat nobis maledictorum in bonum convertendo vel
benedicat nobis in bonis spiritualibus et temporalibus nos multiplicando. Numeri
vi benedicat te deus et custodiat te. Illuminet vultum suum id est graciam suam
que est quasi vultus et ymago dei illuminet sapienciam eius infundendo. psalmus illu-
mina oculos meos etc. Quasi dicat misereatur nostri deus malum a nobis amoven-
do benedicat bonum largiendo illuminet ad se nos dirigendo. Vel sic illu-
minet vultum suum super nos id est manifestet filium suum nobis. deus misereatur
nostri mittendo nobis salvatorem et benedicat nobis conferendo graciam illuminet
vultum suum super nos clarificando miraculis filium suum qui dicitur vultus patris
et ymago eius. Iohannis xvii pater clarifica filium. Et misereatur nostri li-
berando a gehenna per sanguinem filii sui. Ecclesiastici xxxvi. Unde nobis lumen
misericordie tue super nos quia misericordia et benedictio desursum venit super nos et mi-
sereatur mei in illis omnibus nos confirmando. Alia. bonum tito ponitur quod
a largitate non custodit. Ut cognoscamus in terra viam tuam in omnibus
gentibus salutare tuum. ad litteram ut cognoscamus in terra id est in fertilitate terre
viam tuam id est vestigia tue gratie per effectum specialiter gressus in omnibus gentibus
salutare tuum. scilicet ut sit notum omnibus gentibus quod tu habes specialem curam
de salute mea. Alie lectiones sic hic post peticionis utilitas et dicit deus illu-
mina mentem meam ut cognoscamus quomodo constituta et gloriosa. In terra
id est in hac vita tenebrosa viam tuam id est mandata tua. psalmus vias tuas domine demonstra nobis
viam tuam. Vel sic viam tuam id est christum qui ducit ad te tanquam via. Iohannis xiiii
Ego sum via veritas et vita. Ysa xxx. Hec via ambulate in ea. In omnibus
gentibus non tantum in iudeis. salutare tuum id est christum esse salvatorem omnium.
Ysa xlix dedi te in lucem gencium ut sis salus mea usque ad extremum
terre. Et sic christus est via ad bonum ducens et est salus malum educens
ut cognoscamus etc. In terra viam tuam id est conversacionem tuam doctrinam et facta
opera in omnibus gentibus salutare tuum id est salus per christum facta notificetur omnibus
gentibus per predicacionem discipulorum. Nota triplex est cognicio de christo

prima est naturalis sic cognoscitur quo ad creaturam qui est secunda Ro. i
invisibilia dei per ea que facta sunt. Alia est cognitio gratuita que
est per fidem / sic cognoscitur quo ad christum quod est filius sed hec est in
parte i. Cor. xiii ex parte cognoscimus ex parte. Sed alia est gloria
videtur per gloriam et perfecte i. Cor. xiii tunc cognoscam sicut et cognitus sum
Confiteantur tibi populi deus confiteantur tibi populi omnes. Ad Rom.
quia specialem curam geris de salute nostra. Et dicit confiteantur tibi populi deus
i. per christum nobis concessum confiteantur tuam deitatem et ad te convertantur
sic legitur quod iudei sunt liberati a persecutione aman inter gentiles pro
diversis partibus eorum terminis iungebantur Hester viii. Alle. legitur sic hortatur
vitat ad laudem deum deitate. Et dicit confiteantur confessione fidei et laudis
Phil. ii omnis lingua confiteatur quia christus est in gloria dei / confiteantur tibi populi
omnes non solum una gens iudeorum sed etiam omnes gentiles confiteantur
tuam deitatem et ad te convertantur ipsa hic paravit dominus brachium sanctum
i. filium suum in oculis omnium gentium Ysa. lii. omnis populus et tribus lingue
servient ipsi Dan. vii. Letentur et exultent gentes quoniam iudicas populos in equitate
et gentes in terra dirigis. Ad literam letentur et exultent sic patuit in aman
quam domino iudeis fuit suspensus cum filiis suis et gentes in terra dirigis
quia per tales effectus dirigit gentiles ad cognitionem tue veritatis. Alle. legitur sic
invitat ad letitiam laudis interiorem et exteriorem. Et dicit letentur interius in
corde et exultent exterius in corpore / gentes per tuam redemptionem conversionem
et iustificationem. Ps. Letamini in domino et exultate iusti. vel confiteantur
per fidem dicit letentur per spem / quoniam iudicas populos in equitate i. sine personarum
acceptione pro meritorum qualitate Ysa. xi. Judicabit in iustitia pauperes
et arguet in equitate pro mansuetis terre / et gentes in terra i. in presenti vita
dirigis ad eternam vitam verbo doctrine exemplo vite auxilio et gratia. Ideo
in letitia et exultatione in domino deo vestro quia dedit vobis doctorem iustitie
et ductorem Luc. i ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Confiteantur
tibi populi deus confiteantur tibi populi omnes terra dedit fructum suum. Ad lit.
hic ponitur gratiarum actio pro fertilitate adepta unde dicit confiteantur tibi populi deus
scilicet confessione tue laudis / et quare dicit confiteantur quia terra dedit fructum
suum in magna habundantia per tue gratie beneficium. Alle. legitur sic hic invitat
ad laudandum deum propter spiritualem fructificationem ecclesie. Et dicit confiteantur tibi populi
deus confessione tue laudis / confiteantur tibi populi omnes et gentiles et iudeorum
Et repetit idem ad innuendum quod confessio propria peccati aut beneficii divini
est frequenter iteranda quia frequenter committimus peccata et frequenter recipimus beneficia
Ro. xi Eciam terra i. iudea iudea interpretatur confessio / terra scilicet nostra vel ecclesia
terra dedit fructum suum scilicet tricesimum i. coniugatorum sexagesimum i. continentium
centesimum i. virginum Mat. xiii Ysa. lxvi. numquid parturiet terra die una vel
pariet gens simul. vel terra i. ecclesia dedit fructum suum scilicet honorem christi
vel terra i. corpus christi Iob ix terra tradita est in manus impii / dedit
fructum suum scilicet fructus passionis bone operationis et tandem passionis / vel
sic terra i. beata virgo que est humilior aliis sicut terra ceteris inferior elementis
et tamen fertilior Ysa. xlv aperiatur terra et germinet salvatorem / dedit fructum
suum i. filium quem genuit ad nostram dedit utilitatem et fructum Ysa.
ix parvulus natus est nobis et filius datus est nobis. Benedicat nos
deus deus noster et benedicat nos deus et metuant eum omnes fines terre
Ad lit. benedicat nos deus de futuro sic iam fecit de preterito et nos

tuat eu omnes fines terre tangit iudicem omni ad puniendum mala po-
tentissimum. Alia lectura sic benedicat nos deus deus noster confirmando gratiam bis replex
et dicit benedicat in singulari ad denotandum unitatem essentie et dicit ter deus
ad ostendendum trinitatem personarum sicut ysaie vi trinitas personarum ostenditur per
seraphin ter sanctus clamantia. Et unitas essentie per hoc quod subditur dominus
deus exercituum. et metuant eum omnes fines terre non timore servili sed
filiali quem fecit cum caritate. Alia continue sic hic post petitionem dilatatio-
nis fructus usque ad gentiles et hoc per benedictionem divinam et dicit benedicat
nos deus pater gratiam et fortitudinem nobis dando per quam faciamus bona
et vitemus mala que in ecclesia multiplicentur. deus noster id est filius dei
qui nobis est datus benedicat nos sua sapientia illuminando. deus spiritus sanctus
a patre et filio procedens. benedicat nos donis gratie dotando. et sic tota
trinitas benedicat nos seu trinus deus in personis benedicat nos. et metuant
eum scilicet unum deum in essentia. unde dicit eum in singulari ad denotandum uni-
tatem in essentia. omnes fines terre id est homines existentes in omnibus finibus terre.
Oratio. Illumina domine vultum tuum super nos benedictionem cuius experientia nobis
largiente ut confitentes in tempore sancto tuo fructum iustitie coram facie tue
maiestatis reportare mereamur. laus tibi domine rex eterne glorie

Exurgat deus et dissipentur inimici eius et fugiant qui ode-
runt eum a facie eius. Ad litteram. In finem ad victoriam david psalmus canti-
ci et psalmus expositio ex predictis autem tytulus psalmi est de missione spiritus
sancti post ascensionem christi secundum quod allegat apostolus hunc psalmum ad ephesios iiii.
unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis christi.
propter quod dicit ascendens in altum captivam duxit captivitatem de-
dit dona hominibus et sic iste psalmus est prophetia de futuris per christum exhibendis
quod prudens david in spiritu fecit hunc psalmum. Et dividitur in duo psalmus agit
de christi rege. 2o de eius ascensione primo dicit exurgat deus quia christus mortuus
fuit ex humanitatis infirmitate sed resurrexit ex deitatis virtute et dissipentur
inimici eius id est iudei qui in vindictam mortis christi per titum et vespesianum
ipsi sunt trucidati et ipsi captivati et per orbem dispersi. vel aliter inimici
eius id est spiritus maligni qui christo resurgente sunt confusi et spoliati et fu-
giant qui oderunt eum id est demones a facie eius quia post resurrectionem christi in nomine eius
fugabuntur demones de obsessis. Alia lectura sic in hoc primo invitat
christum ad resurrectionem et inimicorum confusionem eorum prostrationem et ecclesie dilatationem per
omnes gentes. Tytulus in finem psalmus cantici david id est iste psalmus david dirigens
nos in finem id est in christum est cantici id est letitie et exultationis. lxxx psalmus est
invitatio loquentis christi ad resurrectionem et inimicorum confusionem ac electorum exultationem.
Intentio est movere ad letitiam et canticum ex hoc deo debitum. Et dividitur
primo invitat christum ad resurrectionem 2o narrat que sint futura post resurrectionem
ubi deus cum egredieris. primo dicit christus deus et homo qui fuit mortuus ex huma-
nitatis infirmitate. exurgat a mortuis deitatis virtute. psalmus exurge
quare obdormis domine. et hoc fecit tertia die unde stephanus post eam rele-
ctis vidit eum non mortuum sed stantem etc. Act. vii. Joh. Thomas vidit
et vulnera eius palpavit. Et dissipentur inimici eius id est iudei cum furores
dispergantur per totum mundum quod factum est per titum et vespesianum vel inimici
eius id est maligni spiritus qui christo resurgente fuerunt confusi et spoliati. et
fugiant fures confusi apertum indigne ut custodes eius sepulcri qui
oderunt eum non dilexerunt sicut verum deum. fugiant a facie eius id est a sua

·lxvii·

pntia. vel sic fugiat qui oderunt eum i. demones a facie eius. z a virtute
eius z ab invocatione nominis eius vnde in nomine eius fugantur demones
de obsessis z de aliis creaturis z locis iuxta illud exurge domine z dissipentur
inimici tui Sicut deficit fumus deficiant sic fluit cera a facie ignis
sic pereant peccatores a facie dei Ad litteram non est per hoc intelligendum de-
structio eorum quantum ad naturam cum sint immortales sed defectus eorum a po-
tentia quam habent super homines adorantur enim quondam in ydolis que ydolatria
per orbem est annichilata sic pereant peccatores i. demones non per dictas
ipse vocantur peccatores quia sunt in peccato obstinati quia irremediabile est
peccatum angeli Alia littera sic hic pereunt annichilatos inimicorum quantum ad potentiam
in presenti z in futuro Et dicit dissipentur inimici dei i. demones z alii inimici
z destruantur i. deiciantur non a potestate sua z gloria sua Danielis ix cum venerit
sanctus sanctorum cessabit unctio regia z sacerdotalis. sic fumus deficit
cum quanto altius elevatur tanto amplius evanescit sic superbi deficiant
i. potestas z superbia eorum annichiletur et evanescat Sic iudei evanuerunt
quia maxime se extulerunt tamquam reges suum scilicet xpistum Ysaie lxv isti fumus erunt
in furore meo et bene comparantur fumo quia z odio habentur z fetent
et excecati sunt Osee xiii et erit sic fumus de fumario. sic fluit cera
a facie ignis que emollitur z consumitur per ignem candele. sic peccatores
vel etiam spiritus mundi et omnes impenitentes mundi et avari quorum delitie
mundane z cupidie cito defluunt sic cera. sic pereant i. tollantur a facie
dei condempnantur anime pro consumitur mortis subito cum z calles sicut cera
sic a facie ignis Iob xi omnia ardent mentes cedebunt z carne ab esu
avaricie transibunt ad ignem vehementem Et iusti epulentur z exultent
in conspectu dei et delectentur in letitia Ad litteram quia post x versus fideles
constantes in iherusalem vescebantur in domino exultatione Actuum ii perdurantes
unanimiter in templo z frangentes circa domos panem sumebant cibum
cum exultatione z simplicitate cordis collaudantes deum. Alia littera sic hic iam
erat pro amorem dei exultatione Et dicit et iusti epulentur scilicet gustando di-
vine bonitatis dulcedinem hic et in futuro sed hic imperfecte. tunc autem perfecte
Luce xxii Ego dispono sicut disposuit. pater ut edatis vel epulentur iusti ex
consciencia quia non debet sumi nisi iusti Prima Cor. v pascha nostrum immolatus
est itaque epulemur non in fermento et i. non peccato et exultent i. fruentur
divine bonitatis dulcedine cum magna exultatione Tob. ii non comedebant panem
in luctu. in conspectu dei i. nunc in consciencia munda vbi deus videt sine errore
z tandem in gloria eterna vbi deus videtur cum amore Ysaie lxv ecce servi mei
comedent et vos esurietis ecce servi mei bibent z vos sitietis. ecce servi mei
letabuntur z vos confundemini. vel in conspectu dei i. in presentia manifesta sue
deitatis. et delectentur i. delectabuntur sine fine sine dolore z sine vere
in letitia eterne durationis pure iocunditatis Ps. adimplebis me letitia
cum vultu tuo. ubi erunt fercula delectabilia quia veritas sine fallacia
caritas sine invidia iocunditas sine tristicia satietas sine fastidio.
Cantate domino psalmum dicite nomini eius iter facite ei qui ascendit
super occasum dominus nomen illi Ad litteram hic agitur de xpisti ascensione z eius
beneficiis z invitantur angeli z homines ad laudandum xpistum ascendentem
Et dicit cantate vos angeli unde hoc cantate pertinet ad angelos qui
xpisto ascendenti exhibebant ministerium cum laudibus unde in eius ascensione
apparuerunt angeli Actuum primo iter facite ei i. ministerium exhibete xpisto ascendenti

non propter sui indigentiam sed ad eius magnificentiam qui ascendit super occa-
sum in hebreo habetur super arabot et dicitur arabot quod est nomen primi
unius de septem celis sed iste littera est qui ascendit in celum quod competit xpo
quod ipse ascendit ad celum empireum quod antiquitus dicitur celum et eadem scriptura
designatur per hoc quod dicitur ascendit super occasum Iudei enim adorabant ad occi-
dentem et per hoc quod dicitur xpm ascendisse super occasum intelligitur ascendis-
se super ipsum adorationis angelice qui locus est celum empireum ubi angeli
adorant deum Dominus nomen illi dicitur dominus absolute quod post omnem creaturam
agit ipse data est mihi omnis potestas in celo et in terra Glosa Littera sic hic invi-
tat fideles ad resurgentis laudem cordis oris et operis et dicit sic cantate
deo id est laudate et amate deum corde super omnia psalmum dicite glosa xpi in tantate
domino qui magnifice fecit psalmum dicite i operum bonorum psallim
grece dicitur opera latine nomini eius id est ut nomen eius dilatetur et glorificetur
agat ut sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra per
fidem et caritatem et aliorum corda per predicationem ut deus ad vos veniat
per gratiam et vos ad ipsum per gratiam obedientiam Glosa Littera preparate vestra pectora
plana facite iter et eligite scripturam qui ascendit super occasum id est qui
superavit mortem ipsam destruendo et in gloriam consurgendo Glosa Pet. iii qui
est in dextera patris sedens deglutiens mortem ut vite heredes efficeremur
Osee ero mors tua o mors Dominus sine condicione universalis sui domi-
nacione eius sunt sine nomen illi id est dominus eius et verbis Exultate in conspectu
eius turbabuntur a facie eius patris orphanorum et iudicis viduarum Ad litteram
Exultate in conspectu eius turbabuntur a facie eius scilicet inimici sui de quibus dictum
est in principio huius Glosa patris orphanorum et iudicis viduarum id est a facie illius
qui est pater orphanorum et iudex viduarum Xpm enim est dei misericordia orphanorum
et viduarum que magis indiget divina misericordia quam alie persone quod ipse est
pater orphanorum eos nutriendo et viduarum eas ab iniuriis defendendo et
vindicando Glosa Littera sic hic invitat ad laudandum beneficia exhibentem
et dicit Exultate non in vanitate mundi nec in voluptate carnali sed in conspectu
eius id est coram ipso deum petulis vestris et in puritate conscientie vestre quam deus
solus videt turbabuntur impii et omnes peccatores tidere horribili a facie eius
id est ab eius presentia et potestate Sap. v videntes scilicet iudicium xpm turbabuntur
timore horribili a facie eius id est xpi patris qui est pater id est pius et nutritor or-
phanorum id est bonorum et fidelium quibus mortuus est pater scilicet mundus et mater id est concupiscentia
mala de quibus Gen. xxvi pater tuus amorreus et mater tua cethea Ps. quoniam pater meus
et mater mea dereliquerunt me dominus autem assumpsit me et iudicis id est xpi qui
est iudex viduarum eas vindicando et ab oppressoribus defendendo Glosa primo
iudicate pupillo defendite viduam vel viduarum id est animarum que sunt orbate
viris id est delectationibus carnalibus vel quibus sensus exteriores non dominantur
Prov. xxiii ne attingas terminos parvulorum et agros pupillorum ne introeas
propinquus enim illorum fortis est et ipse iudicabit causam illorum contra te et cetera
Deus in loco sancto suo deus qui inhabitare facit unius moris in domo
Ad litteram hoc est in celo empireo licet enim secundum deitatem sit ubique per essen-
tiam presentiam et potentiam in celo tamen empireo dicitur esse specialiter per glorie
refulgentiam etiam secundum quantitatem assumptam est ibi sicut in loco proprio deus
qui inhabitare facit unius morum in domo per quam potest intelligi ecclesia tri-
umphans quod omnes ibi habitantes sunt in caritate concordes et unanimes vivunt
et ecclesia per domum potest intelligi ecclesia militans de qua dicitur Act. iiii

Erat multitudinis credencium cor vnum et anima vna et erant illis om-
nia communia. Alle. le. sic. hic ostendit quod deus habitat in cordibus sanctorum. Et dicit deus
in loco sancto suo id est deus habitat in cordibus sanctorum qui per amorem dei de-
speruerunt mundum et concupiscencias carnales. prima Cor. iii. templum dei sanctum est quod e-
stis vos et illud inhabitat licet non videatur a multis. Gen. xxviii. vere
dominus est in loco isto et ego nesciebam. vel sic deus est in loco sancto suo id est in
celo empireo specialiter per glorie refulgenciam et secundum humanitatem assumptam
licet secundum deitatem sit vbique per essenciam presenciam et potenciam. qui inhabi-
tare facit vnius moris id est vnius voluntatis concordie dulcis in caritate. Pa-
tria in domo id est in ecclesia triumphante. vel sic deus qui inhabitare facit id est inha-
bitat in domo id est ecclesia militante vnius moris id est ut sint vnanimes in fide
et caritate dei. Act. iiii. Et erat illis cor vnum et anima vna. ad Phil. ii. sitis
estote eandem caritatem habentes vnanimes idipsum sencientes. Qui edu-
cit vinctos in fortitudine similiter eos qui exasperant qui habitant in se-
pulcris. Ad Rom. iiii. non secundum Augustinum maius est iustificare impium quam cre-
are celum et terram. Iustificare impium est opus magne fortitudinis
maxime qui tenetur in peccatis ligatus vinculo consuetudinis. Et hoc est quod dicit
qui educit vinctos in fortitudine sed ad maiorem fortitudinem videtur quod aliquis
non solum peccato mortali ligatus sed eciam actu persequens fidem conuertatur et de
infidelitate educitur sicut paulus et plures alii. Similiter eos qui exasperant
scilicet contra christum verbis et factis propter quod dixit christus paulo. Act. ix. Saule Sau-
le quid me persequeris. Sed adhuc difficilius videtur quod aliqui mortui
in infidelitate seu a mortali peccato resuscitantur ut ad fidem et penitenciam
conuertantur sicut fuit de iuuene resuscitato a sancto Iohanne ewangelista et
multis aliis resuscitatis a mortuis per sanctos. Ideo dicit qui habitant in se-
[illegible] sic hic educit vinctos in fortitudine. In crudeli aut habitauerunt
in sepulcris. Et sic erit alius sensus. In crudeli id est in infidelitate obstinati
habitauerunt in sepulcris id est caruerunt luce veritatis et gracie. Alle. le. sic. hic
quod deus exhibet suffragia malis extrahendo eos de peccatis. Et dicit qui vinctos
id est ligatos vinculo consuetudinis peccati educit de vinculo peccati ad statum gracie
et timidos. Prov. v. funibus peccatorum suorum constringitur. Ideo in fortitudine sua id est
sua potencia vel per passionem permittendo super peccatores tribulaciones vel ad-
uersitates. prima Reg. ii. non est fortis sicut deus noster. Luc. xi. alligat fortem et
vasa eius diripuit. eduxit eciam antiquos patres de limbo in fortitudine
passionis sue. Zach. ix. tu in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu.
Similiter eduxit eos de peccatis et de infidelitate qui exasperant id est qui pro-
uocauerunt deum blasphemando per superbiam et iustos crudeliter persequendo. Deut.
xxxii. prouocauerunt eum in diis alienis. Ezech. ii. domus exasperans est. Item
educit eos ad graciam suam qui habitant sepulcra eo quod mortui et in peccatis
obstinati in sepulcris id est in sordibus carnalibus desideriis et cupiditatibus
fetentibus. Prov. xx. desiderium impiorum monumentum pessimorum. Matt. xxiii. ve
vobis qui estis similes sepulcris dealbatis. Ad Rom. qui educit eos qui habitant
in sepulcris id est qui sunt mortui in infidelitate et in peccatis mortalibus
eduxit eos id est resuscitauit per suam virtutem sanctis oracionibus ut conuertuntur ad
fidem et ad penitenciam signa. Deus cum egredereris in conspectu populi tu-
i pertransieris in deserto. Ad Rom. hic adducit exemplum ad probandum
quod magis fuit christus in celo ascendendo quam angelum in persona dei loquen-
tem ad dandam legem super montem Sina descendere. Et ideo quod sicut tunc
fuit spiritualis gracia populo fideli multo fortius debuit in die ascensionis

Et hoc e quod dr deus tu egredieris in qv pplr tui exitus de
egipto que precedebat dns per diez in columpna nubis & p nocte
in columpna ignis Exo xiii cu ptransieris i deserto usqz ad monte
sina Alle le^r sic hic narrat q̄ futura sunt p9 ascensioz xpi sz sm quon
sufficia ecclie collata pō dr deus tu egrediere .i. cu manifestabis te
per egra & p mirabilez ascensioz qm prius es absconditus fuisti sub
situ fragilis humanitatis Ysa liiii Vere absconditus vultus eius / in qsitu
pplr tui .i. in qv hoim maxie fidelium & tu p transieris in deserto
i int gentiles qui videbant deserti adeo Ysa xliii ponā i deserto
viaz & in invio flumina q.d. qn manifestabis tua potentiaz deitatis
coram pplo tuo iudaico que elegisti & p9 ea cu ptransieris .i. ptran-
sire facies tuos discipulos in deserto i int gentiles miracula faciendo
Terra mota est etenim celi distillauerunt a facie dei sinai a fac
dei israel Ad literam cu ptransieras i deserto usqz ad monte sina terra mo-
ta est qz mons sina videbatur tremere / etenim celi distillauerunt a facie
dei sinai .i. dei descendentis in monte sina qz nubes densissima operuit
montez Exo xix ex qua nube stillabat pluuie Alle le^r sic hic
qm̄ est cum que fecerunt discipuli xpi p miracula & p predicationes Et dr
terra mota e .i. hō terrenus audiens predicationem verbi dei & videns mira-
cula que fiebant a discipulis xpi stupebat & motus e ab errore ad fi-
dem a prius ad penam Ieremias cognovisti terra et / etenim qz celi .i. apli di-
stillauerunt .i. tranquille & modeste predicauerunt legem dei Amos ix In illa
die stillabunt montes dulcedinem / a facie dei sinai .i. qua fuerat ex be-
nignitate et sapientia dei qua dedit i monte sina Exo xx a facie dei
israel .i. tocius pplr israel & cuiusqz fidelis hois q' videt deum p fidem
q.d. apli predicauerunt sic nubes stillauerunt / sed a facie dei .i. p infusionem
gre & intelligentie a deo p spm sctm Iob xxviii quis e pluuie pa-
ter stillatorum quis genuit / hoc illi conceit q' dr vir eni vos estis qui
loquimini &c Pluuiaz voluntariam segregabis deus hereditati tue & infir-
mata e tu vero perfecisti eam Ad literam hic geludit d. pluuiaz volunta-
riam segregabis deus hereditati tue .i. militanti ecclie tua que e heredi-
tas tua tuo sanguine empta / rigans voluntate pluuia gre tue et in-
firmata e qz p9 ascensionem x' ecclia in vinculis tollerat multas persecutiones
sustinuit Act viii tu vero perfecisti eam qz deus tantam virtutem contulit cre-
dentibus qz ex illis persecutionibus magis crevit & confirmata fuit fides ca-
tholica Alle le^r sic prius egit de predicatione hic agit de gre infusione
in predicatione Et dr celi .i. apli & alii predicatores distillabunt & tu deus
pluuiam voluntariam .i. graciam concedente de tua voluntate Ezech xxxiiii
pluuie benedictionis erunt Iaco iii voluntarie genuit nos verbo veritatis
vel pluuiaz voluntariam .i. gram p qua unigenitus informat voluntatem
ut sapiat ei bonum sicut de quo dr Exo xvi dns pluit manna pplo suo
Sap xvi deserviens unigenitus voluntati ad quod volebat / hereditati tue
.i. gentilibus vel ecclie de quibus ps dabo t gentes hereditatem tuam vel
sic segregabis hereditati tue pluuiam vel .i. ecclie tue que e hereditas
tua empta tuo sanguine segregabis pluuiam voluntariam .i. rigabis
eam voluntarie pluuia gre tue / et sic deus dat gratiam humilitatem qz
ut pluuiam liberaliter / qz voluntariam sapienti quia segregabit utile

-e hereditati tue / infirmata e i. qui eciam infirma fuit in fide. vnde x
petrus tocia mulieri negauit / et relicto xpo omnes apostoli fugerant. tu v
perfecisti eam. i. eciam ex omnibus gentibus congregatam per virtutem spiritus sancti
ita quod in magnis persecucionibus creuit et confirmata est fides ...
vel sic hereditas tua infirmata e sui reputatione se infirma recognoscendo
qui enim plus humiliat gracia sic plus et qui inutilem se reputat / luce xv
cum omnia feceritis dicite serui inutiles sumus. tu vero multo talis infir-
mus perfecisti eam scilicet in bono / 2 cor. xii virtus in infirmitate perficitur
sic gratiam in eam recipiens persequitur mortificans et sic crescit et fi-
tur facit. Animalia tua habitabunt in ea pasti in dulcedine tua pa-
uperi deus / ad literam animalia tua habitabunt in ea i. fideles tui quam in
aliis locis sacre scripture oues dicuntur. et eodem modo hic dicuntur animalia
eius. et hoc modo accipitur hic. ba. ba. d. quod animalia dei sunt filii israel. pa-
sti in dulcedine tua pauperes deus i. pro tuo castigo qui fuit pauper et
lectus in principio. pasti ad sufficienciam act iiii gracia magna erat in omnibus
illis nec enim quisquam egens erat inter illos / Alie lr sic [illegible] ponit
tam habundancie gracie dei et quod animalia tua i. fideles tui qui dicuntur
oues tue. habitabunt in tua hereditate i. in ecclesia militante et post in tri-
umphante / vel sic animalia tua i. subiecti ut animalia habitabunt in ea i. in
hereditate regali per plenitudinem gracie tue / ps. ut iumentum factus sum apud te
et ego semper tecum / et tu deus pasti pauperi i. humili populo sacietatem
bonorum in tua dulcedine i. de tua gracia in presenti et gloria in futuro
luce 2 esurientes impleuit bonis / vel sic tu deus pasti iacet bona pa-
ta eterno predestinando populo tuo pauperi non ex meritis suis sed in dulcedine
i. de gracia tua. Ecce misterium potens quod deus quod diligens quod paratur
mens quod in dulcedine tua. comparens quod pauperi i. humili et desiderium
quod parauit deus in dulcedine non culpe sed gracie. Ecc xxxiiii spiritus meus
super mel dulcis. et tandem glorie / ps. quam magna multitudo dulcedinis
tua domine. oculus non vidit nec auris audiuit deus absque te que parauit ex-
pectantibus te. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa / ad literam
fuit sic impletum act iiii virtute magna reddebant apostoli testimonium
xpi alie lr sic propheta tractat de beneficio predicacionis hic agit de eius
ministris ostendens eis beneficia vtilia collata a deo. et dicit dominus dabit
vendet verbum doctrine euangelizantibus i. predicantibus eum / luce xxi dabo vobis
os et sapientiam / virtute multa i. multiplici virtute ut fortitudinem constancie
in aduersis / virtute faciendi miracula et sapientiam spiritualem / act iiii da ser-
uis tuis cum omni fiducia loqui verbum dei. de virtute miraculorum. mar.
vlt. Illi autem profecti predicauerunt vbique domino cooperante et cetera. Nota quod
quidam euangelizabant cum virtute faciendi miracula ut petrus in cuius
vmbra sanabantur infirmi / act v. Alii predicabant in fortitudine constan-
cia Ro. viii certus sum quod nec mors nec vita et cetera separabit nos a caritate
dei / Alii in spirituali sapiencia ut Stephanus act vi nec poterat resistere
sapiencie et spiritui qui loquebatur / Alii in insufficiencia sicut mercenarius
qui videt lupum venientem et fugit et cetera capitulo et cetera / Jo x Alii in
cupiditate / Ezech xiii violabant me ad populum meum propter pugillum
ordei et fragmen panis. Rex virtutum dilecti dilecti et speciei domus
diuidere spolia / ad literam dicitur quod hic Reges exercituum fecit benignit-
er per predicacionem apostolorum et aliorum discipulorum non solum vulgares hic es

sed multi reges principes et potentes sunt federati cum xpo per susceptionem
fidei et hoc est quod dicitur Rex virtutum id est reges potentes et ecclesiasticus hic
singulare pro plurali sic Exo viii venit musca gravissima id est multitudo mu-
scarum / dilecti dilecti id est filii sunt dilecti ipsius xpi qui est dilectus prius Matt
iii hic est filius meus dilectus / Ite primum dilecti est mi cap. 9 / 2 xvii cap. / et
speciei domus quia principes et potentes conversi ad fidem dederunt ecclesie
preciosa donaria ex quibus ditata est ecclesia ut in pluribus historiis scriptum
et hoc est quod dicitur et speciei domus hoc est ad speciem et decorem domus dei que
est ecclesia pertinet dividere spolia hoc est diversis ecclesiis et personis ecclesiasticis predicta
donaria Alia lectio sic habet post desertum [illegible] Et dicitur dominus dabit
verbum qui est rex virtutum per quod verbum suum doctrine multi reges princi-
pes et potentes et homines vulgares conversi ad fidem sunt dilecti ipsius
xpi / Sermo de resurrectione cui dixit non inveni tantam fidem / dilecti id est qui
est dilectus deo patri Matt iii hic est filius meus dilectus / vel sic Rex virtutum
id est deus pater qui est rex super omnes virtutes angelicas et virtutes animabus
infusas est pater dilecti scilicet xpi Matt iii hic est filius etc / et dilecti ab an-
gelis / prima Petri primo. In quem desiderant angeli prospicere / Vel sic Rex vir-
tutum est deus dilecti xpi secundum humanitatem / psalmus speciosus forma pre filiis ho-
minum / et est pater dilecti xpi secundum deitatem / Sapientie vii quia est candor lucis eterne
et speciei domus dividere spolia id est ad speciem et decorem domus id est ecclesie rex
virtutum facit ipsum xpm per se et per predicatores et per apostolos / dividere spolia
id est homines ab infidelitate eductos et de potestate dyaboli ereptos facit
dividere tamquam spolia per diversos status et officia eorum in ecclesia ordinan-
do / vel sic et speciei domus dividere spolia id est rex virtutum facit ad deco-
rem ecclesie et pro diversis personis ecclesie dividere spolia id est dona que offe-
runtur a fidelibus ab errore conversis / vel sic dividere id est distinguere et de-
cimare spolia domus speciei id est speciose domus scilicet ecclesie militantis / Unde spo-
lia dicuntur conversi ad fidem quos tulerunt predicatores de regno dyaboli
unde de sancto paulo dicitur Gen. penult. mane rapiet predam et vespere divi-
det spolia scilicet instituendo episcopos in ecclesiis / ad hoc enim pater dilexit filium
ut spoliatorem dyaboli faceret cum per suos predicatores / Ysa viii voca nomen
eius accelera spolia detrahe festina predare et de hoc Luc xi / Si dor-
miatis inter medios cleros penne columbe deargentate et posteriora dorsi
eius in pallore auri / Ad literam hic ostenditur quam [illegible] sit versus
et dicitur si dormiatis etc. ubi scilicet quia cleros greco dicitur sortes latine / columba
autem accipitur hic pro ecclesia que frequenter nominatur in canticis / penne autem
huius columbe sunt virtutes eam ad celestia levantes / Dicit ergo si dormiatis
id est quiescatis inter medios cleros id est inter status ecclesie militantis et triumphan-
tis fit quod sic utuntur homines bonis presentis vite et non amittunt bona
eterna sed magis acquirunt quia sicut divicie sunt impedimenta reprobis ita
sunt adiumenta virtuosis / et sic penne columbe deargentate sunt quia previ (?)
vita ducitur in puritate conscientie / et posteriora dorsi eius id est supplices [illegible]
[illegible] que sunt sicut columbe dorsi sit in pallore auri id est firmamenti (?) id est perpe-
tuitatis (?) que habetur in statu patrie / Alia lectio sic habet post debita conditio-
nem predicatorum / Et dicit si vos predicatores dormiatis id est quiescatis contemplantes
inter medios cleros id est inter status ecclesie militantis et triumphantis
sic utentes bonis presentis vite ne amittatis bona eterna / eritis columbe id est

Ecclesie qui penne deargentate i. puritate conscientie et ab amore terrenorum
elevati desiderio celestium et posteriora dorsi in pallore auri i. posterio-
ritas in pallore auri i. in caritate perfecta sed in statu patrie. Vel sic
vos qui estis penne deargentate columbe i. doctores et predicatores ecclesie
pure conscientie fidei catholice et eloquentes in doctrina duorum testamentorum i. si
dormiatis i. in contemplacione elevamini inter medios cleros i. inter duo testamenta
studendo exponendo et predicando, vel inter duos cleros i. duas sortes
hereditatis terrena postponendo et celestia querendo. Et sic predicatores
debent esse in conscientia quieti quod dicitur dormiatis et in doctrina instructi
inter medios cleros. Cant. v. Ego dormio et cor meum vigilat. Et in
contemplacione elevati quod dicitur penne. Malach. iiii. Vobis timentibus nomen
meum orietur sol iusticie sic et sanctitatis i. pennis i. apostolis eius. Et debent
esse candidi in fide quod columbe i. ecclesie. Cant. v. Oculi eius sicut columbe super
rivos aquarum. Et debent esse in doctrina candidi quod deargentate penne.
Ps. Eloquia domini eloquia casta etc. Et posteriora dorsi eius i. in obitu
eorum erunt in pallore auri i. in caritate dei quod. Si prelati et predicatores
erunt bonum tunc ecclesia erit in caritate xpi. iii Reg. vi. Salomon fecit [illegible]
[illegible] et vestivit illud auro. Vel secundum aliam litteram in virore auri
i. in claritate sapientie divine que clara est et nunquam marcescit. Sapiencie
vi. Vel sic posteriora dorsi eius sed columbe i. illi qui erunt in extre-
mis temporibus erunt [illegible] fine pallidi et caritate fervidi. Eccles. [illegible] qui vis
auri solidum. Vel sic posteriora dorsi eius i. perseverancia laborum et pene
ecclesie in pallore auri i. in caritate non tamen ita perfecta sicut in patria sed
pallore non rubore. Nota columba est ecclesia penne eius columbe ad alta
[illegible] sunt sancti doctores et predicatores [illegible] ecclesie conservat eloquentia
deargentati. Inter cleros grece est sortes latine sed sortes que attendit ex
[illegible] alicuius hereditatis. Sed quod per duo testamenta sortiamur eterna bona
que sunt hereditas nostra duo testamenta appellat cleros vel duabus he-
reditatibus sed eterna et terrena. Dum discernit celestis reges super ea
nive dealbabuntur in Selmon mons dei mons pinguis. Glo. lyra. Hic ostenditur
per quod ministerium deus talia agit in ecclesia et est dum celestis pater discernit
i. ordinat reges i. rectores super terram i. super ecclesiam, quod fuit [illegible]
deus decrevit mittere apostolos ad diversas partes mundi ad regendum et ordinan-
dum ecclesiam, ad cuius regimine et ordinationem apostoli instituerunt per diversas partes
mundi episcopos et sacerdotes ut ex eorum gestis. Ideo subdit nive dealbabuntur
in Selmon. Selmon mons est non proprium [illegible] montis ut videtur. Lyra.
Aliquando est nomen appellativum et significat obscuritatem et tamen sic ab he-
breis et est sensus nive dealbabuntur i. super nivem dealbabuntur et est modus
loquendi hebreorum. Ps. Asperges me domine etc. et super nivem dealbabor i.
plus quam nix. In Selmon i. illi qui fuerunt in obscuritate errorum quod per
ministros ecclesie infideles conversi ad fidem baptizabantur, quod mundi ecclesie
dealbatione mentis quam corporis gratia spiritualia corporalibus preferuntur et quod
sic augmentata fuit ecclesia ideo subdit mons dei mons pinguis. Et mons
hic [illegible] sequens predictum in hebreo et in [illegible]. Et dicitur ecclesia mons pin-
guis propter habundanciam gratie divine in primitiva ecclesia maxime. Lyra.
Plus narrat de uno beneficio ecclesie collato per reges xpi quod est prima
[illegible] hic post beneficium sed diffusionem gratie et donorum spiritus sancti
[illegible] posteriora dorsi columbe erunt in pallore auri, dum celestis in tempore xpi.

qui ascendit super omnes celos / vel celestis rex distinguit i. ordinat reges
rectores seu doctores scilicet super eam i. super ecclesiam sic apostolos mittens
ad diversas partes mundi et ad regendum ecclesiam instituerit episcopos et sacerdotes
qui dicuntur reges Eccl x Rectorem posuit te i. ordine predicatorum in tempore
suscitavit super eam i. super ecclesiam / vel dum celestis i. rex distinguit bonos
a malis bonis gratiam conferendo malos in peccatis dimittendo vel sic dum
distinguit bonos ab invicem huic maiora alii minora bona dando
prima Cor iiii Quis enim te discernit quid habes quod non accepisti et xii
divisiones gratiarum sunt / Dan xii Eligentur et dealbabuntur et quasi ignis etc
in Selmon i. illi qui sunt in obscuritate errorum conversi ad fidem per
ministros ecclesie et baptismum / dealbabuntur i. albiores efficientur nive i. quam
nix mundati peccatis a peccatis que macule sunt dealbati mentibus et corporibus
Dan xii Eligentur et dealbabuntur et quasi ignis probabuntur / vel dealbabuntur
nive i. albiores erunt quam nix in Selmon i. sub umbra mortis Christi
qui refrigerat eos gratia ab ardore viciorum Cant ii Sub umbra
illius quem desideraveram sedi / producitur autem hec umbra a Christi morte
que plenitudo lucis divine descendit / Iste mons Selmon i. Christus est
mons dei in quem plenitudo lucis divine prius descendit / et est mons altitudine
vite et puritatis divine Ysa ii Erit preparatus mons domus domini in vertice
montium / mons pinguis i. plenus gratia et virtute et bonorum operum mul-
titudine / in terra enim pingui multiplicantur fructus Alia littera habet mons
uber Gen xlix Aser i. beatus scilicet Christus pinguis panis eius / vel mons
dei mons pinguis dicitur ecclesia per habundantiam gratie divine maxime in
primitiva ecclesia. Mons coagulatus mons pinguis ut quid suspicamini
montes coagulatos Ad litteram mons coagulatus In hebreo et in translatione
Ieronimi ponitur mons excelsus et ideo significat quod coagulatio hic accipitur
pro impetrat appositione ad rem aliquam per quam mactatur / Et ecclesia
mons excelsus mons coagulatus quod sit dominus salvator Matt xiii Assimi-
latur grano sinapis quod cum sit minimum assurgit in arborem magnam
per fidei dilatationem propter quod de ea dicitur Ysa ii Erit in novissimis die-
bus mons domus domini in vertice montium ut quid suspicamini etc / propheta con-
vertit sermonem ad gentiles ydola colentes in delubris et phanis dicens
ut quid suspicamini i. false creditis montes coagulatos i. loca salutis
et ecclesiam esse scilicet templa vestra et ydola Alia littera sic habet contenditis ab
excellentia doctrine Et dicitur mons coagulatus i. Christus est eterne coagula-
tus ex purissimo sanguine virginis conceptus Sap vii decem mensium tempore
coagulatus sum in sanguine / vel mons coagulatus i. ecclesia fidelium que est
unita et concreta simplici et sincera doctrina et dulci simplicitate et affectio-
ne Christi et suorum discipulorum sic coagulatum quod fit ex dulci lacte et
candido Hebr v Facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo vel
de apostolis qui simplici doctrina parvulos imbuebat dicitur Trenorum iiii
et quasi lacte coagulati sunt / mons pinguis quantum ad alias partes que
sunt pingues i. pleni caritate et devotione Iudic ix numquid possum
deserere pinguedinem meam qua et dii utuntur et homines i. maiores et per-
fectiores et sic Christus est mons coagulatus et pinguis excellentia cunctis
ut quid suspicamini montes coagulatos i. alios preter unum Christum
vel in comparatione ad ipsum q. d. male suspicamini vel iudicatis Io iii

qui de celo venit super omnes est. Si enim alii in doctrinis sunt coagul
iste tamen super omnes est quia datus est ei spiritus non ad mensuram Jo iii vel s
ut quid suspicamini i. false creditis montes coagulatos i. terra salutis
ex creaturis s. templa gentilium vel ydola. Mons in quo beneplacitum
deo habitare in eo etenim dominus habitabit in finem. Ad literam mons in quo
i. ille solus est vere mons coagulatus et pinguis in quo beneplacitum est deo
habitare in eo nunc modo ecclesia militans dicit vobiscum ego vobiscum sum
omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Et ecclesia triumphans in qua eternaliter
semper habitabit id est semper etenim dominus habitabit in finem. In fine Jo xiv i. sem-
piternum. Alia lectura sic hic quidam Christus a privilegio singularitatis et dicitur
est mons sanctus in quo beneplacitum est habitare in eo i. ut habitet in eo
per unionem Jo i Verbum caro factum est et habitavit in nobis Coll. ii in quo habi-
tavit plenitudo divinitatis etenim dominus deus sive divinitas habitabit in eo nunc
i. in Christo usque in finem hoc est finaliter et semper seu eternaliter. Augustinus contra
Verbum dei assumptum deseruisse hominem anathema sit. Extra xiii quos deus
coniunxit etc. Vel sic mons in quo deus i. ille solus est vere mons deus ut
super Synai localiter. Currus dei decem milibus multiplex milia le-
tantium dominus in eis in Sina in sancto. Ad literam hic invitat angelos ad de-
[illegible] Christo ascendenti consecratum ad magnificentiam enim regis non solum
fuit ministerio deo consecratum sed etiam ministerio deo associatum. xiiii prov.
in multitudine populi dignitas regis in paucitate vero plebis ignominia principis.
sic hic premittit extra de multitudine angelorum assistentium. Sed dicitur cu-
rrus dei i. angeli dicuntur currus dei eo quod ei subsunt et per hoc quod in eis se-
det in celo vel in sede. Qui sedes super cherubin. Decem milibus
multiplex i. duplicatus vel in hebreo dicitur bis decem milia. Letantium quia
angeli sancti semper laudant deum. Dominus in eis in Sina in sancto i. fuit associatus
per eos in datione legis super montem sanctum Synai et ex hoc arguit quod magis
ministerio deo debuit esse in ascensione Christi. Alia lectura sic hic agitur de effectu gratie
qui est per mortem in bono et post triumphat ut vivorum et mortuorum. Et
Currus dei i. turma vel exercitus angelorum est multiplex decem milibus
duplicatus vel bis decem milium immo milia milia letantium angelorum
et laudantium semper deum. Dominus in eis in Sina in sancto i. fuit associatus
eos in datione legis super sanctum montem Synai et multo plus multi
associaverunt Christum in ascensione. Vel sic currus dei i. turba sanctorum est tam
quam currus dei portans deum in cordibus suis decem milibus multiplex
i. ex milibus innumerabilibus quia a solo deo sunt numerati qui eius fuerunt
et sunt et erunt portitores nominis sui. Job xxv nunquid est numerus militum
eius et super quem non refulget lumen eius. Dan vii milia milium ministra-
bant ei. Milia letantium i. currus dei est multiplex quia ex millenis milibus qui
milia sunt letantium spiritualiter in deo et pro bono meriti et pro deo et pro
bono proximi. Joel iii filii Syon letamini et exultate in domino deo vestro.
Dominus est in eis i. in milibus sanctorum et angelorum tanquam in celo per suam
presentiam et specialem gratiam. Et etiam dominus est in eis i. inter illos in sancto
i. homine assumpto i. Christus deus assumpta humanitate. Luce xxiiii quod nascetur
ex te sanctum. Ascendens in celum est inter angelos et alios sanctos consim-
iliter associatus sicut fuit inter eos in datione legis in monte Synai. Vel in Sina
i. in mandato quod est bonum et iustum et sanctum. Ro vii Deus enim misit

caritate cu prius est per que iniciorie mostrent mandata Io xiiii si
quis diligit me sermonem meum servabit etc. Ascendisti in altu cepi
sti captivitatem accepisti dona in hominibus ad literam hic ostenditur quod maior
meritum debuit esse cum xpo in ascensione. Et dicit ascendisti in altum id est in celum
empireum cepisti captivitatem id est accepisti illos qui in limbo detinebantur ca
ptivi tenentur ad celestia deducendo quod fuit magis quam dare legem mo
saicam et eo debuisti hic tenentur maiorem meritorum angelorum. accepisti
dona in hominibus id est accepisti dona spiritus sancti a deo patre seu a tota trinitate
distribuenda in hominibus id est inter homines scilicet apostolis et aliis discipulis in die
penthecostes. Alia lectura sic hic ostenditur ex beatorum animarum sanctarum de limbo. Et
dicit ascendisti domine xpe propria virtute in altum id est in celum. Ephes iiii ascen
dit super omnes celos ut adimpleret omnia. cepisti de limbo inferni adducendo tecum
captivitatem id est antiquos patres tamquam in carcere capturos detentos.
Ysa xlix. Et dicit dominus Equidem captivitatis a forti tollentur. accepisti a
deo patre dona spiritus sancti. in hominibus id est inter homines per modum distribuendo
scilicet apostolis et aliis in die penthecostes. Act ii Repleti sunt omnes spiritu sancto
Et post ea per apostolos in alios. Ro. Qui suscepit plures patrem ipso etc.
Etenim non credentes inhabitare dominum deum. Ad literam etenim non cre
dentes ita per dona spiritus sancti est quod gentiles non credentes prius in
deum unum crediderunt dominum deum et credentes eo quod per gratiam spiritus sancti
deus habitat in hominibus et homines in deo. Io iiii qui manet in caritate
in deo manet etc. Etenim non credentes potest teneri non adverte vel armi
satte. Alia lectura sic hic per magis dona spiritus collata et nunc B. Et dicit
Etenim non credentes erant homines id est non credebant dominum deum inhabitare
id est ut inhabitaret in xpo homine per unionem sed postquam audierunt predicare
ita crediderunt. ii Cor v deus erat in xpo mundum reconcilians sibi. Colos ii
In ipso habitat plenitudo divinitatis corporaliter. Vel sic non credebant deum patrem
inhabitare dominum id est filium per essentie unitatem. ut in dicitur. Io x. ego et
pater unum sumus. Et non creditis quod ego in patre et pater in me etc. Be
nedictus deus die cottidie prosperum iter nobis faciet deus salutarium
nostrorum. Ad literam hic narrat ecclesie preconia alia. Et dicit benedictus deus
die cottidie id est per singulos dies laudetur a fidelibus. et ea subditur prosperum iter
faciet nobis deus salutarium nostrorum promovendo electos de bono in melius
ad salutem electorum. Alia lectura sic hic post gratiarum gratiarum actio pro beneficiis
Et dicit benedictus dominus deus. Dan iii. Benedictus deus patrum nostrorum. die cottidie
id est per singulos dies vel de die in diem sit alia litera laudetur a fidelibus
Et vite laudabilis aut via usque ad mortem dominum quod ipse deus salutari
um nostrorum id est actor et dator salutis vel salvacionum nostrarum tam corporum
quam animarum. faciet nobis prosperum iter veniendi ad salutem et ad salva
tionem anime et corporis. Ysa lx prosperabitur in omnibus ad que misi illud. Et loquitur
de prosperitate spirituali et non temporali. Et vere prosperum est tale iter quod notum
per fidem gratiarum per caritatem roboratum per spem rectum per prudentiam planum
per iusticiam actum per fortitudinem. Deus noster deus salvos faciendi et
domini domini exitus mortis. Ad literam quod deus vult omnes homines salvos fieri
dicit deus noster deus salvos faciendi quod ab eo est salus hominum. peccato autem
ex malicia eorum. Osee xiii perditio tua ex te tantummodo auxilium tuum ex
me etc. domini domini exitus mortis id est a morte quod sic proprium est deo salvare
salvatos ita etiam a morte culpe et gehenne salvare dedinat. Et

nota quod dicitur domini domini non est nugacio quia in hebreo sunt duo nomina, primum
nomen domini tetragramaton quod significat puritatem dei substancie, secundum domini est adonai quod
imperium domini et per quod deus creaturis dominatur. Et non est ibi nugacio quia
sunt nomina a diversis proprietatibus imposita, propter quod Lyra transtulit domini dei
mortis egressus. Talee le sic hic post tantum beneficium datum electis scilicet operum
miraculorum ad confirmacionem predictorum. Et post describit eum a virtute salvacionis
omnis gratie et a virtute suscitacionis secundum potenciam. Et dicit deus noster non idolorum
nec ydolatrarum sed noster Christianorum fidelium cultus. Ro. xxiii deus iustus noster. deus
salvos faciendi idest qui habet potestatem sciencie et voluntatem omnes homines salvos
facere. Thessal. ii qui vult omnes homines salvos fieri. Io. xii non veni in mundum
ut iudicem mundum sed ut salvem mundum. Et communis est potestatem omnes salvos
facere et est dominus omnium, ita tamen ipsius domini qui est dominus iudeorum, domini idest qui est
dominus gentium, vel domini regum et domini creditorum, domini prophetarum que sunt facti
domini prophete que sunt ... est exitus mortis idest est exitus ab hac vita
per mortem. Ysa. liii tradidit in mortem animam suam. Vel secundum Ieronimum translatio
dicit domini dei exitus mortis idest reditus a morte. Io. x potestatem habeo ponendi
animam meam et iterum sumendi eam, vel domini vite et domini mortis idest habet potestatem
vite et mortis. Sap. xvi tu domine vite et mortis habes potestatem, et est exitus
mortis idest exitus ab hac vita per mortem. Verumtamen deus confringet capita
inimicorum suorum verticem capilli perambulantium in delictis suis. Ad literam
hic ostendit adversariorum fidei deiectionem et Romanorum exaltacionem. Et dicit verumtamen deus
confringet capita inimicorum quasi diceret communis deus velit omnes salvos fieri, tamen ipse
capita inimicorum suorum et malignorum spirituum potestatem confringet iuxta ordinem
sue iusticie, et etiam sic fuerunt principes sacerdotum et verticem capilli perambulantium
in delictis suis idest civitatem que erat capitale regni iudeorum.
Et dicit verticem capilli idest capillorum quia propter muros et turres eam circumdantes
videbatur inexpugnabilis sicut vertex capillorum videtur fortis et tamen fuit
invasa et destructa a romanis propter peccata iudeorum et eorum inhabitancium. Aliter
sic hic post adversariorum Christi deiectionem. Et dicit communis deus vult omnes salvos
fieri, veruntamen confringet capita idest potestatem inimicorum suorum et superbiam iudeorum propter
contemptum conculcabit ad penam vel ad dampnacionem secundum ordinem iusticie,
vel capita idest potestatem inimicorum suorum idest malorum spirituum confringet idest destruet.
Vel sic verumtamen deus communis impotens in sua passione videbatur, tamen confringet
capita idest qui sunt superiores et potestates inter suos inimicos tamquam capita po-
puli confringet eos vel per penam conculcando vel eternaliter dampnando. verticem
capilli idest summum principem ipsorum confringet etiam et omnium suorum inimicorum per-
ambulantium in delictis suis idest non cessantium sed perseverancium in suis peccatis
confringet eos ad penam conculcando vel finaliter dampnando. Eccl. xxiii
superborum et sublimium colla propria virtute calcavit. Vel sic verticem capilli
idest superbos gloriantes de suis diviciis et bonis temporalibus confringet idest concul-
cabit in presenti vita vel in futura. Ysa. ii conculcabit altitudo virorum.
Vel in vertice notatur superbia sed in capillis qui nascuntur ex superfluo notatur
temporalis habundancia. Superbia quod de temporali habundancia quasi vertex capilli con-
culcabit. Ysa. ii conculcabit. Dixit dominus ex basan convertam, convertam
in profundum maris. Ad literam ad intellectum sensum quod videatur in qua metro-
polis erat ierusalem est sita ex una parte secundum iordanem fluvium iuxta que
est terra basan et ex alio latere secundum mare mediterraneum. Vespasianus
missus a Nerone contra iudeos aggravavit sibi exercitum ex utroque latere

scilicet per terram basan et per mare. Et hoc est quod dicit: Dixit dominus, quasi ex divina
dispositione facta est destructio iudee in vltionem mortis christi. Sic dicitur luce
xix. Ex basan convertam, convertam in profundum maris, id est conversam exitum contra
iudeam ex parte terre basan et ex parte maris. Aliter legitur sic: Gregorius presul
mirabilem adversariorum hic ponit consimilem conversionem quorundam peccatorum supplici-
um et obstinatorum. Et dicit: dominus dixit, id est ab eterno predinavit cuius veritate
ordinata in revelat propheta: Audiam quid loquatur in me dominus etc. Vel dixit, id est
fecit: convertam ad me peccatores ex basan, id est ex confusione peccati. [illegible]
est confusio adducens ignominiam. Vel ex basan, id est aliquos ex mundi-
cordibus? significatur per basan quod interpretatur [illegible] convenientes. Et aliquos ex superbis
qui similiter etiam per basan quod alio nomine interpretatur pinguedo inflans. Et aliquos
ex avaris qui significantur per basan quod interpretatur siccitas, quia sunt sicut? et ali-
quos ex luxuriosis qui etiam significantur per basan quod interpretatur confusio. Et con-
vertam in profundum maris, id est demissos in profundum amaritudinis indi-
e penitentie. Vel in profundum maris, id est in profundum amaritudinis penitentie sicut
fecit in matheo. Matthei ix. Et in maria magdalena. Luce vij. Et in
paulo. Actuum ix. Et in latrone suspenso. Luce xxiij. Unde dicitur Ecclesiastici v: qui cir-
cumdedit? deletum suffragium? [illegible] et gratia. Vel sic dixit dominus: convertam
ad me ex basan, id est aliquos ex peccatoribus avaris, superbis et luxuriosis.
Convertam alios in profundum maris, id est in profundum abyssi amaritudinis
fletum? Pro convertantur peccatores in infinitum etc. Alia littera habet: convertar ad eos
ad basan convertar etc. ut intimatur sensus. Deus enim ad nos convertitur et quando
nos convertit ad se. Idem. Ut intingatur pes tuus in sanguine
et lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Ad literam quia in destructione
iherusalem tanta fuit occisio iudeorum quod pedes ambulantium tingebantur
in sanguine et canes secundum suum appetitum potabant sanguinem occisorum. Sanguine
quia vindictas eterna misera sunt occisi. Ut dicit iosephus. Aliter legitur sic:
hoc dicit quod quidam ex infidelibus ad fidem exposuerunt se morti usque ad
mortem pro christo. Et dicit: ut dicit convertam ex basan, id est ex infidelibus ad me,
ita ut pes tuus, id est sanctus et iustus qui portat te in corde suo et no-
men tuum coram gentibus, intingatur in sanguine pro martirum suffermedo? Act. ix.
Vas electionis est mihi iste ut portet nomen meum coram regibus et principibus.
Iste fuit intinctus in proprio sanguine. ij Cor. xi. Ter virgis cesus sum,
semel lapidatus, et tandem sub nerone decollatus. Nota talis pes
debet lavari butiro devocionis. Iob xxix. Lavabam pedes meos butiro. Debet
calciari ereo fortitudinis. Eph. vi. Calciati pedes in preparatione evangelii.
Debet ungi oleo pietatis. Deut. xxxiij. Benedictus in filiis tin-
geris? in oleo pedem suum. Debet intingi in sanguine pro passionis. Vel in
sanguine sui redemptoris ut hic. Et lingua, id est doctor tuorum canum, id est
predicatorum ex inimicis ab ipso, id est per ipsum ad fidem conversis. Vel ab
ipso deo quia hoc fuit quod dicitur: quidam conversi ex gentibus ad fidem fude-
runt sanguinem proprium in passione. Alii vero facti sunt doctores et predicatores
ex inimicis ad fidem conversis. Viderunt ingressus tuos deus, ingressus
dei mei regis mei qui est in sancto. Ad literam hic subdit causam occisionis
iudeorum et dicit: viderunt ingressus tuos etc. Iudei enim viderant processum christi
per terram eorum predicando, miracula faciendo. Et ideo erant magis puniendi,
tamquam excusationem sui sceleris non habentes. Io. xv. Si opera non fecissem
in eis que nemo alius fecit, peccatum non haberent etc. Vel sic: non

vemissem et locutus eis non fuissem peccatum non haberent nunc autem ex-
cusationem non habent de peccato suo / Ingressus dei mei regis mei / in hon-
festa gestiuit deitate xpi et humanitatem quam est in sancto .i. in celo cir-
cumdato sanctis angelis et spiritibus apparato / Alia lectio sic hic post vocationem a-
gnitionem gentium inducta Et dicit quia post finem meum tui et iam gentes ad
fidem viderunt .i. crediderunt vel per fidem cognouerunt ad predicationem
tuorum discipulorum ingressus tuos deus quos fecisti primo ingressum in vtero
virginis sine corruptione virginali / Eze xliiij porta hec .i. virgo ma-
ria clausa erit et non transibit per eam vir dominus enim ingredietur per eam
Secundo viderunt .i. crediderunt ingressum tuum deus in mundum sine inquinatione
Ysa xix ascendet dominus super nubem leuem et ingredietur egyptum / Tercio
viderunt .i. crediderunt ingressum tuum deus in celum per virtutem / Act primo
Eleuatis manibus ferebatur in celum / Ps ingrediar locum admirabilis
tabernaculi / Quarto viderunt .i. cognouerunt ingressum tuum deus in mentem hom-
inum per inspirationem vel gratiam / Apoc iij ego sto ad hostium et pulso
si quis aperuerit mihi intrabo ad eum / Dei mei per creationem / Deut
xxxij nonne ipse est deus tuus qui possedit et creauit te / Regis mei
per gubernationem / Apoc xix Rex regum et dominus dominantium / qui est in
sancto .i. in quolibet iusto per gratie infusionem / prima Cor xj an nescitis
quia membra vestra templa sunt spiritus sancti qui habitat in vobis / Pre-
uenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum
ad literam hic post victoriam laudatur que processit non ex zelo mundi
sed diuine iusticie / Et dicit preuenerunt bene quia antequam venirent Romani
destruere ierusalem et terram in circuitu xpiani ibidem existentes mortui aut
transierunt in regionem agrippe quod erat confederatum romanis / Et hic est quod
preuenerunt principes .i. apostoli et alii principales inter xpianos quia sic deum
preuenerunt destructionem terre inde recedendo et ad regnum agrippe transeundo
ibi cum aliis fidelibus insistebant diuinis laudibus coniuncti
psallentibus iuuencularum tympanistriarum .i. virginum deuotarum quia a primo ecclesie
fuerunt alique virgines deo consecrate sicut sancta regula et plures alie
Et nominantur tympanistrie non quia vterentur tympanis materialibus sed quia cum a-
insistebant laudibus diuinis / Et sic Augustinus beata virgo nominatur tympanistria
quia dixit / Magnificat anima mea etc / Alia lectio sic hic dicit intrinsece conuersio
maiorum et minorum in vtroque sexu / Et dicit per quam conuersi ad fidem viderunt
ingressus dei .i. crediderunt eius incarnationem et natiuitatem etc / tunc principes
.i. apostoli totius ecclesie tanquam primates et viri predicatores per predicationem e-
orum exempli conuersionem / Luc x misit eos binos ante faciem suam / coniuncti
psallentibus .i. cum aliis conuersis subditis et coniunctis ipsis apostolis per fidem
et viuentis caritatem et per bonum opus et per laudes diuinas / Colos iij can-
tantes et psallentes in cordibus vestris deo / existentes in medio iuuencularum
tympanistriarum .i. puellarum seu mulierum deuotarum laudibus diuinis cum ipsis
apostolis insistentium de quarum numero virgo maria fuit tympanistria principalis
que cantabat dicens magnificat anima mea dominum etc / Vel sic existens in medio
iuuencularum eas docendo corrigendo et informando tympanistriarum .i. in
tympanis deo iubilantium / Exo xv maria soror moysi sumpsit tympanum
in manu sua dicens sunt mulieres cum ea / Vel sic in medio iuuencularum
.i. animarum nouiter ad fidem et ad amorem dei conuersarum / Cant primo adole-
scentule dilexerunt te nimis / tympanistriarum .i. carnem suam propter de-

amorē in

amorem maceratum et mortificatum quia pellis non sonat nisi prius mace-
ratum amisit et si nimis tenditur corrumpitur. sic quis carnem suam discrete
extendit in prima parte placet deo quod prelati et predicatores debent esse
in medio penitentium carnem suam cum ipsis maceratum et domatum. unde
apostolus castigo corpus meum etc. In ecclesiis benedicite deo domino de fontibus israel
ad Ro xv hoc dicit quia apostoli et primi discipuli qui fuerunt de populo israel ut patet
ex evangeliis et ab istis temporibus a fontibus originata est devocio laudis in ecclesiis
Alia lectio sic hic dicit dilataciones esse per plures particulares ecclesias et dicit
benedicite laudes decantando et gracias agendo deo scilicet creatori. Glosa cui debetur
latria / domino gubernatori cui debetur dulia in ecclesiis singulis de fontibus
israel id est de doctrina fontium israel potestis id est informati per doctrinam apostolorum et
aliorum christi discipulorum ad bonum domino deo Ysa xii haurietis aquas de fonti-
bus salvatoris. Nota dulia tamen dupliciter uno modo secundum quandam analogiam et est
honor impensus cuilibet superiori sive deo sive homini et bene dominium
quod domini in [illegible] convenit creatori et creature et sic est genus ad latria
et sic est in glosa huius [illegible] Alio modo capitur proprie et sic soli deo convenit et non
creature. Ibi beniamin adolescentulus in mentis excessu. Ad Ro ubi
beniamin id est paulus qui fuit de tribu beniamin Ro xi quod conversus ad fidem
iunxit se cum aliis fidelibus dicitur ix adolescentulus quia secundum veritatem adhuc
erat adolescens quando fuit conversus unde dicitur act vii testes deposuerunt vesti-
menta secus pedes adolescentis etc et cito post hoc fuit conversus. vel dicitur adolescentulus
quia inter apostolos fuit ultimo ad fidem vocatus. in mentis excessu quia fuit raptus
usque ad tercium celum. ad corinthios xii. Alia lectio sic hic specialiter agit de do-
ctoribus et post describit paulum a duobus a [illegible] [illegible] et sublimi-
tate contemplacionis et dicit ibi id est in ecclesiis inter fontes israel id est inter apostolos beniamin id est
i paulus de tribu beniamin natus ultimus inter apostolos vocatus sicut benia-
min fuit ultimus fratribus in filiis israel. Ro xi ego israelita sum de tribu
beniamin. adolescentulus id est [illegible] adolescens Corinthios xv ego sum
minimus apostolorum. in mentis excessu quando fuit raptus ad tercium celum. Actus
vi etiam alias fuit in excessu contemplacionis Ro v sive mente excedimus
sive sobrii sumus nobis. Principes iuda duces eorum principes zabulon
principes neptalim. Ad Ro xv [illegible] fuit de tribu iuda secundum carnem Ro
post et per quos iacobus et iohannes simon et iudas et iacobus minor eius
cognati fuerunt de eadem tribu. vel isti fuerunt cum aliis apostolis duces eorum
In textu hebreo habetur principes iuda in purpura sua quia post christum susti-
nuerunt martirium suo sanguine purpurati. principes zabulon et principes
neptalim isti due tribus acceperunt sortes suas pro maiori parte in galilea
ut in Josue de qua fuerunt plures discipuli christi unde vocabantur galilei
act post et sic de tribu zabulon et neptalim fuerunt ibi aliqui. Alia lectio sic
hic dicit de qua tribu fuerunt alii apostoli et dicit principes id est apostoli iuda id est de
tribu iuda nati scilicet iacobus iohannes filii zebedei iacobus alphei et iu-
das frater eius et simon chananeus. isti omnes de tribu iuda nati et a christo
principes constituti. ps constitues eos principes super omnem terram. princi-
pes id est omnes apostoli zabulon id est de terra et tribu zabulon nati. principes ne-
ptalim id est de terra et tribu neptalim nati ut petrus andreas philippus bar-
tholomeus et mattheus. Ysa ix primo tempore alleviata est terra zabulon et
terra neptalim scilicet a peccatis suis quia ex ea fuerunt apostoli electi ut habetur
mat iiii. luc v. isti tamen nominati apostoli sunt duces eorum id est populorum
Nota iuda dicitur confessio hec est omnium prima [illegible] quia in ecclesia principaliter

Zabulon dr habitaculum fortitudinis, per hoc enim valet fides sua fortitudine
que in spe tribulationis deficeret. Luc. vii. qui ad tempus credunt et in tempore temptationis
recedunt. Neptalim dr latitudo que per tribulationes devictas scilicet latitudo
i. leticia cordis. Manda deus virtuti tue confirma hoc deus quod operatus es
in nobis. Ad literam verbum est psalte loquentis in persona primitive ecclesie. Et e
sensus manda deus virtuti tue i. potestati angelice que tua mandata exequitur
scilicet ut purgat nos quod tunc fuit factum, quia sic dictum est ecclesia fidelium mortu
angelice transivit ad agrippe regnum tanquam ad locum securum. Ibi tunc petrus
fuit eductus de carcere per angelum. Act. xii. confirma hoc deus quod operatus
es in nobis nos docendo et errores tua manifestando et spiritum sanctum nobis mitte
do. Alie le. sic exponit orat pro ecclesia dilatanda et in bono confirmanda
et dicit manda deus pater virtuti tue i. notifica mundo filium tuum. Pe. Ecce
predicamus Christum dei virtutem. quod factum est. Mat. iii. hic est filius meus dil
ps. qui illuc mandat dominus benedictionem. vel sic manda virtuti tue i. mitte
spiritum sanctum ad purgandum corda peccatorum et incendendum in amore tuo ut
dilatetur ecclesia fidelium. vel manda virtuti tue i. congregationi apostolorum dando
eis virtutem spiritus sancti predicare et infideles et peccatores convertere. Mat. ult. Illi
autem profecti predicaverunt ubique domino cooperante. Confirma hoc deus quod
operatus es in nobis scilicet fidem acceptam et baptismum gratiam sanctitatem doctrine
bonum conversionis et gratiam salutis. Ps. pe. vlt. deus ipse perficiet confir
mabit solidabit que. Augustinus manda dando confirmando. A templo
sancto tuo in ierusalem tibi offerent reges munera. Ad literam que in illo te
plo Christus frequenter docuit in monte etiam syon in quo erat templum
super apostolos et super alios discipulos spiritum sanctum misit. Ut dicit Jo. tibi o
fferent reges munera. per hoc enim quod Christus apostolos et alios discipulos sic
confirmavit quod constanter fidem predicaverunt per orbe multi reges conversi de
derunt multa et magna munera ad constructionem ecclesiarum et sustentationem
pauperum Christianorum. Alie le. sic exponit omnibus decorum totum devotionis ecclesie
et dicit confirma deus quod operatus es in nobis incipiens a templo tuo in
ierusalem. Ibi enim Christus incepit docere et inde diffusa est doctrina per totum
mundum. Vel sic reges offerent tibi munera. Mat. ii. obtulerunt ei mu
nera aurum thus et mirram. vel reges i. iusti qui se regere noverunt
offerent tibi munera i. devota sacrificia incipiendo a templo tuo in ier
spirituali i. in ecclesia per totum mundum diffusa. Malachie i. In omni loco sacri
ficatur et offertur mea oblatio nomini meo. et non intelligit de illa
ierusalem que ascendit. Increpa feras arundinis congregatio
taurorum in vaccis populorum ut excludant eos qui probati sunt argento.
Ad literam que prophetia precludit constantinum imperatorem post multa stragem
Christianorum adeo lepra percutiendum et a petro et paulo in sompnis et sic ad
fidem convertendum ut habetur in gestis sancti Silvestri. Eo dicit congregatio
taurorum i. principes romani qui vocati sunt fere propter crudelitatem
sunt congregatio taurorum in vaccis populorum. comparantur enim tauris domesticis
qui nutriuntur per hoc quod dicit in vaccis populorum quia tauri indomiti non
sunt sic congregati cum vaccis hominum. Ro. que non solum conabantur subvertere
Christianos per tormenta tanquam fere, sed etiam per blandimenta tanquam
tauri domestici promittendo eis honores divitias et filias si vel
lent recedere a fide Christiana ut in gestis martyrum. Eo sequitur ut excludantur
a veritate fidei eos qui probati sunt argento i. magis probati sunt in fide

qui argentum in fornace. Alia littera sic habet orat pro dissipacione ecclesie
inimicorum si noluerint converti. Et dicit Confirma deus quod operatus es in nobis
et increpa id est corripe per tuos doctores et predicatores. feras id est here-
ticos et principes crudeles qui conantur tuos fideles avertere a fide per
tormenta et per blandimenta et que sunt fere simplices tuos devorare ut de-
struant qui contra pugnant tamquam canes domesticos id est contra doctores bonos
et sunt quasi fere. arundinis scripturam sacram putentes que solet scribi ca-
lamo arundineo. vel quia sunt instabiles ut arundo que movetur ad omnem ventum
... Indocti et instabiles depravant scripturam ad suam ipsorum per-
dicionem. hos increpa ut desistant. Naum post increpabis mare et exsiccabis
illud. vel feras arundinis id est hypocritas qui sunt ab extra plani id est simpli-
ces et devoti apparentes sicut arundo. Intus vero vacui a veritate et boni-
tate sunt sicut fere id est lupi rapaces Matthei. Attendite a falsis prophetis etc. Con-
gregacio taurorum id est conspiracio viciosorum se iustos simulancium et veritatem
impugnancium ut sunt Zophiste. sunt in vaccis populorum id est inter mulierculas et
viduas populorum vel inter vaccas id est alias bestias id est inter molles et effeminatos
id est inter pusillos vel pusillanimes qui sunt in fide instabiles. ut exclu-
dant id est amoveant ab eis id est a simplicibus et maxime a matronis et mu-
lieribus eos id est predicatores veros qui sunt probati argento id est in sacro elo-
quio. Secunda ad Timotheum iii. Ex hiis sunt qui penetrant domos et captivas du-
cunt mulierculas. ut excludant id est manifestos faciant eos qui probati sunt
argento id est in sacro eloquio. Prima Corinthiorum xi. Oportet hereses esse ut qui sunt
probati manifesti fiant. Sic enim probi milites probantur et manifestantur
in expugnatione adversariorum. Dissipa gentes que bella volunt. Venient
legati ex egipto ethiopia preveniet manus eius deo. Ad litteram iste
gentes sunt Romani qui per bella totum orbem sibi subiugaverunt. veni-
ent legati ex egipto. hoc patet exemplum de philone qui cum sociis suis
de allexandria egipti fuit missus legatus ad imperatorem claudium et
contraxit familiaritatem cum petro apostolo rome existenti et revertens allexa-
driam ecclesiam sancti marci consecratam honoravit et in libris suis magnifice
commendavit prout scribitur in libro illustrium virorum. Ethiopia preveniet
manus eius deo. Ethiopia enim est iuxta egiptum et citius et velocius fuit ad
Christum conversa quam egiptus per beatum matheum apostolum qui veniens ad illam
provinciam baptizavit regem et eius filiam et Epigeniam deo consecravit. Et hoc
est quod dicit Ethiopia preveniet egiptum manus eius deo id est dare deo manus
per confederationem ad Christum dicitur ethiopia. Alia littera sic habet petit quod dissipentur
illi qui sunt obstinati et rebelles ecclesie. Et dicit dissipa domine id est disperge gen-
tes adversantes fidei que bella volunt id est que non correctionem sed contentionem
intendunt. Genesis xlix. Symeon et levi fratres vasa iniquitatis bellancia.
Vel sic dissipa id est disperge gentes que bellare volunt id est omnes qui excitant
contentiones et lites inter proximos sicut advocati et spiritualitates inter carnem
et spiritum. et demones inter homines et deum. Job. qui dissipat cogitaciones
malignorum ne possint implere manus eorum que ceperant. Venient legati
id est predicatores et prelati ad corrigendum et ad reconciliandum deo. ex
egipto id est de tenebris peccatorum et angustia huius mundi. Sic paulus matheus
petrus. Augustinus de quo cantatur qui de tenebris gentium lumen ecclesie sue
vocavit augustinum. Secunda Corinthiorum v. Pro Christo legatione fungimur. Ethiopia
id est gens peccatis denigrata et horrida ad predicacionem legatorum mota
et conversa preveniet per penitentiam se affligendo. manus eius id est dei preveniet

q aut homo punit p se suu petm aut deus p̃a cor v Si nosmetips
diiudicaremus ... deo ... punendo vel sic ethiopia fide adherens deo
veniet manus eius s ethiopie i opa sua p fidem / fides enim deb
p̃cede bona opa hebr xi sine fide impossibile est / vel sic ethiopia i
gentilitas adherens deo preveniet manus eius s egipti i ipsi iudaici
gentiles p̃venerunt iudeos ad fidem et ad bona opa Ro xi cecitas ex
ex pte in isrl ut plenitudo gentiu intraret alia lra est ethiopia p
stinat manus dare deo p reconciliacois fedus Regna terre cantate deo
psallite dno glo lucam hic invitat homines ad psallendu deo ascen
Et dr Regna terre i homines habitantes in omnibus regnis terre cantate deo
ipm devote laudando alr le sic hic invitat oia regna ad laude
ore et ope Et dr regna terre quecumque generale i homines habitantes in omnib
regnis terre / cantate letanter deo specialr / psallite manifestando bonis
opibus dno i ad honore dni Iudith xv modulamini in psalmis p̃a co
xiiii psallam spu psallam et mente Psallite deo qui ascendit sup celos
celi ad oriente glo lucam i ad extremitate celi empirei q est ext
sub inf celos ad oriente q xc ascendens in celu ascendit de monte o
liveti ut habetur act p̃o qui mons e in orientali pte urbis iherlm in
qua completu fuit misteriu redempcionis humane alr le sic prius
narrat de victoe xpi hic pmittit xpm ad iudiciu venturu Et p
narrat de pona ascen / 2o venturu ad iudiciu Et dr psallite deo
i bn opando ad honore dei qui ascendit sup celos celi s supius
gtentiva i sup omne creatura usque ad potestate bona patris eph iiii
ipe e qui ascendit sup omnes celos ut ad impleret oia / ad oriente
i ad montem oliveti qui e ad oriente ihrlm actu viii et act p
vel ad oriente i faciendo nobis oriri graciam dei tanqua solem p̃a p
2 lucifer oriatur in cordibus vris Ecce dabit voci sue voce virt
date gloriam deo sup isrl magnificencia eius et virtus eius in nubibus glo
lucam hic expo de voce qua xc suscitabit mortuos a sepulcris in
finali iudicio sed ut conveniet lra pcedentibus est expom de voce pdi
cacois aplorum et alior xi discipulor quibus xc ascendens pcepit pdicac
p orbem cunctum mr vlt Euntes in mundu universu pdicate evangm omni crea
ture hinc voci que dr vox xpi eo q fuit de eius mandato dedit vo
cem virtutis confirmando pdicacoem eorum miraculis un ibidem subdr illi
aut pfecti pdicaverunt ubique dno et sermone confirmante sequentibus signis
date gloriam deo sup isrl i pro bona que fecit isrl p quo notatur ppls
xpianus cui sca sunt beneficia pdicta Ro io no enim qui in manifesto
iudeus e neque que in manifesto in carne e circumcisio / sed q in abscondito
iudeus e et circumcisio cordis in spu et magnificencia eius et virtus eius in
nubibus i in aplis et aliis discipulis ad pdicandum missis ysa lx
qui sunt hii qui ut nubes volant et Ex istis nubibus presserunt
pluvie sce doctrine deuto xxxii concrescat in pluvia doctrina mea
et tonitrua comminando errore demonum et iudeorum et coruscaciones
miraculorum alr le sic hic agitur de potencia xpi venturi ad iudiciu
ubi erit suscitacio generalis mortuorum et sublimacio electorum Et dr ecce
in est in aperto et q pnus q dabit voci sue voce virtutis i ondet
potencia sua voce esse magne virtutis et potencie q vocabit mortuos
ad iudiciu et resurgent 1 thes iiii dns in iussu et in voce archangli
et in tuba dei descendet de celo et mortui q in xo resurgent primi ps
vox dni in virtute vox dni in magnificencia / ideo date gloriam deo

no ydolis no hominu vano / ps date gloriam laudi eius / magnificencia
eius super israel & super omnes qui tunc erunt veri israelite deum videntes &
eius gloriam aperte speculantes / ps Jo ij videbimus eum sicuti est / et virtus
eius s. apparebit in nubibus in quibus veniet ad iudicium / vel in nubibus
i in popl vel et electis cum xpo venientibus ut secum iudicent / luc xxj tunc
videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cum virtute magna & maie-
state / vel in nubibus i cum apostolis / ysa iij dns ad iudicium veniet cum se-
noribus populi / ysa lx qui sunt hii qui ut nubes volant / Mirabilis deus
in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi sue bn-
dictus deus / glo luc mirabilis deus i sanctis suis quia per eos facit mira-
bilia cecos illuminando leprosos mundando mortuos suscitando etc / deus
israel i populi videntis deum per fidem i populi xpiani / ipse dabit virtutem i pota-
tem suis discipulis ad faciendum miracula & fortitudinem ad tolerandum
gravia tormenta illata plebi sue a populo iudeo quod benedictus sit deus ex
talibus donis · & postea multa beneficia in scla seculorum / glo le sic hic post
admiracione magne magnificentie dei est dicit mirabilis deus in sanctis preparare
predestinando istos & non alios / mirabilis in vocando quia etiam desperatos
vocat ut matheum & paulum / mirabilis i iustificando quia tam grauitas in-
stificat ut maria magdalena / mirabilis i magnificando quia de pisca-
tore pauperem ipsum fecit pontificem / de latrone suspenso fecit seruum celico-
lam / de persecutore ecclesie fecit precipuum predicatorem / de theolonario prin-
cipem fecit euangelistam / mirabilis in flagellando quia inimicos flagellat amicos su-
os / mirabilis i glorificando quia glorificat pauperes & despectos i hoc
modo / ysa lx tunc videbis & affluebis & mirabitur & dilatabitur cor tuum
quando conversa fuerit ad te multitudo ad finem vltimum & optimum mundi ad maris
/ ipse deus israel dabit scilicet in vere virtute anime / Tullius virtus est habitus ani-
mi consitute / & fortitudinem corporis / in anima erit visio sine obumbratione
delectacio sine mestitudine leticia sine amissione in corpore agilitas sine
ponderositate claritas sine difformitate subtilitas sine ruditate
impassibilitas sine fine & sine penalitate / j ad cor xv seminatur
in infirmitate surget in virtute / & hoc plebi sue & sanctis suis vel
etiam in presenti dabit virtutem ad faciendum bonum & fortitudinem ad sustine-
dum malum & hoc non tamen regibus & consulibus sed plebi sue i vilificate
a mundo & contempte / ysa xl qui dat lasso virtutem & hiis qui non sunt
fortitudinem & robur multiplicat / & propter hec bona benedictus dns a populo
suo qui est benedictus in secula ab eterno & usque in eternum amen / Oracio
/ Cenator dne qui iustis spirituale epulum tribuis & facis eos in leticia
delectari / concede quesumus gregi tuo mortem tuam intelligere te quia triumphato-
rem mortis sedentem patris ad dexteram confiteri / Invocavit

S alvum me fac deus quoniam intraverunt aque usque ad animam lxviij
meam / glo luc Titulus in hebreo ad victoriam super
rosas david / per hoc quod dicit ad victoriam ostenditur conatus
levitarum in cantando / per rosas intelliguntur filii israel qui
fuerunt populus adeo electus / cas ps david providens captiui-
tatem filiorum israel in babilonia vel etiam istam in qua nunc
sunt composuit hunc psalmum pro liberacione eorum / vel potius
/ glo luc iste ps loquitur de passione xpi & de membris eius / vnde augus-
tinus dicit de hoc psalmo quod hic xpus loquitur quod dubitare non permittimur quia
apostoli loquentes de xpo dederunt testimonium ex isto psalmo / dicentes

zelus domus tue. Et dividitur. primo petit xpc a penis liberari 2o predicit uin-
dictam punicionem ibi fiat mensa eorum. 3o convertit se ad dei laudacionem. i. lau-
dabo. primo dicit salvum me fac deus scilicet penis illatis. quoniam intraverunt
aque usque ad animam meam. per aquas intelliguntur persecutores seu persecuciones
Ysa viii adducet super eos dominus aquas fortes et multas. et c. aque in-
traverunt usque ad animam xpi i. usque ad separacionem anime a corpore eius etiam per
stephanum et iacobum et plures alios occiderunt Glosa lira sic. In finem p-
fine pro hiis qui commutabuntur xpi david. i. iste psalmus ordinatus nos in
finem vivum attendendi et considerandi xpum quanta passus est. vel in fine i. in prin-
cipium. unde quem finem possumus nos peccatores expectare dum morientem xpum
tanta legimus esse passum. Dicitur pro hiis i. agens de hiis et de tali mutacione
eorum i. de passione xpi qui commutabuntur de malo in bonum de bono
in melius etc. iste psalmus convenit david i. xpo ipso Glosa huius psalmi de operacione xpi
peroravit orata pro ecclesia sua. et fructu sequente virtute passionis sue i.
intencio ut fideles oculum ad passionem xpi laboremus ut veniremus cum xpo
ipso in gloria Et dividitur primo orat xpc pro liberacione sua et inimicorum devictione
2o narrat beneficia ex passione subsecuta ibi Ego sum pauper et dolens.
primo dicit xpus scilicet quod ego Salvum me fac deus scilicet et salvus ero Le xvii
Salvum me fac deus et salvus ero. hic confunditur quanta superbia non sup-
plicat peccator ut salvetur morientis supplicat ut salvetur Glosa primo ipse sal-
vum faciet populum suum a peccatis eorum. quoniam aque i. tribulaciones et passiones et perse-
cuciones Lucam viii aque multe non potuerunt extinguere caritatem. intraverunt
usque ad animam meam i. usque ad separacionem anime a corpore. quod dicit non solum extitit
in carne sed etiam intus in corde et in anima viriliter passus sum Math. xxvi
Tristis est anima mea usque ad mortem Ione 2o circumdederunt me aque usque
usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi et non est substancia ad
literam hoc potest intelligi de ipso capite Ione sue sepulture qua fuit
situs iuxta literam Similiter de fidelibus suis quorum multi fuerunt fixi in me-
mbris velud Act viii Et non est substancia i. divicie quia xpc etiam propriis vestibus
fuit spoliatus et positus in cruce. vel aliter et non est substancia i. vita subsistens
in corpore mortuo et sepulto. et loquitur de virtute multi et non dimidia quod non fui
a corpore sociata vel separata Glosa lira sic hic allegat mali gravitatem
et evadendi esse impossibilitatem. Et dicit Infixus sum i. detentus sum in limo profundi
i. a perfido populo iudeorum qui totus literaliter intendebat et est deditus Le xxxvii
Miserunt Ieremiam in lacum cisterne ubi erat limus et non est substancia i. vita eva-
dendi a tanta tribulacione scilicet tractando Glosa Cassiodorus Crucifixus est in iure generali videtur
et non est terminus vite evadendi mortiferam passionem Math xxvi Quando
quidem propterea est turba aut infirma. vel sic non est substancia i. stabilitas vi-
Veni in altitudinem maris et tempestas demersit me Ad literam per in
altitudinem maris i. in profundum persecucionis que nomine aquarum designantur
ut supra dictum est. quia sicut aquarum congregacio mare vocatur in scriptura
Et tempestas demersit me i. acerbitas passionis ex qua dimisit in cruce et c.
Glosa lira sic hic dicit quod voluntarie ad tribulacionem accessit et impleverit eam
quod voluit Et dedit figuram Ione se figurando Et dicit veni non coa-
ctus per invictus sed voluntarius in altitudinem maris i. in profundum tribula-
cionis et amaritudinis Ione primo mitte me in mare propter me enim orta
est tempestas Et tempestas i. scelus et crucifixio iudeorum demersit me
i. suspendit in patibulo et demum posuit in sepulcro Ione primo sic est

tempestas magna in mari Tempestas enim magna est que subvertit
impium sed maior que subvertit iustum sed maxima que subvertit dei
filium sed sicut impii impenitentes xpm tempestaverunt ita ipse eos tem-
pestabit in fine Navem petri dominus in tempestate et turbine veniet La-
boravi clamans rauce facte sunt fauces mee Ad literam laboravi cla-
mans in cruce qui voce magna clamans emisit spiritum Mat xxvii Rau-
ce facte sunt fauces mee raucedo enim causatur ex desiccatione humorum
in faucibus et arteriis xpus autem in passione multos humores emisit
de corpore utpote in sanguineo sudore Luc xxii in flagellacione
in spinee corone posicione et in manuum et pedum transfixione Alle-
gorice sic hic ostenditur labor in convertendo malos ad bonum et laboris magnitu-
dinem Et dicit laboravi clamans modo in predicatione Jo vii Stabat ihesus
et clamabat siquis sitit veniat ad me et bibat clamabat in miraculo
et operatione Jo xi clamat voce magna lazare veni foras modo
in oratione hebr v In diebus carnis sue preces supplicationesque ad deum
qui posset illum salvum facere a morte cum clamore valido et lacrimis
offerens exauditus est pro sua reverentia modo clamabat in passione
voce magna et emisit spiritum Luc xxiii clamans voce magna dixit
pater in manus tuas commendo spiritum meum et hoc dicens expiravit Rauce facte
sunt fauces mee propter exsiccationem humoris et sanguinis effusionem vel propter
magnitudinem doloris et amoris sicut gallina que propter amorem pullorum
efficitur rauca vel raucus dicitur fuisse quia ab impiis obstinatis non fuit
exauditus sicut raucus non auditur a longinquis Defecerunt oculi mei dum
spero in deum meum Ad literam quia oculi eius corporales in morte fuerunt
extincti dum spero in deum meum quia certitudinaliter expectabat gloriam
sui corporis in resurrectione que facta est dominica tertia Allegorice sic hic tamen mors
cum expectatione premii Et dicit defecerunt oculi mei in morte quia defecit visus
meus dum spero in deum meum de gloria corporis Sed nota quod defici-
entibus oculis corporalibus in capite xpo defecerunt oculi spirituales scilicet apostoli
in corpore mistico qui relicto eo omnes fugerunt Matt xxvi Et sic xpus
laborat in bona operatione clamat in summa predicatione raucus
fuit summa dilectione defecerunt oculi eius in passione et speravit de
gloria resurrectionis Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt
me gratis Ad literam hic xpus plangit adversariorum multiplicationem dicens
multiplicati sunt super capillos capitis mei modus est loquendi ad designandum adver-
sariorum multitudinem qui oderunt me gratis id est sine causa cum ipsum debue-
runt eum diligere propter bona que fecerat eis veritatem docendo sanitates
donando et sic de aliis propter quod dixit eis Jo x multa bona opera ostendi
vobis ex patre meo propter quod eorum lapidatis me Isti autem odientes xpm
fuerunt multiplicati quia pharisei ceperunt totum eum odium 20 secte ...
sacerdotes et ultimo populus a sacerdotibus deceptus propter quod petivit liberationem
barrabe et xpi crucifixionem Matt xxvii Allegorice sic hic ostenditur persecutorum
pluralitatem et malignitatem Et dicit salva me domine quia multiplicati sunt super
capillos capitis mei id est quasi innumerabiles Job xxx In multitudine eorum consumitur ve-
stimentum meum id est corpus meum Ps domine quid multiplicati sunt qui tribulant
qui oderunt me gratis id est sine causa et sine meritis meis Tren Venatione
venatione ceperunt me quasi avem inimici mei gratis Jo ait dominus Jo xv
ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est quia odio habuerunt
me gratis Confortati sunt super me qui persecuti sunt inimici mei

nuste que nō rapui tunc exoluebam / Ad lram quia herodes et pilatus
constituerunt eis fauorem / herodes enim illusit eum et spreuit / Luc xxiii Et pilatus
in fauorem iudeorum dedit iniquam sentenciam contra xpm / que nō rapui tunc
exoluebam / Modus est loquendi per quem significatur quod tunc soluit penam pro
peccatis hominum quam ipse nō contraxerat / Alle lr̄ sic hic subditur maligni
persecutores scilicet confortati et letati in malo Et dicit inimici mei inique in corde
qui persequuntur me exterius in opere / iniuste idest sine aliqua racione et causa / Phi
lippe · 2 · Debebat autem iudicari sed iniuste / confortati sunt in mea afflictione per
fauorem pylati et herodis et aliorum consensum / Jer vii Confortati sunt
quod de malo ad malum egressi sunt / Ps xxx Confortamini et estote viri
fortes / que nō rapui / hic dicit quod nō pro se sed pro aliis penam soluit
Et dicit que nō rapui scilicet furtum vel actum tunc idest in mea passione / exoluebam
idest pro aliis satisfeci / sicut pater aliquis soluit precium pro filio factus obligatus
Job xvi Nō peccaui et in amaritudinibus moratur oculus meus / Ysa liii dominus
posuit in eo iniquitates omnium nostrum / Nota dyabolus rapuit iniquitatem in se
fuit dum erat volens quodammodo ascendere ad diuine potencie equalitatem / Ysa
xiiii In celum ascendam super astra celi exaltabo solium meum / Rapuit etiam
homo quantum in se fuit dum erat quod affectauit quodammodo scire consultum
Gen iii Eritis sicut dii scientes bonum et malum / sed xps nō rapuit quia ille
est patri equalis et fuit et erit / Phil 2 Nō rapinam arbitratus est se esse
equalem deo Soluit ergo xps pro homine nō pro demone quia fideiussorem se
constituit in incarnacione et totum soluit in morte Deus tu scis insipi-
enciam meam et delicta mea a te nō sunt abscondita Ad lram hoc nō intelligitur
de persona xpi in qua nulla fuit insipiencia sed omnia sapiencia sed sic passiones
suorum membrorum dicit esse sua / Act ix Saule saule quid me persequeris / Zach
qui tangit vos tangit pupillam oculi mei / et hoc propter connexionem capitis
ad membra / sic insipiencias membrorum suorum dicit esse delicta sua quia pro ipsis
penam portauit et satisfecit sicut homo satisfaciens pro debito alterius
facit quodammodo illud debitum esse suum sicut glossa dicit onus muli et cameli
quod ea onera dicuntur sua solum ad portandum nō quantum ad possessionem et dominium
Et bene dicit delicta mea a te nō sunt abscondita quia delicta eorum qui ea ab-
scondunt nolentes deserere et confiteri xps nō facit sua pro eis satisfaciendo
sed solum delicta eorum qui vere contriti confitentur Alle lr̄ sic hic dicit qui
soluit scilicet ignorancias et culpas Et dicit deus qui nichil ignoras tu scis
insipiencias meas idest meorum quanta indigebant pena purgari / Ps corruptione
[illegible] mee a facie insipiencie mee Et delicta mea idest meorum [illegible]
mea a te nō sunt abscondita quia scis qualis et quanta sit pro eis satisfaccio emen-
Job xxvi Infernus nudus est coram eo et nō est qui exsoluat / Nota insipi-
encia dicitur quantum ad perpetracionem mali sed delictum quantum ad derelictionem boni
vel insipiencia propter defectum cognicionis fidei delictum propter defectum operis boni
2 Cor v Eum qui nō nouerat peccatum pro nobis fecit peccatum idest hostiam pro peccato
ut nos efficeremur iusticia dei in ipso Non erubescant in me qui expe-
ctant te domine domine virtutum Ad lram hic loquitur de sanctis patribus in limbo
saluacionem xpi expectantibus cum magno desiderio Et ideo misit ad eos xps desi-
derans ut esset eis confusio et maxime personis ibidem existentibus qui illa per prophetiam
veniam nunc orat sic xps hoc dubitans se euentu futuro sicut orauit in su-
scitacione lazari qua tamen sciebat certitudinaliter futura / ubi dixit pa-
ter gracias ago tibi quia audisti me ego sciebam quia semper me audis / Jo xi Vel
sic orando ostendebat in se veritatem humane nature in qua minor est patre
Alle lr̄ sic hic orat ut illis sua passio prosit pro quibus soluit et

Orat pro antiquis et modernis et dt domine deus virtutum et domine virtutum non
erubescant in me frustrati sua expectacione / ps. Cor. xv si
xps non resurrexit inanis est predicacio nostra / qui expectant te redemptorem
per fide quam habent de me sic antiqui patres qui me videre non potuerunt
oculo carnis / Luc. x multi reges et prophete voluerunt videre etc. sed bene viderunt
oculo mentis et fidei / Jo. viii abraham pater vester exultavit ut videret diem
meum / nisi qui te expectant non confundantur. Non confundantur super me
qui querunt te deus israel / ad Rom. hic dicit pro apostolis et aliis discipulis
quorum confirmacionem petebat a patre ita quod non erubescerent de xpi confessione
sed magis confiderent quod et factum fuit post missionem spiritus sancti unde dicitur de eis
Act. v Illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine ihesu
contumeliam pati / deus israel i. populi xpiani / alia lectura sic hic iam orat pro modernis
et dt ne confundantur moderni super me morientem in cruce quod fiet si cito a
mortuis non resurgerem qui querunt te affectu vere fidei / affectu caritatis
sinceritate cessu oracionis bone / deus israel i. videncium te per fidem / Amos
v querite me et vivetis et non confundemini / Ro. v omnis qui credit in eum non
confundetur / quia non confundet eum a infidelium insultacionibus nec eternaliter
futuris cruciatibus. Quoniam propter te sustinui obprobrium operuit confusio faciem
meam / ad Rom. hic explicat penas suas in verbis d. quoniam propter te sustinui
obprobrium quia iudei vocabant eum infidelem / et demoniacum et cum
venerit cum vinctum pluribus ducebant contra eum falsum testimonium / Mat. xxvi et
operuit confusio faciem meam quia velantes faciem eius percuciebant eum dicentes
prophetiza nobis quis est qui te percussit etc. / reputaverunt eum sicut peccatorem / Luc.
xxii alia lectura sic quoniam posita est una causa passionis xpi scilicet ini-
quitas hic ponitur alia causa scilicet amor dei et obediencia / et dt quoniam propter te i.
propter tuam voluntatem cum volebam in omnibus obedire sustinui paciencie
et voluntarie obprobrium peccatorum cum dixerunt ecce homo vorax et potator
vini et in belzebub principe demoniorum eicit demonia / demonium
habes / vath qui destruis templum dei etc. lectura v. Certo enim sustinui
propter te obprobrium / Augustinus felix iusticia cuius deus est causa / Mat. xi
ecce homo vorax etc. Luc. xi in belzebub principe demoniorum etc. / Jo. viii
demonium habes / Mat. xxvii vath qui etc. / confusio a blasfemantibus et
velantibus operuit faciem meam / Mar. xiiii velata facie percuciebant eum
dicentes prophetiza quis est etc. / vel confusio sputorum operuit faciem meam / Rom. enim
sunt in se vilia spectant confundimur ad corpus confusione non passionis sed
passionem tuam sustinet paciens si non equo animo tolerandum sunt iniquorum
contumelia et ad honesta tendentem contemptus est. Extraneus factus
sum fratribus meis et peregrinus filiis matris mee / ad Rom. extraneus factus etc.
i. iudeis quos vocat fratres eo quod erat iudeus et peregrinus ad maiorem ex-
pressionem / filiis matris mee scilicet sinagoge et e repetitio eiusdem sententie per
alia verba ad maiorem expressionem / alia lectura sic hic ostendit quod sustinuit a do-
mesticis et cognatis et dt extraneus factus sum fratribus meis i. iudeis qui sunt fratres
mei cognacione / Job xix fratres meos longe fecit a me / Rom. pro filiis
matris mee pugnaverunt contra me sic canes contra virum extraneum / vel sic ex-
traneus factus sum fratribus meis i. apostolis qui relinquentes me in passione
omnes fugierunt / vide in petro art. / nescio hominem / et sic peregrinus quoniam alienus
venit et cito fuisse / filiis matris mee i. sinagoge / Jo. pr. in propria venit
et sui eum non receperunt / vel extraneus refertur ad minorem affectum
peregrinus ad extremam affectum / Luc. xxiiii tu solus peregrinus es in Ierusalem /

Qm zelus domus tue comedit me et obprobria exprobrancium tibi ce
ciderunt super me Ad Roman. Hic ostendit xpc maxime qui de domo dei eiecit ne
gociatores Jo 2 c Nolite facere domum patris mei domum negociacionis.
Et obprobria exprobrancium etc. miracula enim xpi asserebat iudei fieri demonum
Math xii hic non eicit demonia nisi in belzebub principe. q fiebat totum
virtute trinitatis et sic inferebant obprobria patri. Ceciderunt super me quia occasione
miraculorum que xpc faciebat virtute deitatis que est omnibus toti trinitati et
maxime in suscitacione lazari iudei quesierunt occasionem mortis xpi
dicentes quid facimus. quia hic homo multa signa facit Jo x. et hic est quod
ceciderunt super me ad me obruendum in morte sic lapides proiecti in me
tam contra turrim infrangibilem resiliunt cadentes super domum turri
contiguam eam frangentes et destruentes. sic obprobria iudeorum proiecta contra
virtutem deitatis cui nocere non poterant resilierunt super fragilitatem hu
manitatis deitati coniunctam et eam morte obruerunt. Glosa le. sic hic ostendit
vehemenciam amoris que fecit eum sustinere mala usque ad mortem et
bona contra mala reddere. et pro ostendit zelum amoris dicens quoniam zelus i feru
dilectionis domus tue corrigende et eciam congregande. comedit me i. quasi totum
absorbuit q. d. propter feruentem dilectionem quam habui ad domum tuam vole
ns corrigere et congregare passus sum mortem. et hunc zelum ostendit xpc
Jo ii. Et Mat xxi cum facto flagello eiecit vendentes et ementes de tem
plo d. Nolite facere domum patris etc. Zach. pro Zelatus sum syon zelo
zelo meo. vel comedit me i. fuit causa mee consumpcionis et mortis
quia maiorem hac dilectionem nemo habet etc. et obprobria exprobrancium tibi que
dum sic ita fuit mos iudeorum. vel tibi i. deitati tue que est omnibus toti tri
vel tibi i in membris. ceciderunt super me i. super meam humanitatem mor
obruendo super me non super angelum non super hominem alium sed super me
tuum unigenitum filium Job xvi. aperuerunt super me ora sua exprobrantes.

Et operui in ieiunio animam meam et factum est in obprobrium michi. Ad
Roman. xpc ieiunavit .xl. diebus et .xl. noctibus Math iiii et factum est i. obprob
rium quia diabolus ex hac accepit occasionem temptandi xpm et persuadendi ei
ut eum adoraret quod opus reputavit sibi in obprobrium propter quod repulit
eum indignans d. Vade retro sathanas. Glosa le. sic. hic ostendit quod bona que
faciebat inceptabantur in malum. Et ostendit operui hilaritate exterioris animam meam
afflictam ieiunio Math vi cum ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes.
Tu autem cum ieiunas unge caput tuum et faciem tuam lava. vel sic operui
animam meam i. anime virtutem et divinitatem sibi unitam in ieiunio post quod
esurivit et ita non credebat me esse deum. vel sic operui i. afflixi animam
meam i. vitam meam in ieiunio Math iiii cum ieiunasset xl diebus etc. et factum
est in obprobrium michi quia diabolus ex hac accepit occasionem temptandi et persuadendi
ut eum adoraret. vel factum est a prius inceptantibus in obprobrium michi.
Cum enim dicerem sicio. dabant michi acetum. Cassiodorus Boni mali sunt sicut
obprobrium quia eorum sceleribus non assenciunt ipsa lux veritas corruit i. plan
est qui recessit a malo prede patuit. Et posui vestimentum meum cili
cium et factus sum illis in parabolam. Ad Roman. doctores dicunt communiter
quod cilicium hic intelligitur fletus xpi in suscitacione lazari Jo xi ita quod
circumstantes flentes mortuum induebat cilicium sed in veritate quod per cilicium
asperitas vestium xpi cum ei reprobavit mollitiem vestium Math xi Ecce
qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Gratis apparet quod asperis vestibus
utebatur quia cepit facere et docere Act pro. Unde Jo xix dicit quod eius tunica

erat inconsutilis de super contexta per totum / et hoc modo fuit vestes aliquando
et aspere / et factus sum illis in parabola hoc est in derisum quia dicebant de
ipso ecce homo vorax et potator vini etc. [Mat. xi] Alia lectio sic hic ostendit
operacionem boni et operantis derisionem / et dicit qui potencia mea sub humilitate
ieiunii abscondebatur hoc putabant / et posui cilicium / nam humana pena-
lem similem peccati / vestimentum meum id est mee divinitatis quod dicitur caro mea te-
gens divinitatem fuit tanquam cilicium aspera per afflictionem in passione magna
[Apoc. vi] sol est sol sic saccus cilicinus et hoc maxime in passione / vel sic po-
sui cilicium vestimentum meum id est vestimenta mea quibus induebar me non
fuerunt mollia sed aspera / et factus sum illis in parabola scilicet irrisoria vel male-
dictionis quia forte dicebant parabola ista contingat tibi sicut Christo qui est suspensus
et simile habetur [Ier. xxix] ponet te deus sicut sedechiam et sicut achab
quos frixit rex babilonis in igne [Iob xxx] factus sum in derisum et in exem-
plum coram populis / sic qui se affligunt propter penitenciam irridentur ab aliis et vocantur
papelardi vel beghardi. Adversum me loquebantur qui sedebant in porta
et in me psallebant qui bibebant vinum [Ad Ioann.] adversum me loquebantur qui
sedebant in porta id est principes sacerdotum qui eum iudicaverunt morte reum esse
et isti vocantur sedentes in porta duplici de causa / tum quia sedebant supra
portam templi ad docendum populum / tum quia secundum modum iudicum antiquorum ali-
qui sedebant in portis civitatis ad iudicandum populum in quibus causis
romani eum retinuerant sibi causas sanguinis et in me id est de me psal-
lebant derisorie qui bibebant vinum. Refertur enim in quodam libello
hebraico qui intitulatur condempnatus iudicio quod propter verbum salomonis [Prov. xxxi]
date siceram id est potum inebriantem merentibus et vinum hiis qui amaro animo
sunt sapientes iudeorum ordinaverunt quod condempnati ad mortem daretur plenus
ciphus de vino forti ut magis hilariter sustinerent mortem et id vinum fuit
acceptum pro Christo et duobus latronibus cum eo crucifigendis / sed iudei
id vinum acceperunt et biberunt cum derisione Christi / et propter talem derisionem dicitur
hic in me psallebant qui bibebant vinum et loco vini predicti posuerunt ace-
tum ut habetur [Io.] Etiam aliter potest exponi quod de crucifixione Christi facta est de re
insolita vocalis fama sive cantilene derisorie in favorem sacerdotum qui
eius mortem procuraverunt tanquam de falso propheta volente regnare et non poten-
te que decantabantur per tabernas / et sic dicitur in me psallebant etc. / omnes qui
iste pene pertinent ad membra Christi applicari quia propter Christum sustinuerunt opprobria
et confusiones etiam ab inimicis intrinsecis tanquam ab externis affluxerunt se etiam
ieiuniis et aliis et sustinuerunt condempnaciones iniustas a iudicibus / et deri-
siones ab ebriosis et potatoribus ut in multis sanctorum gestis [Alia lectio] sic hic
ostendit Christus a quibus mala paciebatur et in quibus locis quia in plateis et in ta-
bernis ut dicit adversum me parietem moventes loquebantur me irridendo
et bona reprehendendo / qui sedebant in porta id est supra portam templi ad docendum
populum sic principes sacerdotum qui eum iudicaverunt reum mortis / vel in porta
id est in locis publicis et quietis quibus qui solent fieri in portis vel iudices
qui faciebant iudicia in portis [Deut. xvii] iudices constitues in omnibus
portis tuis / vel in porta domus id est in porticu ubi sedent et confabula-
bantur invicem / vel in porta civitatis ubi custodes porte sedebant [Tren.
iii] factus sum in derisum populo omni / canticum eorum tota die / et in me id est contra
me psallebant scilicet irrisorie / ut etiam irrisio esset eis iocunditas musi-
ci instrumenti / qui bibebant vinum in tabernis et in vinariis / vel qui bi-
bebant cum dilectione magno haustu vinum scilicet iocunditatis temporalis /

Joelis p° flete et vlulate qui bibitis vinum cum dulcedine. Non omnia
sunt inscrutabilia ubi impugnat suus domus qui adversum me, verbis usque verum
qui loquebantur, iudex mortuus qui sedebat in porta, uxor beneficium
qui in me psallebat, portitor sabbati qui bibebant vinum. Ego vero oratio-
nem meam ad te domine tempus beneplaciti deus. Ad literam hic petit liberari a per-
secutoribus et dicit ego orationem meam ad te domine dirigo tempus beneplaciti deus i. expectans
tempus liberacionis secundum disposicionem tue voluntatis. Aliter leg. sic hic ostendit quod in
tot et tantis malis positus orauit quod innuit et dicit Inimici mei loquebantur
adversum me, ego vero ego orationem meam pro me stantem ut ab hiis liberarer
ad te domine dirigebam. Cassio. Insinuat celestis doctor quod iniurys ho-
minum non rixis sed oracionibus est obuiandum. Exo. xvii. Amalech precibus
moisi victus est et israel liberatus. Orabat etiam pro inimicis reliquendis et
peccatis liberandis. Luc. xxiii. Pater ignosce eis quia nesciunt quid faciunt. Ex-
audi domine quia est tempus beneplaciti i. tempus reconsiliacionis et gracie exhibende
Ysa. xlix. In tempore beneplacito exaudiui te et in die salutis adiuui te.
Ps. Quia tempus miserendi eius quia venit tempus, quia tempus beneplaciti est ergo in-
dicat hec esse exaudiri. In multitudine misericordie tue exaudi me in veritate
salutis tue. Ad literam orabat enim christus non solum pro se in persona
sed etiam pro membris suis que sunt multa et ideo petit instanter ne misericordia et
veritate salutis tue i. salutis a te promisse que promissio est in veritate.
Aliter leg. sic hic est oracio ps. in qua petit ut saluetur et dicit in multitudine mi-
sericordie tue i. quia multa est misericordia tua ideo exaudi me rogantem et inuocantem, in veri-
tate salutis tue omnibus te pie petentibus promisse et sic ex misericordia promittit
et ex veritate soluit salutem. Ps. Vniuersi vie domini misericordia et veritas. Ysa. Le-
iusta est salus mea ut veniat quia iuxta mortem christi fuit salus redempcionis sed
etiam dies et iusticia mea ut reueletur. Augustinus nemo de dei pietate diffidat
maior est enim eius misericordia quam mea miseria vel eius videtur siquidem perfi-
ciendam esse quam ipse peccator recipere, sic enim confitebatur reus absolue a tor-
mento conscientie sue qui cum plus cunctis conpassio miseri hic quoniam miserorum passi-
sunt. Eripe me de luto ut non infigar libera me ab hiis qui oderunt me
et de profundis aquarum. Ad literam Augustinus dicit christus se infixum in luto eo
quod mortuus fuit et positus in sepulcro inter terram, hic autem petit ut non
infigatur i. quod non diu ibi remaneat per sue resurrectionis accelaracionem liberari me a
hiis qui oderunt me i. a iudeis a quorum potestate fuit totaliter liberatus in
resurrectione et de profundis aquarum i. persecucionum ut superdictum est et ita petere
suam resurrectionem licet per alia verba. Aliter leg. sic ps. orauit christus pro se hic orat
pro suo corpore ut liberetur a malo consensus interiori et a malo actu exteriori et
dicit usque modo oraui pro me sed nunc oro pro membris meis dicens eripe
me de luto scilicet peccati ut non sentiam aliquem motum ut non infigar per
consensum sicut porcus in lutum. Abac. ii° ve qui congregat non sua usque quo
congregat adversum se densum lutum, libera me ab hiis qui oderunt me scilicet a
demonibus et a malis hominibus ne trahant me ad exteriorem actum peccati, non
enim vident interiorem consensum. Dan. xiiii consentire nobis et commiscere
nobiscum, et de profundis aquarum i. de fixione anime in amore cupisci-
bilium delectorum. Non vna mulier multum odit aliam mulierem quia aufert ei
sponsum suum filios hereditatem et pulcritudinem hoc facit peccatum anime aufert
ei sponsum scilicet christum, filios i. actus meritorios, hereditatem i. gloriam
eternam et pulcritudinem i. dei graciam et eo odio homines magis quam trahunt
eam ad peccatum. Nota pro ista petit et quibus petat liberari de profundo

aque lutose .i. gule / aque fetide .i. luxurie / aque congelate .i. accidie / aque re-
frigide .i. avaricie / aque turbide .i. iracundie / aque insipide .i. invidie / aque
enim nec sapit bonum nec malum quia de bono dolet et de malo gaudet
quod est contra saporem boni et mali / aque transeuntis .i. superbie que convenit mun-
danorum / ubi propheta clamat / de profundis clamavi ad te domine etc. sic qui
tendit in profundum putei. Non me demergat tempestas aque neque ab-
sorbeat me profundum neque urgeat super me puteus os suum / ad literam
superius dixit tempestas dimisit me eo quod mortuus fuit in cruce, et quia
sic dicit non me demergat tempestas aque sensus est .i. me per totum demissum non
diu teneat in morte / neque absorbeat me profundum .i. corpus meum intra
sepulcrum non putrefiat seu corrumpatur et a vermibus corrosum absorbeatur / ne-
que urgeat super me puteus os suum / In Hebreo habetur / non obturet super me
puteus os suum / Et dicitur hic puteus lacus inferni ad quem descendit anima Christi
ad extrahendum inde patres detentos. Zach ix Tu quoque in sanguine testamenti
tui eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Hic sibi petit ut
[illegible] petitur David in persona Christi quod anima Christi cito de inferno redeat ad
corpus et cum eo tertio copuletur ita quod corpus nullam corruptionem seu putrefactionem
patiatur quod et factum fuit Ps. xv / Aliter sic hic petit liberari a pecca-
to suo ne et a consensu et desperatione. Et dicit non me demergat tempestas
aque .i. motus carnalis concupiscentie non me demergat in prava consuetudine
Ber. quem mali operis iniquitas a boni stabilitate commovit quasi tempestas
eum rapuit si vero in peccatorum tenebris sedit tunc consuetudo ipsum in pro-
fundum mergit / neque absorbeat me profundum per contemptum prime Prov xviii
peccator cum in profundum venerit contempnit / et talis dicitur esse absorptus Ier li
absorbuit me quasi draco / neque urgeat .i. claudat puteus .i. profunditas
iniquitatis super me os suum sicut gravi et grandi lapide desperationis / de
hoc puteo [illegible] xiii vallis silvestris .i. profunditas iniquitatis / sic puteus
clausit os suum et puteus inferni aperuit os suum de quo Apoc ix sol et
aer obscuratus est de fumo putei abyssi [illegible] primus fodit [illegible] sicut
altum subiugat cupiditas sic hostis tollit gratie respirationem sic profundum
aque / infestat conscientias sic tempestas / sorbet rationem sic profundum [illegible] / urget
voluntatem sic puteus claudit / Ps. [illegible] hoc legi de Christo capite sicut patet in
glosa / sed melius sic legitur ut dictum est. Exaudi me domine quoniam benigna
est misericordia tua secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me / ad literam
hic adducitur causa exaudiendi ex parte pietatis domine [illegible] pietas misericordia est
benignitas et sic ad exaudiendum [illegible] et dicit exaudi me domine quoniam etc.
et patet litera / Aliter sic hic ponit persuasionem ut exaudiatur allegando
benignitatem et multiplicitatem divine misericordie / Et dicit Exaudi me domine / non quia iu-
sta sit causa mea sed quoniam benigna est misericordia tua / Alia littera est et suavis
et a benigno et suavi spiritu procedit Sap xii O quam benignus et suavis est
domine spiritus tuus in nobis / quod non remissa que est ex carnalitate / non mer-
cenaria sicut que est ex cupiditate / sed benigna etiam quia ex caritate prodit
caritas enim benigna est i Cor xiii Respice in me oculo misericordie / Ier Re-
spice in me et miserere mei / secundum multitudinem miserationum tuarum non
[illegible] iustitiarum Dan ix Non in iustificationibus meis sed in misera-
tionibus tuis multis prosternimus preces nostras coram te Ne avertas faciem
tuam a puero tuo quoniam tribulor velociter exaudi me Ad literam hic adducit
rationem exaudiendi ex parte obedientie Christi qui fuit obediens patri usque ad
mortem / et pater [illegible] vocatur hic puer / mos enim pueri frequenter in sac-

scriptura designatur filius valde obediens Et sic hoc xpus vocatur puer
Act iiii Convenerunt adversus puerum sanctum tuum ihesum Et sic dicitur hic Et ne a
vertas faciem tuam a puero tuo orationem meam repellendo Et loquitur de deo ad mo
dum hominis qui avertit faciem quando non vult exaudire deprecationem petentis
Glosa lector sic hic xpus orat simul pro se et pro suo corpore mistico seu membris
Et dicit ne avertas ex indignatione faciem tuam id est presentiam gratie tue a puero
tuo id est a me filio tuo de quo Ysa ix puer natus est nobis etc. Ysa xlii
Ecce puer meus electus quem elegi. xpus dicitur puer propter equalitatem puri
tatis et obedientie vel a puris id est a quolibet vitio equali non superbo non puerili
sed puro Osee xi puer israel et dilexi eum. ne avertas faciem tuam id est pre
sentiam gratie tue a puero tuo id est a creatura tua equalitatis sed quoniam tribulor in
mea persona penaliter et in corpore meo seu in membris meis culpa
velociter exaudi me ut in me cesset pena et in corpore seu in membris
meis cesset culpa Ysa lxv Et erit antequam clament ego exaudiam
Dixi confitebor adversum me etc. et tu remisisti impietatem peccati mei
Intende anime mee et libera eam propter inimicos meos eripe me Ad literam
intende anime mee id est vite mee corporali et libera eam resuscitando a morte
propter inimicos meos id est propter iudeos qui dupliciter exponitur Uno modo de iudeis obsti
natis ut per resurrectionem xpi confundantur Alio modo de convertendis ut audita xpi
resurrectione convertantur sic legitur act ii quod predicante petro xpi resurrectionem milia conversi
ad fidem. Et ibidem subditur et appositi sunt in die illa anime circiter tria mi
lia. Glosa lector sic hic allegat in proximo initium Et dicit Intende domine
anime mee misericorditer consolando eam misericordiam Mat xxvi Tristis est anima
mea usque ad mortem et in persona membrorum [illegible] anima mea turbata est
Et libera eam ab illa tristitia et molestia [illegible] mea ut cito resurgat [illegible]
animam [illegible] ne per [illegible] peccatum Job xvii libera me domine et pone
me iuxta te Glosa [illegible] melius liberat ut patiamur dat Sic liberat Stephanum
act vii propter inimicos meos convertendos si velint corrigi vel confundendos
si fuerint obstinati eripe me aperte suscitando et iustos qui sunt corpus me
um seu membra conservando Sic tres pueri in camino ignis sunt conservati
Dan iii Glosa plerumque sancti salvati sunt corporaliter a morte non propter se sed propter
adversarios ut dum illos deus per miraculum liberat ipsos eodem miraculo ad
christianitatem ducat et recipit a malo retrahendo Tu scis improperium meum
et confusionem meam et reverentiam meam Ad literam tu scis improperium meum mihi
illatum in verbis iniuriosis et confusionem meam ex captivitate sicut ad modum latronis
et reverentiam meam id est verecundiam meam sic irreverens dicitur inverecundus
In textu id est et ignominiam meam scilicet in sputis et colaphis mihi a iudeis
illatam Glosa lector sic hic xpus dicit quod passus est pro suo volente et sciente afflictiones
illatas Et dicit Tu scis per improperium meum id est opprobrium ab aliis mihi illatum
Mat xxvii Idipsum et latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei et
confusionem meam id est signa ostensa ad confundendum me seu ad meam confusionem
Mat xxvii pretereuntes autem blasphemabant eum moventes capita sua et
dicentes vath qui destruis etc. Job xii deridetur iusti simplicitas et reverentiam
meam quam mihi exhibent yronice Nam yronia est irreverentia in facto
qui alapas dabant et conspuebant Job xvi aperuerunt in me ora sua et ex
probrantes percusserunt maxillam meam satiati sunt penis meis Sic et
sancti ludibria et verbera experti insuper et vincula Hebr xi In conspectu tuo
sunt omnes qui tribulant me improperium expectavit cor meum et miseriam
Ad literam quasi dicat per voluntatem tuam potuit omnes punire improperium expectavit

cor meu & miseria qr p̄t colaphos & sputa a iudeis illata a militibꝫ
psidis fuit illusꝰ & crudelr̄ occisꝰ Alr̄ le' sic hic ont̄ psonas in
feriꝰ afflictiones Et dt In q̄ v tuo sūt omēs i in tua noti͡a qui
tribulāt me ysti͡s qtumelijs Ecc̄ xvij omēs iniqtates coꝝ i g'v dei
maledn̄ go illi quos nō cōpescit ipā malicia qr tribulāt / nc̄ dei pn̄
cia qr in g'v eius sūt / ne iusti īnocencia qr xp̄m uel adiuce iustū x'
anni / cor meū i voluntas mea delibata / expectauit nō fugiēt n' a se
repulit īpperat vbꝫ & tacentmoꝝ & miseriaꝝ fletꝝ ab illis a quibꝫ
debuisse expectare honorē & beneficencia / ysa v expectaui ut faceret uuas
et fecit labruscas Et sustinui qui simul gtstaret et nō fuit q' conso
laretur & nō inueni Ad hanc Sed d' tn̄ apli in morte x' simul gtri
stati fuit Io xvi amē dico vobꝫ qr plorabitꝰ & flebitꝰ vos & cetera
p hīc sic ē q̄ntem modū quo d' nullꝰ adesse ubi pauci sūt cōpatiue
sic dr̄ nullꝰ est in eccla uel in foro qr pauci sūt ibi sꝫ q' debent uel
consueuerāt esse / ita ī morte xp̄i pauci fuit gtristati / sū tn̄ ob debui
sset cōpati ei cui insensibilia cōpati videbant qr sol obscuratꝰ fuit et ce
notā petre scisse et c / qui q̄solaretur & nō inueni qr gtā eius priuilegis
discipulis sꝫ petrus eū in sua pn̄a ter negat Alr̄ le' sic hic ondit
p nemo cōpaciebatur sue passioni Et dt cor meū expectauit miseriam
& sustinui attēdedo / qui simul gtstaretur & q' michi cōpateretur et
nō fuit ī tanto meo pcessiu ysa lxiij Torcular calcaui solꝰ et de
gentibꝫ nō est vir mecū cōmissionꝫ & nō ē auxiliator / q̄siui et nō
fuit qui adiuuaret Sed d' tn̄ gtstabantur apli Resp' qr hic lr̄ de
crucifixoribꝫ siue de iudeis siue de gentibꝫ / uel lr̄ de gtristacione de
ppno spuali pro quo plerique punctabatur / apli' aut gtstabantur ex cara
amore quē ad xp̄m habebant Sic hodie diuites nō cōpaciuntur pau
peribꝫ nc̄ potentes oppssis nc̄ supbi humilibꝫ / qui gsolaretur me vbo uel
facto & nō inueni Tren j audierunt qr ego ingemisco & nō ē qui
gsoletur me qr talis amor ē modo qui in miserijs deficit Ecc̄ vi Est
amicꝰ socius mense & nō pmanebit in die necessitatis Et dederunt ī escā
meā fel Et in siti mea potauerūt me aceto Ad hanc sic dr̄ Math
xxvij & dederunt ei vinū bibere cū felle mixtū & qr fel erat de na
tura magis esibile quā potabile io nominat ipm̄ escā / & in siti mea et c
Io xix cū go accepisset ihūs acetū noluit bibere / Alr̄ le' sic hic ondit
crudelitas crucifigenciū Et dt Et nō inueni q' gsolaretur me sꝫ et crucifi
xores mei / dederunt in escā meā fel quod io qr escā debebat bibere come
dere Math xxvij dederunt ei bibere vinū cū felle et cetera quale escam
dederunt ei q' dat escā oīm carnis Tren iij Recordare paupertatis mee
absinthij et fellis / et in siti mea cū dicerem sicio Io xix potauerūt me
aceto Et hoc manifestū ē Math xxvij & Io xix Nota spualr̄ escā dei
que nos reficit est triplex pma doctrina sciencia scꝫ omēs escā albo
rmata ē ad coꝝ Dt i verbū dei vn' anima viuit / 2 escā ē eukar
istia Sap xvi angelorꝫ escā nutriuisti ppl'm tuū / 3 est gsolacio inna
qui dat iumentis i humilibꝫ escā ipsorꝫ / pma escā reficit seculares
scꝫ sacerdotes / 3' claustrales sꝫ in pmā posuit fel sceptura cor
rumpentes Jn 2 irreuerent' accedentes Jn 3 dno in tristicia seruientes
Similr̄ triplex est sitis quā xc sitiuit / pa generis humani redempcio
nis Luce in siti mea 2 redemptoris gustio Io xix Sicio 3 purgem
susceptacio Math xxv Sitiui & dedistis m' bibere Jn pa dedit uidelicet
acetū Jn 2 ois pnigos aursionis Jn 3 omnibꝫ auaricia in mīstrꝫ 2 cibꝫ /

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum et in retributionem et in scandalu(m)
ad literam fiat mensa eorum etc. Cum enim Ierusalem fuit obsessa a romanis iud(ei)
illuc convenerant ad celebrandum pascale gaudium quod non poterat fieri extra
Ierusalem / et sic fuerunt illaqueati quia a romanis conclusi sicut aves in laq(ueo)
et in retributionem scilicet penarum debitarum propter mortem Christo illatam sicut predix(it)
Luce xix circumdabunt te inimici tui et coangustabunt te etc. eo quod non cogn(o)-
veris tempus visitationis tue / et in scandalum ruendo de malo in malum
quia passi sunt famem in illa obsidione intantum quod matres comedebant pu(e)-
ros suos et ex qua morte pestilentia / Alia litera sic habet xx fiat mensa
eorum coram hostibus obstinatos / et dicit quia ipsi dederunt in escam meam fel / ideo
fiat mensa eorum id est sacra scriptura ad hoc eis data ut inde spiritualiter ref(i)-
ciantur prov. ix sapientia proposuit mensam eorum / coram ipsis videntibus et appe-
tentibus / in laqueum quo capiantur et cognoscantur apte esse transgressores
legis Mathei xxv Ex ore tuo te iudico serve nequam / Prov. vi illaquea-
tus es verbis oris tui lege quam predicasti / et in retributionem id est ut digna re-
tributionem amittatur et detur aliis scilicet gentibus Mathei xxi auferetur a vobis
regnum dei et dabitur genti facienti fructus eius Act. xiii quia repulistis
verbum dei et indignos vos iudicastis vite eterne / ecce convertimur ad gentes
vel in retributionem penarum debitarum propter mortem Christo illatam / et in scandalu(m)
dissensionibus ut scilicet scriptura divisa de et que a diversis exponatur et ab eis
percussa / hoc fuit figuratum xxvii Mathei / quod velum templi scissum fuit p(er)
etiam legi de mensa misericordie premissa in qua apparuit Christus fel et acetum
que fuit causa largi tribue / Prov. v / iniquitates sue capiunt impiu(m)
et funibus peccatorum suorum constringitur ipse morietur quia non habuit disciplina(m)
in multitudine stultitie sue decipietur / et in retributionem pene quia fame et
miserie sunt expositi Sap. xi per que quis peccat per hec et torquetu(r)
et in scandalum ruine de peccato in peccatum et tandem in infimum / ysa(ias) viii
offenderunt ex eis plurimi et cadent et conterentur et capientur / Ob-
scurentur oculi eorum ne videant et dorsum eorum semper incurva ad literam eo
remanentibus et per orbem dispersi sunt in sua infidelitate excecati Ro. xi
ubi allegatur ista scriptura et dorsum eorum semper incurva pondere peccatorum sc(ilicet)
appositorum / Alia litera sic plus implicatur et eis legis oblationem secundum impera(tum)
eis misericordiam scilicet excecationem quo ad intellectum et inclinationem ad malum
quo ad affectum / et dicit mensa eorum id est usus scripture quem tenent fiat eis
in deceptionem / et oculi eorum id est intellectus / obscurentur per defectum luminis fidei
ne videant id est intelligant veritatem dei et sacre scripture / Ro. xi cecitas
contingit ex parte in Israel ex parte quia in obstinatione et hoc divina iusticia permittente
et illorum malicia exigente Sap. 2 excecavit eos malicia eor(um)
vel ex parte contingit cecitas in eis quia partem litteralem scripture acceperunt
et partem misticam contempserunt / et dorsum eorum id est affectum eorum in quo portantur
et bona et mala / semper incurva ad terrena querenda et amanda sed intel-
lectum literalem scripture / et palam ubi liberati sunt nullo vinculo ferri
sed sub servitute peccati / Mistice sic oculi aliorum duces prelati qui pro ali(is)
et alios debent videre et pro aliis plorare Cant. vii oculi tui sicut piscin(e)
in Esebon / isti oculi nunc sunt obscurati immo excecati / ysa. lvi spe-
culatores eius ceci omnes et sic sapientes positi sunt ad theologiam id est ad
effectum spiritualem et ideo accidit quod ait dominus Mathei xv Ceci vero duc(es)
tu precat ambo in foveam cadunt / et dorsum eorum semper incurva quia nulla
retribuendi movet eos ad promovendum suos / Effunde super eos ir(am)

tuam et furor ire tue comprehendat eos. Ad litteram effunde super eos iram
effectum iusticie tue et furor ire tue id est rigor iusticie tue comprehendat eos
quod factum est in destructione eorum per romanos. Aliter legitur sic hic imprecatur
ciuitatis eorum destructionem in quo maxime apparuit ira dei et dicit permutative
exercitacionis ne spirituales intelligat inuitati ad cenam / etiam effunde
contempnentes super eos iram tuam id est effectum tue ire et tue iusticie penas eis
infendo. Ezechielis viii effundam iram meam super te et complebo super te indignationem
meam et furor ire tue id est effectus ire tam magnus ac si esses furiosus vel rigor
iusticie tue comprehendat eos in futuro simul in anima et corpore eternaliter cruciando.
Ysaie xxx ecce nomen domini venit de longinquo ardens furor eius et grauis
ad portandum. Omnia genera sunt malis quia pruriunt qualiter quod notum est
effunde ut attingat et totum corpus et totam animam confusibiliter quia super
eos ut sint subito sicut aqua fluens super porcos / grauiter quia ira tua
terribilis / quia furor ire tue / eterna quia comprehendat eos / sic fuit quando
comprehendentur non in vincula sicut peccator modo vagatur sed in morte comprehendetur.
Ezechielis xxxiii sicut pullus eorum fugabitur et ubi non sperabat comprehendetur et
fiat habitatio eorum deserta et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.
Id est fiat habitatio eorum deserta quia romani destruxerunt ciuitates eorum et loca
in tabernaculis eorum etc. quia expulsi et captiuati fuerunt totaliter de iudea.
Aliter legitur sic hic in speciali imprecatur quod ciuitates eorum et loca destruantur
et dicit effunde iram tuam super eos et fac ut fiat habitatio eorum deserta id est terra
et domus quas inhabitant fiat desolate. Matthei xxiii ecce relinquetur vobis
domus vestra deserta. Ysaie primo Relinquetur filia syon ut umbraculum in vinea
et in tabernaculis eorum id est in eis locandis habitacionibus ut in templo et in
domo regia non sit qui inhabitet sine more. Luce xx deserta sunt tabernacula
vestra. Ieremie iiii Syon quasi ager arabitur et ierusalem quasi aceruus lapidum
erit et mons templi in excelso siluarum id est per tam pacem. Ad litteram Quoniam
quem tu percussisti persecuti sunt et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.
Ad litteram hic subditur causa punicionis cum dicit quoniam quem tu percussisti persecuti
sunt omnino cum Romanorum viii proprio filio suo non pepercit deus sed pro nobis omnibus
tradidit illum et sic eum percussit quia percussionibus iudeorum exposuit / hoc fuit
ex magna caritate / sicut quod dicitur Iohannis iii sic deus dilexit mundum ut filium
suum unigenitum daret / sed iudei persecuti sunt eum ex inuidia et iniquitate
propter quod punitum fuit / et super dolorem vulnerum meorum addiderunt quia non solum
eum persecuti sunt quia verbis persecuti sunt ad mortem christum in persona propria
sed etiam membra eius stephanum lapidando / iacobum occidendo alios incarcerando
et flagellando ut in actibus apostolorum. Aliter legitur sic hic ponitur ratio quare
imprecatur eis destructionem scilicet persequentium crudelitas et dicit ideo habitatio eorum
fiat deserta quoniam quem tu percussisti id est quem pati voluisti et permisisti
non propter peccatum eius proprium sed propter peccata hominum. Ysaie liii propter scelus populi mei
percussi eum / persecuti sunt / valde crudeliter. Psalmus multiplicati sunt qui persecuti
sunt me inimici mei / et super dolorem vulnerum meorum que sustinui in
manibus et pedibus et in toto corpore / addiderunt dolorem cordi meo blas-
phematores sc. patrem et me tuum filium / vel sic dolorem vulnerum meorum
que sustinui in manibus et pedibus addiderunt nouum vulnus in latere.
Iob xvi concidit me vulnere super vulnus / vel addiderunt multa mala quia
mortuum et positum in sepulcro blasphemantes posuerunt custodias. Ieremie
xii facta est quasi spelunca hyene hereditas mea / hyena est bestia que
querit in cadauera mortuorum. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum

et nō intret iniusticia tua / ad litterā appones p̄mittēdo q̄ deus nō
est causa iniquitatē esse tuā / sed tm̄ p̄missiue sup̄ iniquitate eorū q̄ se
peccatorū cōmissioni apposuerūt obstinatōz io subdit ut nō intret iniusti
tua reuertēdo de culpa ad gratiam / Alit̄ legitur sic hic cōminatur et p̄dicit
p̄secutoribꝯ suis culpā et dampnū quod sequitur et dicit appone .i. apponi per
mitte gratiam tuā subtrahēdo / iniquitatē sup̄ iniquitatē eorū ut qui sūt
in sordibꝯ sordescāt adhuc / Apoc. vlt. / uel iniquitatē sup̄ iniquitatē .i.
obstinationē in pctīs suis / ut nō intret .i. veniat in iusticiā .i. ad p̄niaz
ysa. xv. apponā sup̄ dibon additamēta / vn̄ p̄d p̄misit deus q̄ Iudei
occiderent / eo apposuit q̄ ipsi suū filium z heredem crucifixerūt et vlt
q̄ blasphemi et excecati sūt / et nō intret p̄ p̄niaz in iusticiā tuā .i.
ad tuā gratiam uel in viā veraz remedii ad te math. vi. p̄rim querite regnū
dei et iusticiā eius et hec oīa etc. / sed multi sūt qui volūt suā statuere
iusticiā et nō dei / Ro. x. suā volentes statuere iusticiā iusticie dei nō
sūt subiecti / latro enim nō libenter intrat locū iusticie q̄ ut suspendatur
uel decollatur / sic hoīes iniusti iusticia dei / Deleantur de libro viuē
tiū et cū iustis nō scribantur / ad litterā p̄ finalē reprobatōm et etiā
dampnatōm / Alit̄ legitur sic hic p̄dicit etiam dampnatōz p̄secutorū et hoc
sub metafora quā exponit dicēs q̄ nō venient ad p̄niaz p̄ suis pctīs
io deleantur .i. nō scripti esse manifestentur / de libro viuētiū .i. a p̄desti
natōne diuina in qua scripti sūt solū electi / et exponit se ipsum .i. cū iustis nō scri
bantur nisi forte ad tempus in pagina p̄ntis iusticie ex q̄ finaliter delentur
ps. In libro tuo omēs scribentur / vel sic breuiter deleantur .i. delebuntur
p̄ finalem reprobatōm et etiā dampnatōm de libro vite .i. a diuina p̄desti
natōne in qua electi sūt solū scripti / vel viuētes dicit alios p̄ter eos qui viui
sūt in gratia / Iusti dicit modū aliter iusticia exercentes in hac vita / Ab
vtraqꝫ societate separantur mali finaliter z Cor. vi. q̄ societas iusticie ad in
iquitatē / Boni enim scribuntur in celo / Luc. x. Gaudete z exultate quia noīa
vr̄a scripta sūt in celo .i. in libro vite / sed mali scripti sūt in terra / Ie. x.
Recedentes a te in terra scribentur / Pauper sū ego et dolens salus tua
deus suscepit me / ad litterā xp̄c enim in paupertate fuit natus cōuersatus mor
tuus z in alieno sepulcro positus / et dolens q̄ dolor in passione eius
fuit maximus / salus tua deus suscepit me / resuscitādo a morte / Alit̄ legitur
sic in p̄mo p̄d actū est prius de petitōe xp̄i p̄ oībꝯ p̄pt̄ et in corpore de
lectōne / hic agitur de fructu ex passione sequente et dicit ego sū pauper
voluntarie / Z Cor. viii. cū esset diues in omnibꝯ p̄ nobis egenus factus
et dolens .i. dolore magnū paciens in passione / Tren. i. p̄d videte si
est dolor sicut dolor meus / ysa. liii. vidimus eū virū dolorū / Sic et
sui serui sūt pauperes p̄ cōtemptū terrenorū math. v. Beati pauperes spū et
et sūt dolentes p̄pter multitudinē pctōrū / math. v. Beati qui lugent etc. salus
tua deus / nō salus huius que vana est / suscepit me .i. ad celeste z assūpsit ad
gloriam / p̄u. xxix. humilē spū suscipiet gloria / Act. xiiii. p̄ multas tri
bulatōes oportet nos intrare in regnū dei / Laudabo nomen domini
cū cantico et magnificabo eū in laude / ad litterā nō est intelligendum
q̄ ex laude huius aliquid deo accrescat sed ipsis laudantibꝯ / Alit̄ legitur sic la
agitur de gratiarū p̄mittendo gratias agere et alios inducere et dicit laudabo
nomen dn̄i et in metris z in metris meis / Eccli. vlt. collaudabo no
men tuū assidue / et innuit q̄ nō est aliud nomen in quo oportet nos saluos
fieri / Act. iiii. / cū cantico .i. cū metris letitie z vocis exultatōne /
est enim canticū exultatio mentis habita de eternis in voce prorumpens

ysa xxx canticum erit nobis sicut vox sanctificate solempnitatis et magnificabo
eum in magnum cantico in laude id est cum laude / luc primo magnificat anima
mea dominum / luc vii magnificabant deum dicentes quod propheta magnus surrexit
Et placebit deo super vitulum novellum cornua producentem et ungulas.
ad hebreos xiii sacrificium enim omne laudis magis est deo placitum quam sacrificium
animalium etiam a tempore veteris legis quia sacrificia eorum non erant accepta nisi
ex devocione offerencium / tempore vero nove legis talia sacrificia sunt tamquam mor-
tua reprobata et hoc predixit salvator Jo iiii° venit hora et nunc est
quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et veritate / glossa lectio sic hic
subditur laudis acceptacio per comparacionem ad sacrificium vituli novelli et dicit
laudabo nomen domini et talis laus placebit deo super vitulum novellum
id est plusquam vitulus novellus qui primo pinguis est et offertur pro peccato / levitici viii cor-
nua producentem et ungulas id est unguibus armatum / spiritualiter sic placebit deo
super vitellum novellum producentem cornua id est quam novus christianus per baptismum
credit in fide vel per penitenciam resurgit in iusticia / luc primo erexit nobis cornu
salutis in domo david pueri sui / et producentem ungulas quibus solide
pes stat et figitur / hoc est constanciam bonam operantem / iob xxxix terram ungu-
la fodit audacter in occursum pergit armatis / Unde quod hic predixit reproba-
cionem sacrificiorum antiquorum pro sacrificio laudis malachie iii et placebit
deo sacrificium iuda id est confitentis in laude et ierusalem id est videntis deum in
contemplacione Videant pauperes et letentur querite dominum et vivet anima
vestra ad hebreos videant pauperes id est christiani qui in primitiva ecclesia fue-
runt pauperes et letentur de mutacione cultus corporalis veteris legis in spiritu-
alem nove legis querite dominum in fide et caritate et vivet anima vestra / glossa
lectio sic hic post invitacionem aliorum ad laudandum et letandum in domino pau-
perum et omnium generaliter / et dicit quod sacrificium laudis plus placet deo quam
vitulus novellus / id est pauperes videant oculo mentis consideracionis / et letentur
in spe salutis / quia deus pauperes eligit diligit protegit et salvat / iacobi
ii nonne deus pauperes eligit in hoc mundo divites in fide et heredes regni
quod repromisit diligentibus se / querite dominum pede fervente caritatis motu
bone operacionis oculo simplicis intuicionis / hoc est querite dominum ardenti
caritate bona operacione et cordis simplicitate / sap primo in simplicitate cordis
querite illum / sophonie ii querite dominum omnes mansueti terre / contempnendo
terrena et inicium querendo superna / et vivet per ipsum inventum / anima vestra in
presenti vita gracie et tandem vita glorie / amos v querite dominum et vivetis
sicut pauper querit panem unde vivat corporaliter / Cum autem deus sit vita non
potest inveniri ubi non est nisi mors / augustinus beatam vitam queritis in regione
mortis non est ita quod cum est beata vita ubi nec est vita / Unde quod deus
in querentes studio simplici requiritur et ope prima exquiritur et qualitate obediencie
acquiritur virtute perseverancie Quoniam exaudivit pauperes dominus et vinctos
suos non despexit / ad hebreos quoniam exaudivit patres dominus patres eorum audiendo /
et vinctos suos non despexit patres in limbo detentos cum christo resurgente
educendo / potest etiam hoc referri ad fideles qui in primitiva ecclesia in carceribus
ingrebantur et aliquando fractis carceribus divinitus liberabantur / glossa lectio sic hic
innuit quod dominus paratus est exaudire pauperes et humiles et iuvare impotentes
et dicit quoniam exaudivit id est exaudire consuevit pauperes id est humiles / dominus patres eorum
audiendo / ysa ult ad quem respiciam nisi ad pauperculum et contritum spiritu et
trementem sermones meos / et vinctos suos in limbo detentos inflicta pena
dampnatis ex sua sententia non despexit quos cum christo resurgente educendo /
zach ix tu in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu in quo
non est aqua / non despexit qui curam habuit de eis liberandis / vel vinctos

suos in peccatis detentos a se soluendos ysa xlix et ducet hos qui vinc[ti] s[unt]
exire / uel vinctos suos legibus suis Ecc vi vincula illius alligatura salu[tis]
Laudent illum celi et terra mare et omnia reptilia in eis Ad literam lau-
dent illum celi et terra i. ciues celestes et habitatores in terra habitantes mare et
omnia reptilia in eis ideo quia tota uniuersitas deum laudet. ps. sed quia sunt ho-
minibus materia diuine laudis qui eum laudant ex suis creaturis Alia lectio sic hic
inuitat ad laudandum deum omnes generaliter fideles et peccatores Et dicit laudent
illum i. dominum corde ore et opere celi i. apostoli et sublimiores de ecclesia quia
celi enarrant gloriam dei / et terra i. ecclesia de iudeis congregata Job xxviii
terra de qua oriebatur panis de loco suo igne subuersa est / ysa xlix lau-
dent illum celi et exultet terra / uel sic laudent illum celi et terra i. ciues ce-
lestes et habitatores in terra habitantes / mare i. ecclesia de gentibus que ante fuit
in fluctuatione errorum / ysa lvii impii quasi mare feruens quod quiescere
non potest sed dominus increpauit hoc mare per predicatores et exsiccatum est ab
humore peccatorum i. fluctuatione peccatorum Naum primo increpans mare et exsiccans
illud / et omnia reptilia in eis scilicet in celo in terra et mari i. ipsi pecca-
tores a terrena reptantes Unde reptile in celo est superbus in terra cupidus
in mari luxuriosus Gen iiii pectore et ventre reptabis i. gradieris
Spiritualiter sic laudent illum celi i. boni contemplatiui qui mente sunt in celo
et terra i. boni actiui qui terrenis bene utuntur / mare i. mali contemplatiui qui
in amaritudine conscientie in curiosis et inutilibus student et omnia reptilia i. mali
actiui qui cupiditati terrenorum et gulositati insistunt / omnes isti laudent dominum
quia dat eis bona nature bona fortune et offert bona gratie et glorie Et se-
quitur causa qua ortus sunt dicere Quoniam Quoniam deus saluam faciet syon et edificabu[ntur]
ciuitates iude Ad literam hoc expositum dicitur uno modo de ecclesia militante que per
syon significatur eo quod incepit ibi per christi predicationem qui secundum legem in
templo predicasse quod erat in monte syon et ibi consummata fuit per spiritus
sancti missionem in signo visibili super apostolos ut dicit Leo in epistola ad paulinum
de omnibus sacre scripture libris. et edificabuntur ciuitates iude quia apostoli et
discipuli christi de monte syon missi sunt ad predicandum per uniuersum orbem ubi per
eos constitute sunt et ordinate ecclesie que dicuntur ciuitates / eo quod ciuitas est ciui-
um unitas / ubi autem vinciuntur fideles in fide et caritate / dicuntur etiam iude
ciuitates i. christi qui sic nominatur eo quod fuit de tribu iuda Gen xlix sicut
sampson nominatur dan quia fuit de tribu dan Alia lectio sic hic per racionem laude
scilicet ecclesie reparatio et libertate futura Et dicit quoniam deus saluam faciet syon i.
ecclesiam a culpa per fidei et caritatis unitatem / quia extra ecclesiam non est salus Gen
viii extra archam i. ecclesie unitatem nichil omnino saluum est / Et edificabuntur
ciuitates iude i. reparabuntur ecclesie gratia et virtute dei ad construendum ipsi domino
Amos ix Reedificabo aperturas eius et ea que corruerunt instaurabo et cetera
Et inhabitabunt ibi et hereditate acquirent eam Ad literam et inhabitabunt
ibi fideles christi et hereditate acquirent eam quia decedentibus primis alii qui heredita[rie]
succedent eis Alia lectio sic hic ondit inhabitationem ecclesie et firmam possessionem
Et dicit pauperes spiritu gloria qui captiuant intellectum in obsequium fidei / inha-
bitabunt ibi i. in ecclesia edificata in ecclesia militante per meritum / et tandem
in ecclesia triumphante perpetuum / ysa lx edificabunt domos in syon et
habitabunt in ea et non quasi statim recesseri / et hereditate i. iure hereditatis
acquirent eam ut sit sibi hereditas Ecc xxiiii transite ad me omnes qui
concupiscitis me et a generationibus meis implemini / ysa lvii qui habet
fiduciam habitabit terram et possidebit tamquam hereditatem Et semen ser-
uorum eius possidebit eam et qui diligunt nomen eius habitabunt in ea /
Ad literam et semen seruorum eius i. christi et virtutem per hoc eius serui discipuli

quorum semen .i. imitatores eorum possidet civitates per orbem et qui diligunt no
men eius erunt in civitate habitabunt in ea non et immo quia sola caritas divi
dit inter filios regni et perditionis filios expositum de ecclesia triumphante que
appellatur sion Hebr. xii accessistis ad sion montem et civitatem dei viventis
ierusalem celestem et multorum milium angelorum frequentiam hanc autem sion celeste
eos salvam fecit et qui per homines illuc ascendentes angelorum ruinam reparavit
reedificabuntur civitates iude .i. christi et principaliter dicitur hec civitates ducentorum
angelorum ordines et inhabitabunt ibi scilicet illuc assumpti et hereditate acquirent
eam .i. immobilem sicut hereditas de rebus immobilibus et semen servorum eius .i. fide
les discipulorum christi imitatores possidebunt eam eternaliter absque amissione et
qui diligunt nomen eius habitabunt in ea quia in civitate celesti est caritas perfecta
est enim ibi una vox letancium et unus ardor caritatis ad quem nos perducat
Alia lectio sic Premissa requirunt eciam hic dicit illos qui inhabitabunt heredi
tates et dicit semen .i. imitatores et filii spirituales servorum eius patriarcharum
prophetarum et apostolorum possidebit eam sion seu ierusalem .i. visionem pacis eterne
Ysa. lxv Educam de iacob semen et de iuda possidentem montes meos
Eccli. xliiii cum semine eorum permanebit bona hereditas et qui diligunt
nomen eius non solum timent sed per amoris vehementia delectantur in eius nomine
qui sunt semen servorum dei non carnales iudei habitabunt in ea tamquam
veri possessores Ysa. lxvi Exultate in ea omnes qui diligitis eam Nota
amore dei facit dominum et prelatum in ecclesia militante Io. xxi Simon diligis
me pasce oves meas Item facit cives in ecclesia triumphante
Io. xiiii Si quis diligit me mandata mea servabit et pater meus diliget
eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus Iacobi ii nonne deus
elegit pauperes in hoc mundo divites in fide et heredes regni Nota omnia
que hic tanguntur sunt appetibilia et societatis honestas quia semen servorum
eius non peiores viri et civitatis nobilitas quia possidebunt eam non
hospites transibunt et civium facilitas quia qui diligunt quia qui diligunt
nomen et domini maiestas quia eius scilicet salvatoris sub quo omnes serviunt et
loci amenitas quia habitabunt in ea scilicet in sion in qua speculabimur et vi
debimus dominum sicuti est Prima Io. iii ad quam nos perducat etc. Oracio
Sanguinem sitientes domine deus exaudi nos in veritate salutis tue ut exuti
a squalore peccati meream in libro vite regni celestis ascribi Scancto
Deus in adiutorium meum intende domine ad adiuvandum me festina
Ad vesperam Titulus in hebreo Ad victoriam david ad recordandum lxix
ad recordandum quia david fecit hunc psalmum ad recordandum beneficia
a deo sibi prestita Alia Psalmus david quia hic est prophecia de futuro pluit
enim david in spiritu quod psalmum huius psalmi esset recordandum
in ecclesia dei in primo omni horarum canonicarum et per hoc
titulo posuit ad recordandum et tamen iste psalmus qui sequitur scilicet In te domine speravi
est a david cum esset in persecucione absolon filii sui et dividitur in duo primo
petit celerem liberacionem 2o ad hoc inducit multiplicem racionem ibi In te domine
speravi primo dicit deus in adiutorium meum intende quia non possum absaloni filio
meo resistere 2 Reg. xv Surgite fugiamus neque enim nobis erit effugium
a facie absalon domine ad adiuvandum me festina quia architofel nitebatur
eum persequi et comprehendere eadem nocte ut habetur 2 Reg. xvii Alia lectio sic
in persona Christi quando ipse orabat pro sua liberacione a morte hic quilibet iustus
dicit oracionem deo pro sua liberacione Titulus In finem psalmus david in re
memoracionem quod salvum fecit eum dominus et est sensus hic psalmus david .i. regis liberet
iusti ordinans nos in finem .i. in Christum scilicet deum in pleo rememorative habita

de hoc quod salvum fecit eum dominus scilicet ab omni miseria licet in spe tamen in re
in hoc enim quod petit auxilium a deo aperte innuit quod salus est a deo / unde
huius ps est petitio viri iusti ut liberetur a periculis et miseriis huius mi-
serie et movet ut non in nobis sed in domino auxilio confidamus et gloriemur
et dividitur primo post invitacio dei ad adiuvandum / 2o invitatio christi ad letandum
ibi Exultent et letentur / primo dicit deus intende diligenter in adiutorium meum
me ab omni malo liberando et quod periculum est in mora / domine quod potens es
festina ad adiuvandum me quod nichil boni possum incohare sine te Ecce qualiter
iustus invocavit deum non hominem quod dicitur Ecc. Iso Respuenes etiam ad ad-
iutorium hominum et non erat / non mamona quod sic dicitur ysa xviii cessabit au-
xilium ab effraim qui in eum speraverunt / Ergo deum orat sapiens quod deum
qui potest velle quod adiuvat quod prodest confidens quod ut intendat quod diligen-
tie est in quo confidunt orantes quod deum intendere nobis volumus cum oramus
et nos non intendimus hiis que dicimus sed negligenter preterimus / Cassio
precor deum ut precem meam audiat cuius ego qui fundo non audio deprecor
illum ut michi intendat / ego autem nec michi nec illi intendo / et quid prodest
sola voce cantare sine cordis intentione / Non iste versus ut sequitur primitus
in primo horarum ut destruatur heresis pelagiana que ponit nos posse
mereri per solum liberum arbitrium / Unde ut prevaleamus diabolo qui magis insu-
rgit contra nos cum surgimus ad opus bonum et ad orationem Confundantur et
revereantur qui querunt animam meam Ad literam quod et factum est quod architofel
se ipsum suspendit et absalon infestus fuit ut habetur 2 Re. Alle. le. sic quod orat
pro inimicis et persequentibus ore et corde / et dicit confundantur confusione bona hoc est
cognitione turpitudinis culpe sue Bern. Unde est confusio adducens gloriam
Cassio Confusio est qui unusquisque contra mala sua voluntate agnoscens de
pravitate turbatur / et revereantur id est timeant futura pena gehenne / Cassio
Reverentia est timor pene ex consideratione delicti / vel confundantur de preteritis
factis et revereantur de futuris faciendis / qui querunt persequentes animam meam
id est vitam meam perdere vitam gratie alliciendo ad culpam et vitam nature tradendo
ad mortem Avertantur retrorsum et erubescant qui volunt michi mala
Ad literam quod populus qui erat cum absalon eo devicto fugerunt in tabernacula
sua et Re. xviii Alle. le. sic quod orat pro persequentibus ut habeant humi-
liacionem et utilem confusionem Et dicit qui querunt animam meam avertantur a mali-
ciis retrorsum per humilitatem non ultra intendant per superbiam Jo. xx. magdalena
conversa retrorsum videt dominum et agnoscere meruit / sed quasi dicit retrorsum
qui respiciunt cum desiderio ad malum quod reliquerunt sic uxor loth retrorsum
versa et mutata est in statuam salis Gen. xi et erubescant pudore confusionis
penitus cognoscunt quod est capitum signum Ro. vi que fructum habuistis in quibus
in quibus nunc erubescitis qui volunt michi mala imitantes me in corde
Avertantur statim erubescentes qui dicunt michi euge euge Ad literam sim-
ilitudo vestes conferret ad penitenciam Unde le. Et dicit avertantur statim erubescentes quod
fugientes de prelio victi erubescunt qui dicunt michi euge euge Euge est
interiectio gaudentis quod populus eius cum absalon erat in tanta leticia quod gau-
dentes dicebant statim habemus eum in manibus nostris captum Alle. le. sic
quod orat pro inimicis qui persequebantur ore ut convertantur et satisfaciant pro
malo Et dicit avertantur a sua iniquitate statim non differendo de die in diem
Eccl. vi ne tardes converti ad dominum et ne differas de die in diem / erubescentes
coram deo in contritione lacrimosa et coram sacerdote in confessione pudorosa coram
hominibus in satisfactione laboriosa / non sic illi de quibus Je. iiio frons mu-
lieris meretricis facta est tibi noluisti erubescere / qui dicunt michi euge euge
ore adulando vel deridendo Nota quod euge interiectio tamen aliquando

commendatorie Matth. xxv Euge serve bone et fidelis. Aliqui applausorie
ut non dicat euge euge anime mee. Aliqui admirative Ezech. xxvii Euge
facte sunt porte populorum. Aliqui derisorie ps. dixerunt euge cum videret oculus
noster et sic pater huic acceptum. Aliqui adulatorie ps. feriat confessi confessionibus sua
iste est modus pessimus. Augustinus per nacet lingua adulatorum quam manus
persecutorum. Exultent et letentur in te omnes qui querunt te et dicant semper magni-
ficetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ad literam letentur et exultent isti in ego
tribulacionis mei qui querimus iusticiam tuam et per te liberari et dicant semper magnificetur
dominus de beneficiis nobis prestitis. Alia lectio sic hic propheta invitatos Christi ad letandum
et dicit Exultent interius in facie ut non sunt sicut ypocrite tristes et letentur
in corde in te deus non in deliciis sicut voluptuosi non in diviciis ut cu-
pidi non in honoribus ut superbi. Amos vi qui letamini in nichilo omnes ge-
neraliter qui querunt diligenter te singulariter. Ysa. xxviii. Qui querunt me
per opera et corde querimini et venite. Ps. letetur cor meum querencium dominum
et dicant semper magnificetur dominus id est laudibus attollatur et maximus predicetur
nomen id est se tantus est quod maior fieri non potest. Luc. po. magnificat anima mea dominum
qui diligunt salutare tuum Christum de quo Luce ii viderunt oculi mei sa-
lutare tuum vel salutare tuum id est sanctitatem iusticie tue que salvat. Ecc. xxx
salus anime in sanctitate iusticie. Ibi qui diligunt corde predicant ore confitentur
per opera Augustinus di salutare. Ego vero egenus et pauper sum deus adiuva me.
Ad literam quod in illa fuga Berzellai Galadites et Machir filius
Amiel prestiterunt ei multa ut habetur 2 Reg. xvii et ideo subdit Deus adiuva
me quasi dicat sine tuo auxilio non possum resistere. Alia lectio sic hic exprimit
affectum suum petendo divinum auxilium et dicit Ego egenus id est egens alie-
no auxilio et pauper sum carens. Prov. Ecc. xi est homo egens recuperacione
indigens virtute et habundans paupertate. Deus adiuva me divicias
tuas conferendo contra egestatem defectum et miserias culpe auferendo contra pau-
pertatem. Ita et nos debemus petere a deo predicta duo bona non a mundo. Osee
xxxii ve qui descendunt in egyptum id est in mundum ad auxilium Pharaonis
aliquem id est mundo potentem. Adiutor et liberator meus es tu domine ne mo-
reris. Ad literam adiutor meus contra hostes invadentes et liberator meus
es tu a periculis imminentibus domine ne moreris et in hoc petit celerem libe-
racionem sicut in primo psalmi. Alia lectio sic hic petit instanter adiutorium dei
et dicit Adiutor meus ad sustinendum paciencie et liberator meus ad evadendum
finaliter. 2 Machab. iii qui in celis habet habitacionem adiutor est loci illius.
Dan. vi ipse salvator et liberator faciet mirabilia quod salvator aut
glorificabit liberator corporum a miseriis reformabit. Ac sic adiutor meus
in operacionibus et liberator in passionibus. Ps. cum ipso sum in tribulacione.
Domine ne moreris sed festina ad adiuvandum. Dan. ix ne moreris propter
temetipsum deus meus. Cassio. puritatem nos tardius iudicare que
quam celerrimum preveniat auxilium. Oracio. In exordio adiutorium nostri
deus esto ad adiuvandum familie tue supplici festinus occurre ut cunctis
malorum obprobriis tuis semper auxiliis muniamur. Recordare vo.

In te domine speravi non confundar in eternum in iusticia tua libe-
me et eripe me. Ad literam titulus psalmi David filiorum Ionadab
et priorum captivorum sed in hebreo non est titulus. Glossa et
ps. psalmi prius in qua David ad suum liberacionem a deo inducit
multiplicem racionem. Et dividitur in d. pro inducit vos 20 premittit
multiplices graciarum actiones ibi Ego autem semper. Et dicit In te domine
speravi tamquam in adiutorio potenti non confundar in eternum i.

finaliter quia in persecutione absalon reportauit honorem et absalon cum suis
confusionem / in iustitia tua libera me quod tibi proprium est iustos liberare quod expertus
fuit in hac persecutione / psalmus lxx sic in persecutione psalmus etiam exemplo christi
petiuit a deo diuinum auxilium / hic quidem se ad suos filios attendens
a deo omne bonum esse et loquitur omnibus tam bonis quam malis sic innuit
in titulo qui talis est psalmus dauid filiorum ionadab et priorum captiuorum
per filios ionadab qui preceptum patris sui recha tenebant quia vinum
non bibebant in domibus non habitabant / Ieremie xxxv significantur boni obe-
dientes precepti celesti et etiam platius per ipsum priores captiuos de iudeis
qui a babilonijs post captiuati sunt ut habetur / iiij regum vlt. significantur
mali sub certa conpia captiuati per principum peccatum inobediam hic
est sensus tituli psalmus iste est editus a dauid exortatiuus filiorum ionadab
id est obedientium et bonorum ut bonum quod habent gratie dei attribuant / Iacobi primo
omne datum optimum et omne donum perfectum de sursum est a patre luminum
/ et priorum captiuorum id est malorum sub captiuitate peccati detentorum ut sperant per
gratiam dei et non aliter se liberandos / vel per aliquem pro eisdem quod dicitur filiorum
ionadab et priorum captiuorum / Est autem duplex captiuitas scilicet in hoc mundo
et in inferno est quo sensus / iste psalmus est exortatiuus filiorum ionadab id est
filiorum dei / ionadab enim interpretatur voluntarius / deus enim voluntarie genuit
nos / Iacobi primo / Et priorum captiuorum id est ipsorum adhuc existentium in captiuitate
presentia vel captiuorum plus quam existentium / utrique enim exortando est prudentia predi-
catoris iste psalmus est exortatiuus filiorum etiam ad spem et commendatio gratie diuine
/ intentio est mouere ne sperent de nobis presumamus sed in deo confidamus
/ et diuiditur psalmus iste in quinque partes in prima orat attendens quod omne bonum a deo
est et post orat pro sua liberatione in generali / 2o specialiter a quibus vult
liberari ibi deus meus eripe me et dicit sic domine qui potens es in omnibus
ego finitus tuus / in te sperauj non in propria fortitudine mundana non in potestate quia
non confundar in eternum id est nunquam confundar / Ecclesiastici 2 nullus sperauit in domino
et confusus est / vel non confundar id est confusionem eternam et si forte confundar ad tempus
/ Augustinus confusi estis in adam recedite ab eo et accedite ad christum et con-
fusionem sustinere pro eo / et non confundemini in eternum / Ecclesiastici iiij est confu-
sio adducens gratiam / fides enim non decipit caritas nunquam excidit spes non
confundit / in iustitia tua id est secundum quod exigit iustitia promissionem a te mihi factam
libera me a manibus persecutoribus que multi sunt / 2 Regum xi sicut latronum
sicut fluuium persecutoribus in fine sunt / videtur quod ysa xxvi dei iustitia
non sentimus in terra ideo non reddere habitatores terre / et eripe me de
potestate demonis que magna est valde quia non est potestas super terram que
valet ei comparari / Iob xli vel sic eripe me de malis bestiis id est de ma-
lis desiderijs que remanent etiam persona suspensa / Bernardus quidam quot
putas lupi seuitie quot leones superbie quot vulpes astutie quot
vultures in gluuie lacerant cadauer anime / Inclina ad me au-
rem tuam et salua me / Ad romanos loquitur de deo ad modum hominis qui in-
clinat aurem qui vult exaudire deprecationem petentis / psalmus lxx sic homo
petit liberari ab inferni concupiscentie carnalis et dicit libera me domine ab
hoc mundo eripe me a diabolo / et inclina dignare aurem tuam id est misericordiam tuam
ad me miserum et infirmum qui non possem vere exaltare ad te nisi
misericordie inclinares te / Cassiodorus misit gratia dei ad hominem liberandum se in-
clinauit ad magis nunquam potest prouenire et salua me a carnis
miseria infirmitate que gemme concupiscit ad usum semper / Ieremie xvij sa-
na me domine et sanabor saluum me fac et saluus ero et

Esto michi in deum protectorem et in locum munitum ut saluum me fa-
cias. Ad litteram q. d. nulla protectio aut municio valet nisi sit te dante
et sic prius perpetit euasionem malorum hic petit collocacionem bonorum scilicet
stabilitatem et securitatem. Et dicit. Esto michi in deum non qualemcumque sed in
protectorem qui me foueat et teneat sicut gallina pullos sub alis. q. d. deus
protector meus ab inimicis meis. Eccl. ult. confitebor tibi domine et collau-
dabo te deum saluatorem meum qui adiutor et protector factus es michi. et in
locum munitum i. da michi locum securum munitum societate bona et armis
virtutum circumpositum deuocionis. ut saluum me facias quia in tua protectione
et in loco munito gracia tua saluus ero. Iob xvii domine pone me iuxta te.
Hugo. ne ad me iacula inimici perueniant. locum muniunt ista muri
et vitales. turres. vigiles. tuba. scuta. mons. aqua. saxa. tibi ma-
china. fossa. viri. murus est christus. vitales quelibet angeli. turres docto-
res. vigiles prelati. tuba predicacio. scutum oracio. mons eminencia vite.
aqua lacrime. saxa duricia vite et duricies lecti asperitas cibi. rigor
disciplinae. tibi leccones et studium machine ieiunia et elemosina. fossatum confes-
sio que dat et aufert terra peccati. et paupertas voluntaria. viri strenue
pugnantes non effeminati. Ps. 1 Reg. xxiiii habitauit dauid in locis tutissimis
engaddi i. christi. Quoniam firmamentum meum et refugium meum es tu.
Ad litteram qui firmamentum meum dominus in firmitate constancie et refu-
gium meum es tu in omni tribulacione. omnia ista ostendunt fiduciam quam
habebat dauid in deo propter quia exaudibilis erat peticio sua. Ad litteram
alie lectiones sic. hic ostendit impetrandi fiduciam quia firmat in bono et suscipit
ad se fugientes. Et dicit Ideo a te confidenter peto qui firmamentum meum
es tu contra inimicos meos dum pugno. quia in te sum firmus sicut stelle
in firmamento et sine te cadam. Eccl. iiiio in tempore casus inueniet firma-
mentum et refugium meum es tu dum fugio ad te tamquam ad locum mu-
nitum. Ps. petra refugium herinaciis. Hugo confiteor infirmitatem
timidus sum ut lepus quia plenus sum spinis i. peccatis ut herinacius. ergo fir-
mamentum meum es tu dum pugno refugium dum fugio. Deus meus
eripe me de manu peccatoris et de manu contra legem agentis et iniqui.
Ad litteram hic allegat diuinam iusticiam ad quam pertinet iniquos punire
qualis erant persecutores dauid. unde dicit deus meus eripe me de manu p-
...is in fauore absalon iniuste persequebantur eum et de manu contra
legem agentis i. ipsius absalon qui agebat contra legem palam et diuinam
persequendo patrem suum quem omnis lex precipit honorare. et iniqui
i. achitofel qui fuit consiliarius dauid et contra eum dabat iniquum consilium
ipsi absalon. Alie lectiones sic. hic specificat a quibus petit liberari s. a peccatoribus
et dicit deus per potestatem generalem meus per cultum specialem. eripe me constitutum
inter hostes qui per me bellare non sufficio nec fugere valeo. de manu
peccatoris i. de potestate mali hominis uel demonis ne talis manus me capi-
at et trahat ad peccatum et captum detineat in peccato et demum precipitet
in infernum. Osee xiii de manu mortis liberabo eum. et de manu contra
legem agentis i. iudei et mali christiani qui legem susceperunt et non
viuunt secundum legem. et iniqui i. pagani qui legem non susceperunt nec secundum legem
viuunt. Ro. ii quicumque in lege peccauit per legem iudicabuntur et qui
sine lege peccauerunt sine lege peribunt. uel sic eripe me de manu
peccatoris qui peccat in se ipsum. et contra legem agentis qui peccat in deum
et iniqui qui peccat in proximum. ab omnibus istorum societate eripe me deus meus.

Qm tu es pacia mea dne / dne spes mea a iuuentute mea Ad lā
p pacians inuicti paciam in hac tribulatione / fuit enim dauid tunc valde p
tiens ut habetur 2 Rg xvi qr iniurias a Semei sibi malledicente et lapi
des con eum mittente valde paciencter portauit / dne spes mea a iuuen
tute mea / q d nichil boni spiritualiter obtineo nisi per te Aliter sic hic
petit donum pacie in aduersis et donum spei in prosperis Et dicit qm tu
es dne pacia mea i dator pacie et causa tollerandi aduersa Je xxix
Ego cogito cogitaciones pacis et non afflictionis ut dem vobis finem et pa
cienciam Cassio pacia est honestatis aut vtilitatis causa rerum ardua
rum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio / hanc dat deus Je pro
ponit te in murum eneum et in columpnam ferream / et tu es spes mea dō
i dator spei mee q d nichil boni spero obtinere nisi per te a iuuentu
te mea que spiritualis dicitur conuersio a peccato Ecc xi letare iuuenis in adolescen
cia tua Cassio prim est ut dei graciam per paciam promereamur et tunc fu
misima spem ipso donante habere incamur / pacia ergo datur propter
mala presencia / spes propter bona futura Ro v tribulacio pacienciam opera
tur pacia vero probacionem / probacio vero spem / spes autem non confundit In te
confirmatus sum ex utero de ventre matris mee tu es protector meus ad
literam non est per hoc intelligendum quod fuit in utero matris sanctificatus
sed dicit quod in utero matris fuit adeo protectus sine qua protectione non fu
isset de utero matris natus Job iii / Jo habetur A te sustentatus sum ex u
de ventre matris mee i ab hora natiuitatis mee usque nunc tu es protector
meus sic fuisti antequam fuisse natus Aliter sic hic ostenditur collacionem
honorum s confirmacionem in bonis et protectionem a malis Et dicit confirmatus sum
ut in te tendam ex utero matris ex quo processi / uel sic ad literam eciam in utero
matris mee Job xxxi ab infancia creuit mecum miseracio et de ventre
egressa est mecum et hoc est uerum de hiis qui sunt sanctificati in utero matris
Je pro priusquam te formarem in utero noui te et antequam exires de ventre
sanctificaui te Vel sic In te confirmatus sum i a te sum sustentatus et protectus
in utero matris existens et ex utero matris egrediens sine qua sustentacione
et protectione non fuissem natus / Vel sic / In te confirmatus sum i fui iussus
confirmari ex utero Ecc xv firmabit in illo et non flectetur / Vel sic
aliter uterus dicitur ecclesia in quo est uiscus qui corrupcius tu per imbuitur sacra
mentis / et ibi aqua gracia confirmat 2 Pe iiijo perficiet confirmabit
et solidabit / de ventre matris mee i ab hora natiuitatis mee usque nunc
tu es et non alius protector meus a malis imminentibus / qr pro ex utero
de ventre matris status regnamur / licet enim omnes nascimur filij
ire Ephe 2 tamen status patrum est sacrum in quo regnamur ubi tunc
gracia infunditur virtutes armantes et protegentes / Vel spiritualis venter
dicitur ecclesia in quo concipimur qui ad bonum conuertimur nascimur qui bonum
consumimur / crescimus qui in bono proficimus / ad perfectam etatem venimus
qui tendimus ad perfectionem vite / sed heu per ecclesiam duce idest Je iiijo
ventrem meum doleo In te cantacio mea semper tamquam prodigium fac
tus sum multis et tu adiutor fortis Ad literam hic aduerte racionem
cur oracio sua est exaudibilis / prima racio ex sua deuocione tu dicit In te
cantacio mea semper est te deuote laudando / tamquam prodigium factus sum
multis / fuit enim multum mirabile quod dauid vicit leonem et vrsum
suffocauit / et gigantem fortissimum in funda et lapide debellauit
j Rg xvii / et tu adiutor fortis q d tu fecisti ista mirabilia

no ego Alia lectura sic habet ponit aliud verbum quare debet exaudiri scilicet propter
sonorem que deo exhibet et dicit cantatio mea vel laus oris mei et ex:
ultatio cordis mei est semper in te vel de te et tendens in te et propter amorem
quem habeo ad te. Psalmus cantabo domino qui bona tribuit michi. non ergo can:
tabo de propria elatione sicut superbi. non de aliena incommoditate ut invidi non
de vindicta iniurie ut iracundi. non de vaga curiositate ut curiosi. non
de temporali prosperitate ut cupidi non de carnali voluptate ut luxuriosi. non
de gulositate ut ebriosi. sed de te. Ubi Boni qui fuit ad sapient
de te letantur quam cantatio personale quam mea. indeficient quam semper
in prosperis et in adversis et hic et in futuro. tanquam prodigium factus sum multis
id est stultis qui sunt multi qui michi insultant sicut david saltans ante archam
cum factus est prodigium micol. 2 Regum vi. Sapientie v. hii sunt quos aliquando habuimus
in derisum et ita sancti cantant credendo quod non vident sperando quod sunt in
celo contempnendo que sunt in mundo. et tu adiutor fortis ad hec facien
da sustinenda. Iob vi. Nec fortitudo lapidum fortitudo mea. Robustissimus est. Ro vii
deus pro nobis quis contra nos. Repleatur os meum laude tua ut can:
tem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam. Ad literam repleatur id est pro omnibus
gloriam tuam tota die magnitudinem tuam in psalmis a me compositis. Alia lectura sic
sic petit ut detur gratia ad laudandum deum et dicit quam sic volo cantare
et tua laude corde et ore. ergo os meum repleatur per tuam gratiam laude
tua laude corde et ore. Iob viii. Impleatur os tuum risu et labia tua iubilo.
Replea os meum laude tua ut devote non fixe integre non truncate
loquar gratias agendo pro omnibus beneficiis ut non habeat ibi locum garrulu
actio contentiosa detractio. ut cantem gloriam tuam vel tua clara leticia que
debet ab omni creatura. Ysaie xlii gloriam meam alteri non dabo. tota die vel semper
magnitudinem tuam que apparet in tuis operibus mirabilibus et magnis. Alia
lectura nec esse fecisti cum esses salutem dedisti cum peccassem cognovisti quando
sanum innuisti. perseverantie coronasti. Ecce gloria meret et allicit magnificentia
dicet et gratiti. ergo amor debetur gloriae timor magnificentiae. Ne proiicias
me in tempore senectutis cum defecerit virtus mea. ne derelinquas me. Ad l.
hic per ratio ex parte capitis Christi qui iam erat senex et tendens ad de:
fectum roboris et dicit ne proiicias me in tempore senectutis et defectibilitatis mee
non subtrahas a me auxilium virtutis tue. Alia lectura sic hic petit adiutorium
specialiter in statu senectutis et petit ne a deo abiciatur et dicit peto domine
ne proiicias me a tua gratia tanquam onus grave aut lectum vile in tempore
senectutis quando consuetudo mala est difficilior ad mutandum. nam debilior
ad operandum dyabolus instancior ad nocendum. multa enim seni circumveniunt
incommoda ne sim de illis de quibus Regum 2 iii. vos estis onus proiciam contra
vos dicit dominus. Ecclesiastici xviii. si delinquerit eum proiciet te deus in eternum
non ergo delinquas cum in iuventute et non proiciet te in senectute. Eccl
xxv. que in iuventute non congregasti quomodo invenies in senectute. cum
defecerit virtus mea in senectute vel in morte. ne derelinquas me. sed
magis auge virtutis mutidorem. et hoc facit deus suos iuvando et ad
gloriam portando. Iob xi. cum te consumptum putaveris orieris ut lucifer
et consurget tibi quasi meridianus fulgor. Quia dixerunt inimici mei mihi
et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in unum. Ad literam quia
dixerunt de me illud quod post ea subditur et qui custodiebant animam meam
id est vitam meam scilicet achitofel et similes qui fuerant post consiliarii eius
et custodes corporis sui. consilium fecerunt in unum vel cum ipso absalon.

ad me iugulandū Alr lr sic hr post ꝑsuasio .s. concordia inimicorū
aduersus iustū · Et dicit ne derelinquas me dne quia inimici mei desolando m
dixerūt m mala / et nō exprimit que mala ut intelligam multa
et hortat ut desperem de salute · Ps multi dicunt anime mee nō est salus
tibi ꝯ malis dicit boni sunt honores quos pupendis / Chrys dicit, bone s
diuicie quas contempnis / caro dicit bone sunt delicie quas respuis / ex
qualiter inimici dixerūt mala ad opprimendū et ad perdendū me / et qui cu
stodiebant .i. obseruabant animā meā ad decipiendū / consiliū fecerūt i
vnū .i. concordem conspiracionem de mea perdicione / Prov. iii. Ve ipse insidie
sanguinis et abscondunt quia tendiculas contra insontem Ps obseruabit pe
cator iustū sicut lupus agnum et querit mortificare eum et Dicentes deus
dereliquit eum persequimini et comprehendite eum quia nō est qui eripiat Ad lit
persuasit achitofel in cordibus populi per suā astuciam quod dauid esset simpl
derelictus a deo propter adulterium cum bersabee et homicidium vrie ad h
ut populus magis sequeretur persequeretur dauid tamquam hostem a deo reprobat
Alr lr sic hr post intencō hostium qui intendunt excludere adiutorium
ab illo quem persequuntur · Et dicit consilium fecerūt inimici i vnū et concorde con
spiracionem / dicentes intra se Sap. ii. dixerūt impii intra se nō recte co
gitantes / deus dereliquit eum quia nō iuuat eum ymo aduersantibus tradit
eum et exponit / sed semper dicitur quod dicitur Josue primo Ego te nō deseram
neque derelinquam Ysa. xliii. cum transieris per aquas tecum ero / persequimini
tractū ad bonum et malum ponderatū et comprehendite eum .i. diuitē i fore
auaricie / pauperem i angusto impaciencie / subditum in obscuro inuidie / iu
uenem in lupanari luxurie / senem in lecto accidie / Exo. xv. dixit inimicus pe
sequar et comprehendam / quia nō est qui eripiat cum sit comprehensus sic dicunt
impii ut dictum est / Job vi. Ecce auxiliū nō est mihi in me et necessarii mei rec
esserūt a me Deus ne elongaueris a me deus meus i auxilium meum respic
Ad literam deus ne elonges a me subtrahendo auxilium defensionis tue de
meus i auxilium meum respice / Loquitur de deo ad modum hominis qui fixit oculos a
tentos ad eum quem vult adiuuare Alr lr sic hr est et peticio in qua dicit
ne pereas me dne / deus meus ne elongeris a me tamquam ab impio quia Pro
xv dicitur longe est ab impiis dns / sed esto prope Job xvii libera me dne et po
ne iuxta te · deus meus in auxilium meum / a te mihi prestandum respice oculo
tue misericordie Sap. iiii respectus eius in electos illius / ubi enim amor ibi oculus
Confundantur et deficiant detrahentes anime mee operiantur confusione et
pudore qui querunt mala michi / Ad literam confusi et defici dicitur quales
erant achitofel et sui sequaces / operiantur confusione et pudore quod semper fuit
quia achitofel se suspendit ii R xvii et absalon pendens in quercu p
cuspes fuit infixus et magna pars populi et reliqua pars cum confusione fugit
ii R xviii Alr lr sic hr imprecatur aduersantibus confusionem · Et dicit confundantur
impii et deficiant a sua intencione Jer xvii confundantur qui me persequuntur et nō
confundar ego / vel confundantur penitendo et deficiant .i. desistant a peccato
et a temptacione / detrahentes anime mee sicut in imponendo Job vi quare
detraxistis sermonibus veritatis et subuertere nitimini amicum vestrum / vel detrahentes
anime mee quasi nō esset spes salutis mihi in deo Ps nō est salus ipsi i deo,
Ad Rom. i. detractores deo odibiles / operiantur confusione tamquam vestimento
quia nō potuerunt perficere malum in me quod intendebant / et pudore ut cum
desistant coram aliis de sua malicia Jer viii propter iniquitatem multitudinis tue
reuelata sunt verecundiora tua / qui querunt mala mihi opere procurando
et ut mihi mala attribuant / vel querunt si que mala sunt in me / ut michi

ra obiciat / contra illud prov. xxiiii ne insidieris et queras impietatem in
domo iusti / qui ergo querunt mala et culpe et pene eterne. Ego autem
semper sperabo et adiciam super omnem laudem tuam ad l. propter quam exaudi
me sive peticionis allegavit rationes / hic premittit gratiarum actiones et dicit
ego autem semper sperabo liberari de tribulacionibus per tuum auxilium et adiciam semper
omnem laudem tuam i. ad laudes quas feci tibi semper adiciam alias secundum auxi-
lia que prestabis mihi / Cassiodorus sic hic premittit firmitatem spei et devotionem
laudis. Et dicit improperii querunt mala mihi. Ego autem semper sperabo liberari de tri-
bulacionibus per tuum auxilium qui persecutores premis pacientes firmas / ex
eccitatibus futuris sperabo semper in prosperis et in adversis in vita et in morte
Job xiii etiam si occiderit me sperabo in ipso / et adiciam super omnem laudem tuam
ad laudes quas feci tibi semper adiciam alias secundum tuum auxilium quod prestabis
mihi / vel sic omnem laudem tuam scilicet super laudem pro beneficio creacionis guber-
nacionis et redempcionis / adiciam laudem pro beneficio glorificacionis eterne. Os
meum annunciabit iusticiam tuam tota die salutare tuum. Ad Romanos x os meum
confitens ore sic tenendo corde Romanos x corde creditur ad iusticiam ore autem
confessio ad salutem / Cassiodorus sic hic premittit iusticiam divulgare capitulo ad se
et dicit. Ego adiciam super laudem tuam et os meum annunciabit evidenter aliis
iusticiam iusticiam tuam i. bonitatem tuam / Osee iiii seminate vobis in iusticia
iusticiam / tota die i. semper / salutare tuum i. salvatorem tuum / Gen. xlix salutare
tuum exspectabo domine / ysa lxii tota die et nocte non tacebunt laudare
nomen domini. Ergo iusticie timor salutaris amor debetur / vel annunciabit iusti-
ciam in veteri testamento scilicet salutare in novo cui addit tota die quia novo
testamento non succedit aliud. Quoniam non cognovi litteraturam introibo in
potencias domini domine memorabor iusticie tue solius. Ad literam hic ondit
quomodo promissiones impleturus fuerit quia David fuit notatus laudis domine
divine infusionis. Unde dicit quia non cognovi litteraturam per doctrinam humanam
quia ex hac quia iunior ceteris fuit deputatus ad custodiam ovium / primi
reg. xvi et postea fuit armiger saulis et inde assumptus ad miliciam in
bello contra goliam ut dicitur primi reg. xvii / introibo in potencias domini i. ad cogno-
scendum eius virtutes et magnificencias per ipsius inspiracionem / Cassiodorus sic hic
ponit racionem quare exaudiri debeat scilicet propter confidenciam. Et dicit quia non cognovi
litteraturam i. vallem legis intelligenciam de qua ii Cor. iii littera occidit spiritus
autem qui vivificat / vel sic non cognovi litteraturam i. sciptue intelligenciam
per doctrinam humanam vel literarum multitudinem quia sicut x. sicut / inflat enim sua litteratura
occasio perdicionis quia sciencia inflat / i Cor. viii Augustinus indocti celi rapiunt
et nos cum nostris litteris demergimur ad infima / vel sic non cognovi negoci-
acionem secundum aliam literam quia in negociacione perdita fuit virtus et per consequens salus. Osee xii
commendet me effraim in negociacione sua / introibo in potencias domini
i. volo me munire virtutibus domini et maxime caritate et humilitate per que
omnia vincuntur et vicia destruuntur / vel sic qui non cognovi litteraturam
i. scripture intelligenciam quia nimia est prelato / introibo i. quod introire de-
beo / in potencias domini i. in prelacionis adeo constitutas quod non intrabo / ysa iii
non sum medicus et in domo mea adeo consilium non est panis neque vestimentum
nolite me constituere principem idest nolo esse iusticiarius / domine memorabor
iusticie tue solius quia tunc certum quod dominus iustum iudicium fiet in hiis qui presunt /
vel sic memorabor iusticie tue solius / non mediane non mee propter quod nulla est /
ysa lxiiii omnes iusticie nostre quasi pannus menstruate / tue solius qua occidisti
contra angelos superbientes contra homines inobedientes / vel iusticie tue solius /

i. tue bonitatis quia nemo bonus nisi solus deus. Jo. ut iustitie tue i. xpi
filii tui. Psa. Cor. i. qui factus est nobis a deo pater iustitia. Quia dns quorum
visiones et sompnia non recipio figuras et enigmata nolo, ipsos quia sensus
angelicos fastidio, omnium quippe speciem pulcritudinem, sicut iustus meus et tu
eius solius meditabor et de hoc officio. Deus docuisti me a iuventute
mea et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua ad litteram quia iuvenis fuit
qui fuit minimus fratrum. Reg. i. xvi. et exiuit spiritus dni directus est in
David et ibidem dicitur et recepit psalterium et usque fuit, et usque nunc ii. Reg. vii. non fuit
derelictus David a dno nisi ad modicum tempus propter Bersabee et Urie. Petiit
Aliter legitur sic. Hic petit adiutorium a deo usque in fine vite et consolationem sapientie
domini. Et dicit meditabor iustitie tue et bonitatis tue quia tu deus docuisti
me sufficienter ad salutem tamquam bonus et verax magister et imbibere misericordiam
rationem et per extitudinem instructum. Osee x. tempus requirendi dnm cum venerit
qui docebit vos iustitiam. Jo. xiiii. ille vos docebit omnia. a iuventute
mea incipiens, et usque nunc perducens, felix quem talis magister docet felicior
quem a iuventute docet sed felicissimus quem sic docet. Eccli. vi. fili
a iuventute accipe doctrinam et usque ad canos invenies sapientiam, et ego
nolens esse ingratus pronuntiabo i. predicabo aliis mirabilia tua s. ista
scilicet quod me regis quod me vivere facis quod me mortuum spiritualiter resuscitasti
tibi quod ne moriar assortabis. Pe. ii. vos estis genus electum ut annuncietis
virtutes eius qui de tenebris vocavit vos in admirabile lumen.
Hic sequitur ille qui se voluit discere et magister doceri. Et usque in senectam
tam et senium deus ne derelinquas me ad litteram vixit enim David usque ad
senectutem. iii. Reg. i. pd. et rex David senuerat habebat quia etatis
plurimos dies non fuit derelictus a dno nisi ad modicum tempus propter peccatum
Bersabee et Urie. Aliter legitur sic. Hic petit gratiam ad perseverandum. Et dicit deus
docuisti me a iuventute mea et ultimo peto usque in senectam et senium et
usque ad decrepitam etatem ne derelinquas me sed adiuva me et sub in-
pius per gratiam quod iustus sed vel ecclesia, deus ne derelinquas me, sed omni
tempore adiuva me. Nota. secundum glossam quatuor distinguit tempora in ecclesia secundum qua-
tuor etates, iuventus ecclesie fuit tempore apostolorum et martyrum qui fuerunt fortes
unde quod est tempus perfectionis et tempus modernum in quo dilatata est
perfectionis fides. Senecta tempus futurum quo refrigescet caritas. Senium
tempus antichristi usque ad finem mundi et usque tunc petit adiuvari ecclesia et
non derelinqui. secundum illud promissum. Math. ult. Ecce ego vobiscum sum usque ad
consummationem seculi. Eccli. viii. non me derelinquas tempore superborum sine adiutorio.
Donec annunciem brachium tuum generationi omni que ventura est
ad litteram donec a brachio tuo i. magnitudinem virtutis tue generationi omni
que ventura est quod patet impletum quia psalmi David a tempore ipsius generationi
sibi succedentibus recitati sunt et usque in finem mundi cantabuntur inter fideles
Aliter legitur sic. Hic petit perseverantiam bone vite ut predicet xpm evidenter
et generaliter. Et dicit ne derelinquas me dne donec annunciem i. predicem apertis
brachium tuum i. xpm per quem omnia operatus es. Jo. pd. omnia per ipsum facta sunt.
Ysa. liii. brachium dni cui revelatum est, per quod nos ad te congregasti.
Ysa. xl. brachio suo congregabit agnos per quod dyabolum expugnasti,
Luce pd. fecit potentiam in brachio suo, per quod nos liberas a peccato et servi-
tute. Exo. vi. Reducam vos s. a dyaboli servitute in brachio excelso,
per quod nos caritate amplexaris. Cant. ii. leva eius sub capite meo et
dextra amplexabitur me et hoc generationi omni que ventura est. Ly. enim
non tantum i. verbo sed etiam per mortem docet, quia reliquit exempla sue

Recordacionis scripta fuerunt isti vitae que recitantur in ceteris et gra-
ciis sequentibus [ps] scribantur hec in graciarum actione alia etc. Potencia tua
et iusticia tua deus usque in altissima que fecisti magnalia deus quis similis
tibi [Glo interl.] potencia tua hoc refertur ad illud quod predicitur conver-
tisti me etc. usque in altissima que fecisti id est facies magnalia quod de misteriis
Christi que sunt maxima diffusius scripsit quam alibi quando ut dictum fuit in
principio huius libri. deus quis similis tibi q.d. nullus quia vix omnis creatura
distat in infinitum a creatore virtute. [Aliter lege sic] hic petit facultatem
nunciandi ea que pertinent ad Christum scilicet potentiam liberandi bonos et puniendi
malos et glorificandi electos et dicit ne derelinquas me donec annunciem
brachium tuum id est Christum filium tuum et potenciam tuam qua bonos a periculis
liberas [Dan. iii] potestas eius potestas etiam que non auferetur [Luce iii] potens
enim est deus de lapidibus istis id est de peccatoribus obduratis suscitare filios
Abrahe et iusticiam tuam deus qua malos punis [Job xxiii] faciet iudici-
um et iusticiam in terra. vel potentiam tuam in creando et iusticiam tuam in re-
creando. extendens annunciacionem meam usque in altissima magnalia
que fecisti id est que facies de misteriis Christi que sunt maxima scilicet incarnacio
passio resurrectio ascensio et spiritus sancti missio. vel in altissima magnalia que
fecisti suos tuos altissime super celos elevando [ps] elevata est magni-
ficencia tua super celos [Eccli 36] ut cognoscant quia non est deus nisi tu ut
narrent magnalia tua. deus quis similis tibi q.d. nullus est tibi similis in magne
potencie. nec similis in eternitate [Exo xv] quis similis tui in fortibus domine
quis similis tui magnificus in sanctitate [ps. paralip. xvii] non est similis tui
Sed contra [Gen. i] dicitur faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram [Dicendum]
quod in aliquo apparet similis illi creatura. [Dicendum] quod quedam est similitudo imitacionis
ut creatura est similis creatori. et similitudo est equalitatis quia duo homines
sunt equales et similes in magnitudine sic nulla creatura est similis creatori.
Quantas ostendisti michi tribulaciones multas et malas et conversus vivificasti
me et de abissis terre iterum reduxisti me [Glo interl.] mala pene quia
David fuit in multis tribulacionibus et periculis mortis [ut ps. liiii et lvi] et con-
versus erga me oculis misericordie tue vivificasti me de periculis mortis exi-
piendo. et de abissis terre iterum reduxisti me quia David fugiens in speluncis
abscondebat se et cavernis terre de quibus postea ... deo ... de periculis
educte [Aliter lege sic] hic ... ostendit in quibus deus est commendabilis scilicet
duo iusticia puniens peccantem et clemencia exaltans penitentem. [et dicit]
quantas ostendisti michi tribulaciones id est experiri et pati permisisti multas et diver-
sas et malas id est acerbas. ut me reduceres ad te [Act xiiii] per multas tribula-
ciones oportet nos intrare in regnum dei. et conversus a iusticia ad misericordiam me peccato
mortuum per culpam vivificasti in anima affligendo tribulacionibus in corpore
[Deut xxxii] Ego occidam et ego vivere faciam. et cumulando me exalta-
sti quia de abissis terre id est de terrena conversacione que dicitur abissus quia sine bisso id est
candore plena tenebrositate sive base soliditate quia plena instabilitate
reduxisti me ad lucidum et solidum statum gracie [Et] est abissus de qua
[Job xxxviii] abissus dicit non est in me de hac reducit dominus [Ps lxvii]
reducit eos ad locum suum et ... eos facit confidentes. Multiplicasti
magnificenciam tuam et conversus consolatus es me [Glo interl.] me frequenter
construxit se faciendo telam ad capiendas muscas. sic ambiciosus homo ...
... per iniquitatem et impietatem sed lepis ex diversis consuta. Sequitur in
Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum transierunt in affectum cordis. ad literam
Prodiit quasi ex adipe id est ex diviciarum pinguedine quae prestant fomentum omni-
bus viciis quia peccare abducunt omnia. Ecc. x transierunt in affectum cordis id est gravati
sunt in suis malis et sic affecti sunt et delectantur in ipsis. Prov. xxii letantur
cum male fecerint et exultant in rebus pessimis. Alia littera sic habet quia in cogitaci-
one mali operis. et dicit hugo non solum sunt superbi in corde. sed etiam iniqui-
tas eorum qua habent contra proximum prodiit in publicum per opera ad exte-

ipsa in peccatum suum sicut sodoma predicauerunt nec absconderunt. qui ex adipe
i. ex habundancia uel impinguacione diuiciarum que prodiit fomentum omnibus
viciis quia pecunie obediunt omnia. et sic efficiuntur sicut equus impinguatus qui
satiatus recalcitrat. Augustinus. magis peccat qui ex adipe peccat quam qui ex in-
firmitate et defectu. transierunt in affectum cordis i. consuetudinem sunt in suis
malis et delectantur in peccatis. uel transierunt i. transeunt de uno vicio in aliud
sicut sus de luto in lutum. ledentibus in affectum cordis i. faciendo quidquid eis
suggerit concupiscencia carnalis. Ecclesiastici xviii post concupiscencias tuas non eas a voluntate
tua auertere. Cogitauerunt et locuti sunt nequitiam iniquitatem in excelso lo-
cuti sunt. Ad literam. Cogita. uersuciam suam et industriam applicando ad
maliciam et locuti sunt nequitiam perplexitatibus suis satellitibus exercentes ad
iustorum afflictionem sicut patet in tirannis tam in nouo quam in ueteri testamento
iniquitatem in excelso locuti sunt blasphemias dicendo de deo sicut pharao
dicebat Exodi v. nescio dominum et israel non dimittam. Et sennacherib dixit
quod deus non posset liberare ezechiam et populum eius de manu sua iiii Regum xviii
Alia litera sic exponit cogitauerunt maliciam sermonis eorum scilicet nequitiam et blasphemiam
Et dicit cogitauerunt premeditando et sic grauius peccando ex deliberacione et locuti
sunt nequitiam Mathei xii ex habundancia cordis os loquitur. Prouerbiorum xxvi Septem
nequitie sunt in corde illius. iniquitatem i. blasphemiam in excelso i. contra
excelsum deum locuti sunt. Danielis vii et sermones contra excelsum loquetur. Iob
xii audacter prouocauit iram dei cum omnia dedit in manum eius. uel sicut
alia litera in excelso i. alta uoce locuti sunt ut possent a pluribus audiri.
Ecclesiastici xiii diues effabitur [illegible] Posuerunt in celum os suum et lingua
eorum transiuit in terra. Ad literam posuerunt in celum quia propter se ado-
rari tanquam deum sicut patet de nabuchodonosor qui precepit olofferni exterminare
omnes deos terre ut ipse solus deus diceretur Iudith iii. et lingua eorum
transiuit in terra i. lingua eorum intencionem transiuit metas hominis ac si non
essent homines terreni sed dii celestes. Alia litera sic hic ponitur stultus sermonis
scilicet blasphemia. Et dicit posuerunt os suum in celum i. contra celum deum celi blas-
femando et ipsi obloquendo Iob xxi quis est omnipotens ut seruiamus ei. Ps lxxvii
horribilis blasphemia quod ponit in celum os suum. uel domine potentie sicut
ibi dicitur in psalmo numquid poterit deus parare mensam in deserto. uel
domine sapiencie sicut illi de quibus Iob xxii nubes latibulum eius nec nostra consi-
derat. uel domine iusticie sicut peccatores qui promittunt impunitatem [illegible]
cum dixerint pax et securitas tunc repentinus superueniet interitus. uel contra
equalitatem personarum in diuinis sicut arrius qui dixit filium minorem pre-
tre. Io x ego et pater unum sumus. et lingua eorum in terra manens
et super terram transiuit metas quia attingit usque ad celum contra deum blas-
femias loquendo. contra quam loquitur lingua. uel transiuit in terra i. tota terra
est de terrenis loquendo Io iii qui de terra est de terra loquitur. Ideo conuertetur
populus meus hic et dies pleni inuenientur in eis Ad literam hic arguit ex
iustorum aduersitate. quasi diceret. Ideo conuertetur populus meus hic quia populus infirmus conuertitur ad
considerandum prosperitatem malorum iuxta aduersitatem bonorum. et dies pleni i. vigiliis
et meditacionibus. inuenientur in eis in consideracione talium. Alia litera sic exposita
malorum prosperitate hic dicit quia utilitas ex hoc sequitur bonis. Et dicit quia per
hoc boni conuertuntur ad deum. quia iniqui detinentur et peiores efficiuntur
in prosperitate mundi. Ideo populus meus hic i. fragilis et infirmus conuertetur ad
considerandum prosperitatem malorum iuxta aduersitatem bonorum. et dies pleni

vigiliis et meditationibus etc. ut supra. vel sic quia magis deteriorantur et peio-
res efficiuntur in prosperitatibus huiusmodi, ideo per plus magis intelliget ho-
mo maliciam diviciarum ut superbiam avariciam et ceteris. Hic i. ad hoc ut
sit in eadem forma seu in eodem intellectu quia prosperitas huiusmodi non est cu-
randa vel ceteris. Hic i. in presenti vita. Eccli v. ne tardes converti ad dominum
Et dies pleni i. dies eternitatis pleni invenientur in eis caritate, quam
oculus non vidit plenam suavitate quam auris non audivit, plena cari-
tate affectus quam in cor hominis non ascendit. Prov iiii iustorum semita quasi lux splen-
dens procedit et crescit usque in perfectam diem. desideria huiusmodi plenitudi-
nis non curat iustus de temporalium plenitudine et habundancia. vel dies
pleni bonis operibus in presenti invenientur in eis. non sic illi qui nichil bo-
ni faciunt. Job vii ego habui menses vacuos. isti dies invenientur in
eis scilicet in morte quia uniuscuiusque vita in fine ponderatur si plena sit
bonis operibus vel vacua. Dan v. appensus est in statera et inventus est mi-
nus habens. Et dixerunt quomodo scit deus et si est sciencia in excelso. Ad literam
et dixerunt post talem considerationem quomodo scit deus etc. i. mirentur quomodo permit-
tit deus talia si ad hec extendit se sua providencia. Alia litera sic. Hic po-
nitur verba eorum de modo sciendi dei. Et dicit iusti considerantes prosperitatem ma-
lorum et adversitatem bonorum dixerunt quomodo scit deus et si etc. quasi dicit mirantur quomodo
permittit deus talia si sua providencia extendit se ad illa quia scilicet mali pro-
sperantur et boni tribulantur. Vel sic dixerunt ante conversionem quomodo scit deus
vel nullo modo scit vel scit obscure et mixte. Job xxii quid enim novit deus et
quasi per caliginem iudicat. Et dixerunt si est sciencia in excelso qui videt et intelli-
git delicta mea. Ezech viii non videt nos dominus dereliquit dominus terram
ps non videbit dominus et non intelliget deus iacob. Eccli 23 delictorum meorum
non memorabitur dominus. Ecce ipsi peccatores et habundantes in seculo obtinuerunt
divicias. Ad literam hic repetendo breviter prosperitatem malorum et adver-
sitatem bonorum. Et dicit ecce ipsi peccatores habundantes in seculo i. in malis hu-
ius seculi obtinuerunt divicias a quibus habentur corporales delicie. Alia litera sic
hic ostenditur quod non est sustinendum a sapiente quod peccatores prosperantur. Et dicit
ecce i. evidenter ipsi peccatores habundantes in malicia obtinuerunt divicias
a quibus habent corporales delicias, vel sic ecce ipsi peccatores qui deo non obedi-
unt habundantes i. divites in seculo obtinuerunt i. acquisierunt per rapinam per
usuram et per mendacium vel fluxerunt divicias quas possident. Et dixi
ergo sine causa iustificavi cor meum et lavi inter innocentes manus meas.
Ad literam hic concludit ex predictis et dicit ergo sine causa i. frustra iustifica-
vi cor meum cavendo a peccato cordis et lavi inter innocentes manus meas
cavendo peccata operis. Alia litera sic. Hic tangit duo bona de quorum privacione
desperat scilicet de operatione boni et pressione mali. Et dicit ergo sine causa i. frustra
iustificavi cor etc. vel sic ergo iustificavi cor meum peccata cum dolore cogi-
tando et cogitata ex timore dei detestando et deflendo. Eccli primo qui sine
timore est non poterit iustificari, et hoc sine causa i. frustra ex quo mali ha-
bundant bona et boni mala. Malachie iii vanum est qui servit deo et quod
emolumentum quia servivimus ei. et lavi sine causa repetere inter innocentes manus
meas i. opera mea vel cavendo peccata operis, vel pia opera laudabili in-
tentione faciendo. Cassiodorus lavat inter innocentes manus qui pia opera
laudabili intentione facit, palliatus autem et ypocrita et si lavat non
tamen est inter innocentes sicut et pilatus ad tegendum sua vicia manus
lavit. Matt xxvii dixit innocens ego sum a sanguine iusti huius.

Et fui flagellatus tota die et castigatio mea in matutinis. Ad literam
hic subdit causam et fui flagellatus tota die i. cum continue, unde frequenter
accidit quod iusti per totam vitam suam vel per magnam partem sunt in afflictione
et castigatio mea in matutinis i. velociter adhibita, quia enim electi cadunt
in peccatis deus non differt eos punire usque in finem sed punit in presenti continuo
recursu. 2 Machabeorum vi multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere sed statim
ultiones adhibere magni beneficii est indicium. Aliter le[gitur] sic hic iusta continet
quod frustra patiatur hinc sustinendo mala. Et dicit Et ecce sine causa seu
frustra fui flagellatus flagello penitentie ieiunando in orationibus vigilando
ipsos cilicio utendo persecutiones infirmitates dolores patiendo. tota die
i. assidue. Ecclesiastici xx flagella et doctrina in omni tempore sapientia. Ecclesiastici xxx qui
diligit filium assiduat illi flagella. Hugo a me non recedant flagel-
la illi bono filio et flagellator malus ideo fuit ut honoretur. et castigatio
mea in matutinis quod ad hoc mane surgo ut castigem corpus vel car-
nem meam. prima Corinthiorum ix castigo corpus meum et in servitutem redigo. vel
castigatio mea in matutinis i. castigo carnem meam mane surgendo et
vigilando. Ecclesiastici xxxi vigilia honestatis tabefacit carnes et cogitatus
illius auferet somnum. Si dicebam narrabo sic ecce nationem filiorum
tuorum reprobavi. Ad literam hic arguit ad oppositum exemplo iustorum qui
frequenter leguntur afflicti in vita presenti. considerando magnum premium in futuro
Et dicit si dicebam narrabo sic i. tenebo istam opinionem affirmando eum peccatoribus
prosperitatem temporalem, ecce nationem filiorum tuorum i. victorum qui sunt filii dei
per gratiam reprobavi quia omni tempore sunt flagella et patienter sustinuerunt
adversa propter premium in futura vita sicut patet de Abraham, Ysaac et de aliis
sanctis patriarchis et prophetis. unde Ysaias fuit serratus, Ieremias lapidatus etc.
Iudith viii omnes qui placuerunt deo per multas tribulationes transierunt fide-
les. Actuum xiiii per multas tribulationes oportet etc. Aliter le[gitur] sic, supra posuit con-
desperationem de qua inito hic subdit revocationem ab huiusmodi errore et hesi-
tatione. Et dicit si dicebam in corde meo motum concepi narrabo sic ille
quod deus impiis non curat nec est spes credentibus illis, ecce i. evidenter
et in promptu scirem quod sic narrando aliis reprobavi i. reprobabo nationem i.
congregationem filiorum tuorum i. sanctorum tuorum contrarium dicentium. quod esset magnum
inique nec tale nationem contradicere. Hec est illa natio de qua Ecclesiastici iii filii
sapientie ecclesia iustorum et natio illa obedientia et dilectio. Et ergo huic dico
obviat Iob xxxvi magnus dives quem flagellat et salvat. obviat Paulus
prima Corinthiorum xv si in hac vita tantum in christo sperantes sumus miserabiles
sumus hominibus. Existimabam ut cognoscerem hoc, labor est ante me.
Ad literam hic post veritatem determinatam et declaratam declaratio quod veritas hu-
ius questionis non potest sciri per investigationem humanam sed solum per divinam revela-
tionem. Et dicit Existimabam ut cognoscerem i. ut possem cognoscere veritatem de pre-
dictis per investigationem rationis. hoc labor est ante me quod continue usque ad
hoc laborare non possem pertingere ad hanc veritatem. Ecclesiastes viii quanto plus
laboraverit homo tanto minus inveniet. Aliter le[gitur] sic hic post fiduciam de cognoscenda
veritate. Et dicit existimabam i. cogitabam intra me ut cognoscerem i. cogno-
scere possem hanc i. rei veritatem et causam cur mali prosperantur et af-
fliguntur boni, sed hoc est labor i. laboriosa investigatio ante me i. ante
oculos cordis mei. Ecclesiastes i dedi cor meum ut scirem prudentiam et sa-
pientiam et cognovi quod in hiis omnibus est labor et afflictio spiritus. Romanorum xi

O altitudo diuiciarum sapientie et sciencie dei. Augustinus. Iusta arguere deum et non erit
labor. Donec intrem in sanctuarium dei et intelligam in nouissimis eorum. Ad
literam donec intrarem in studium dei id est ad intellectum sacre scripture diuinitus reuelate
quam vocat studium eo quod deus in illa loquitur sicut in studio vbi diuinitus re-
sponsa dabantur. Et intelligam in nouissimis eorum id est intelligam puniciones
et premia vite future de quibus aperte loquitur scriptura in veteri et nouo testamento.
In veteri Danielis xii multi de hiis qui dormiunt in puluere terre euigilabunt
alii in vitam eternam alii in opprobrium. Et in nouo testamento Mathei xxv ibunt
hii in supplicium eternum, iusti vero in vitam eternam. Alia lectura sic hic tangitur
breuis labor in inquirendo, secundo veritatis quesite cognicio. Et dicit volui
cognoscere cur mali prosperantur et boni affliguntur sed hoc est laboriosum
et difficile michi donec intrem id est vsque intrabo in studium dei id est ad sacre
scripture intellectum diuinitus reuelate per quam deus loquitur, vel donec intrem
in studium dei id est ad christum qui est sanctus sanctorum Danielis ix in quo sunt omnes the-
sauri sapientie et sciencie dei absconditi Coll. ii. Sic in veteri lege qui summus
sacerdos intrabat sancta sanctorum multa occulta ei reuelabantur. Intratur autem
ad portam sancti per peccati confessionem. Psalmus Introite portas eius in confessione
sed vlterius proceditur per innocenciam. Psalmus Ego autem in innocencia mea ingressus
sum. Et peruenitur vsque ad ipsum per eukaristie suscepcionem. Psalmus Introibo ad altare
dei ad deum etc. sed tamen in ipsum vsque ad intima per glorie adepcionem
Mathei xxv Intra in gaudium domini tui. Vel studium dei id est in die disputa-
cionis sicut sedent vel scripta doctorum eloquiorum quorum qui diligenter attenderit
intellexit quod sine causa non ita fit. Vnde sic intrabis, intelligam quid futurum
sit id est in nouissimis eorum ad quem finem venient quia ad penas et ad premia vite
future quia impii prosperantur ad suum malum sicut boues impinguantur ut occidantur.
Vel sic donec intrem in studium dei id est in celeste habitacionem per glorie ad-
epcionem et tunc quod fiet finaliter in nouissimis eorum intelligam veritatem de
dubiis premissis. Deuteronomii xxxii vtinam saperent et intelligerent etc. Verumtamen
propter dolos posuisti eis deiecisti eos dum alleuarentur. Ad literam hic declarat
determinacionem declarat gradum ad penam malorum et bonum iustorum. Et dicit verumtamen
propter dolos quibus iniusti defraudauerunt et afflixerunt modestos et iustos
posuisti eis finem prosperitatis temporalis eos subtrahendo de presenti vita. Hoc
dicit contra illud quod supra fuerat inductum ad opinionem de longa vita malorum quia
non est respectu mortis eorum quia eciam aliquando contingit contrarium ex diuina ordina-
cione et hoc ad terrorem aliorum malorum et consolacionem bonorum. Ideo subditur de-
iecisti eos dum alleuarentur id est dum adhuc essent in augmento sue prosperitatis
temporalis sicut patet de anthiocho illustri et de multis aliis tirannis. Alia lectura
sic hic post inuentam cognicionem et determinacionem ostenditur ad prosperitatem malorum.
Et dicit Certe ipsi peccatores in seculo obtinuerunt diuicias. Verumtamen posuisti id est
dedisti eis copiam temporalium bonorum propter dolos et fraudes eorum quia dolum
faciunt aliis eos defraudando et eo ipso dolum paciuntur a serpente sed
fraudatur serpens quia acquirunt temporalia pro eternis et hoc est vilissimum forum.
Sap. ii per quod quis peccat per hec et torquetur. Vel sic verumtamen propter dolos
quibus iniqui defraudauerunt iustos posuisti eis finem prosperitatis temporalis
subtrahendo eos de presenti vita ad terrorem aliorum malorum et consolacionem
bonorum. Deiecisti eos dum alleuarentur id est dum adhuc essent in augmento
prosperitatis temporalis. Vel deiecisti eos eo tempore dum alleuarentur in honoribus.
Iob xxx Eleuasti me aliquando ad altitudinem ad bonum et quod sic verum.

onerosis allisisti me valde. Nota deus dat temporalia aliquibus ad alliciendum
ad bonum sicut dabat iudeis ysa[ias] post si volueritis et audieritis me bona terre
comedetis. aliquibus ad solacium sicut dat sanctis. Cant. 2 leva eius sub capite
meo. aliquibus ad dampnandum et quo iudicio sicut dat reprobis ut hic dicitur
Quomodo facti sunt in desolacionem subito defecerunt perierunt propter iniquitatem suam
Glossa quia non solum aliquibus cito meruit sed etiam possessiones eorum et divicie
destruuntur subito defecerunt de presenti vita perierunt in gehenne pena propter
iniquitatem suam quia mortui sunt cum finali impenitencia. Alia littera sic habet et dicit propter
futura mala dantur eis bona presencia et dicit quomodo propter multitudinem diviciarum
suarum in quibus gloriabantur facti sunt in desolacionem i. privati sunt consolacione cito
et possessione bonorum subito defecerunt in morte de presenti vita qui in maiori
prosperitate se credebant et sic firmius deficit cum elevatur. Eccle. ii …
in vacuum laborabit et defecerit. Heu qualis defectus ubi deficit homo
… corpus anime anima glorie … sic defecerunt in morte perierunt per mor
tem in pena gehenne propter iniquitatem suam quia mortui sunt cum finali impenitencia
et non perierunt propter dei sententiam. Baruch iii perierunt propter insipienciam suam
… x cum perierit homo hereditabit serpentes bestias et vermes. Ideo dicit
… iniquitatem odio habui etc. Velut sompnium surgencium domine in civitate
tua ymaginem ipsorum ad nichilum rediges. Glossa illa enim que videntur
in sompnis non sunt res vere sed ymaginarie et statim evanescunt evigilante
sic prosperitas temporalis comparata ad eternam nulla est et ideo comparatur sompnio quia statim
evanescit per mortem que oculos aperit quos culpa tenebat clausos
in presenti vita. domine in civitate quia adverte tua in aliquibus libris non est in hebreo
in textu. Ideo habetur in civitate eorum ymaginem ipsorum ad nichilum rediges
potentibus enim quodammodo fiebant antiquitus ymagines in civitatibus in quibus
… veneranda faciebant et qui divino iudicio eiciebantur a sua terra
unde vel potestate et … iste ymagines in detestacionem eorum …
…bantur. vel per ymagines intelliguntur filii eorum quia filius est ymago pa
tris. et sicut … legitur … cum tota prole sua ut habetur
in pluribus locis et in historiis. Alia littera sic habet … quia propter
futura mala dantur eis bona presencia et dicit subito defecerunt impii et
velut sompnium surgencium de sompno a quibus evanescit i. quod sompnia
… sic prosperitas temporalis eorum statim evanescet per mortem que oculos
aperit quos culpa tenebat clausos in presenti vita. Job xx velut som
nium avolans non invenietur transiet sicut visio nocturna. Alia littera habet
velut a sompno exurgentes. domine in civitate tua celesti … yma
ginem i. effigiem ipsorum viciis deturpatam rediges ad nichilum i. elon
gabis a te ad infernum proiciendo vel ymaginem eorum i. gloriam eorum tempora
lem ad nichilum rediges i. delebis de memoria viventium. Prov. ult.
… vana … fallax ymago et vana pulchritudo. Nota diversi per diversa
… diversas effigies recipiunt. Unde quidam habent effigiem leonis per super
biam. alii vulpis per dolositatem. alii reptilis per cupiditatem. alii stru
cionis per ypocrisim. alii canis per gulam. alii porci per luxuriam
et sic de aliis. Sic bona temporalia comparantur sompniis propter multas simili
tudines. Primo quia sompniatores amplexantur fantasmata pro veritate. ita mun
dani temporalia pro beatitudine. Ps. … duxerit populum tuum … etc.

Eccl. xxxiiii multos enim errare fecerunt sompnia et excidere sperantes in eis
2o sic pro varietate infirmitatum est varietas sompniorum sic pro varietate praviarum
est varietas affectionum cupiditas enim facit sompniare divicias superbia ho-
nores gula delicias luxuria mulieres ira vindictas etc. de aliis Eccl. v mul-
tas curas sequuntur sompnia Catho sompnia ne cures etc. 3o quia sicut stulti ex-
tolluntur de sompnio ita cupidi de prosperitate temporali Eccl. xxxiiii sompnia ex-
tollunt imprudentes. Quarto sicut dyabolus illudit in sompniis ita in diviciis
Eccl. xxxiiii cor tuum fantasias patitur nisi commissa fuerit ab altissimo visitacio etc.
quia sicut sompnia exprimuntur per oppositum Luc. vi ve vobis qui saturati estis quia esurietis
Luc. xvi de divite sompniante dilatacionem honorum cui oppositum contigit Sexto quia
sicut sompnia faciunt credere de mortuo quod vivat sic bona temporalia. Apc. iii vivens
mulier vivens in deliciis mortua est Apoc. iiio nomen habes quod vivas et
mortuus es Septimo sic de sompnio sicut de diviciis remanet tantum de memoria
Luc. xvi fili recordare quia etc. Quia inflammatum est cor meum et renes mei
commutati sunt et ego ad nichilum redactus sum et nescivi. Ad literam
describitur privacio bonorum in primi comitum ad bona gracie et in futuro comitum ad
bona glorie. Et dicit quia inflammatum est cor meum per dei puram dilectionem et re-
nes mei commutati sunt per carnalis concupiscentie repressionem que viget in renibus
comitum ad masculos ut dicit gregorius et ego ad nichilum redactus sum et nescivi
quasi dicit ex hoc quod dilexi deum ex toto corde et repressi impetum luxurie secutum
est et ego ad nichilum redactus sum et nescivi id est me ignorantem reputavi
quanto enim quis plus deo per virtutes coniungitur et a carnalibus abiudicatur tanto
tanto magis se reputat per humilitatem et magis cognoscit suam ignoranciam
Aliter sic prius posuit cogitationem virtutis comitum ad prosperitatem malorum con-
vertit virtute comitum ad secundum Et dicit se inductum ad invidiam et ad iusti-
ciam Et dicit dominus gloriam superborum ad nichilum redigeres quia inflammatum est cor
meum per dei dilectionem et renes mei commutati sunt per carnalis concupiscentie repressionem
vel quia cor meum occasione vite eorum inflammatum est igne invidie qui est
ignis Job primo descendit ignis id est invidia de celo et tactas oves pueros con-
sumpsit, vel renes mei quorum fortitudo sit exercitus commutati sunt a stabilitate sua
qua fuerunt adherere deo id est sunt instabiles Tren. iiii quo obscuratum est
aurum mutatus est color optimus dispersi sunt lapides etc. et ego ad nichilum reda-
ctus sum et nescivi quasi dicit ex hoc quod dilexi deum ex toto corde et repressi impetum
luxurie secutum est et ego ad nichilum redactus sum et nescivi id est me ignorantem re-
putavi ymmo metipsum modicum esse reputavi vel et ego ad nichilum re-
dactus sum per immoderatum amorem temporalium quia temporalia creata eciam quasi nichil
sunt Jere. iiiio aspexisti terram et ecce vacua erat Augustinus id efficeris quod dili-
gis si ergo terrena diligis nichil efficeris, et nescivi quasi dicit instabilis fui terrena
nimis dilexi et sic peccavi et nescivi me peccare quod fuit valde periculo-
sum quia non queritur remedium ubi nescitur morbus Osee viii comederunt
alieni robur eius et ipse nescivit Ut iumentum factus sum apud te et ego
semper tecum. Ad literam ut iumentum est in comparacione tue sciencie quia magis excedit
cognicionem humanam quam humana iumentinam. et ego semper tecum quia qui hoc resilit
in propriam pravitatem et ignoranciam et committit se totaliter divine dispositioni
tunc ipse eum recipit. Ps. facta sit domus tua et ipse te etc. Aliter le-
gitur dicit se inductum in ignoranciam vehementem non tamen in infidelitatem
Et dicit ut iumentum id est ita ignoravi vehementer quia factus sum ut iumentum

apud te x in comparacione tue sedis que magis excedit comparacionem brutam. quam
iumenta vitulacio. vel est iumentum factus sum quia viciosum et stolidum est et equ
porta omnia bona et mala. apud te quia tu es iudicans et si non apud homines
qui magnum putant sapienciam terrena agere et multiplicare. propter Cor. primo
Sapiencia huius mundi stulticia est apud deum. et licet sic peccaverim ignoranter
ego tamen semper fui tecum saltem fide quia credebam omnia corporalia a te esse non
ab ydolis. Osee viii ve eis qui recesserunt a te sicut infideles. Alibi
isti duo versus prius legi in bona significacione sicut ad nichilum redactus sum
id est sed non me quia inflammatum est cor meum fluxu caritatis et renes mei
id est inferiores voluptates commutati sunt in amore castitatis et ego ad nichilum
redactus sum reputacione humilitatis et nescivi ostendere vitam sed ut iumentum
factus sum apud te per subiectam obediencie et ego semper tecum per instinctum perseve-
rancie. Tenuisti manum dexteram tuam et in voluntate tua deduxisti
me et cum gloria suscepisti me. Ad litteram me dulcem in tua proteccione
accipiendo et in voluntate tua deduxisti me de presenti miseria ad beatam
vitam transferendo. Alibi legitur sic prius posuit occasionem ruine ex prosperitate
malorum hic ostendit adiutorium datum contra hoc a deo Et dicit sic inductus
fui in turbam et ignoranciam sed tu deus non dereliquisti me sed tenuisti ma-
num dexteram meam a turba elevando quia nemo potest surgere per se qui cecidit in peccatum
peccatum est enim spiritus vadens et non rediens. Sic apprehendit manum Petri
in submersione Mat. xiiii. Ysa. xlii. Ego deus apprehendens manum dexteram
tuam. vel tenuisti manum dexteram meam me in tua proteccione suscipiendo. et
in voluntate tua non ex debito nec ex merito meo sed ex beneplacito gracie
tue Iacobo primo voluntarie genuit nos verbo veritatis. deduxisti me ex bono
in melius Sap. x. Iustum deduxit dominus per vias rectas. vel me in terra tandem
in re. vel suscipies me in gloria cum perdentibus Iob xxii qui humiliatus
fuerit erit in gloria. vel suscepisti id est suscipies me cum gloria id est cum gloriosa
unione cum persona filii. Quid enim mihi est in celo et a te quid volui super
terram. Ad litteram quasi diceret nec in celo nec in terra est aliqua creatura que mihi sufficiat pro
beatitudine mea quia consistit obiective in solo deo qui est bonitas infinita. Alibi
legitur sic hic arguit cupiditatem suam admirans terrena celestia que neglexit et
corporalia que dilexit Et dicit quid enim mihi est in celo id est quantum premium quasi inestima-
biliter admirabile et ineffabile quia tu ipse es id premium Gen. xv Ego sum
merces tua magna nimis. quia quod est mihi in celo petitum et promissum Mat. xix
dixit Petrus Ecce domine nos reliquimus omnia et secuti sumus te quid ergo erit nobis.
Io. xvi Usque modo non petistis quicquam petite et cetera quod in deo est premium stabile
quia quod utile quod stabile quod inamissibile quia in celo. et a te quid volui super terram
quasi diceret stultus fui quia id nichil est respectu illius quod in celo est. Greg. Si consideremus
que et quanta sunt que nobis in celo promittuntur vilescunt omnia que in terra possidentur
vilescunt hec omnia. deserit terra id est despicit. comparata in celestibus marce-
scit animus nichil in terris libet conspicit deforme quicquid de terrene rei placere
videbat ex quo sola preciose margarite claritatis fulget in mente. Defecit
cor meum et caro mea deus cordis mei et pars mea deus in eternum. Ad litteram
defecit et cetera in consideracione bonitatis tue que non potest comprehendi a finita virtute. propter
Cor. ii quod oculus non vidit auris non audivit nec in cor hominis ascendit
Deo subditur et pars mea deus in eternum ad implens desiderium meum et cetera

Alr le sic hic ostendit qui auertit se totaliter a desideriis terrenis corde et corpore
et qui conuertit se ad deum stabili dilectione Et dicit primus concupiui sed tamen
sed modo non ideo defecit caro mea id est carnales cogitaciones corporis et cor meum
id est male affectiones interius quod id est iam displicent michi carnales voluptates et carnalis
operacio Greg. gustato spiritu desipit omnis caro sic mors corporis interficit
sic ab amore temporalium ethernitatis vite caritas occidit. vel sic defecit caro mea
et in consideracione bonitatis tue quam non potest comprehendi a fide viuere. deus cordis
mei est amor vel dileccio et possessio propter hoc vult quod christus in secreto cordis
vult amari. vel sic deus cordis mei est scrutator et desiderator Prov. xxiii
fili prebe michi cor tuum et oculi tui vias meas custodiant Cuius deus cordis
mei amor qui es salus laus gloria splendor princeps lumen gaudium pro
sperum iubilus vitas ciuitas dulcedo pax premium et vita et quicquid volueris
ipse est. et pars mea id est hereditas vel merces mea est deus in eternum Exon. sic
pars mea dominus dicit anima mea Luc. x Maria optimam partem elegit. vel pars
mea deus saciabit desiderium anime mee. vel sic de religiosis defecit caro
mea et cor meum per votum continencie deus cordis mei possessor per votum obediencie
et pars mea deus per votum paupertatis voluntarie. quia Ecce qui elongant se
a te peribunt perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Aliud leccio quod elongant
se per peccatum mortale peribunt perdicione perhenni. perdidisti omnes qui fornicantur
abs te. per peccatum ydolatrie quod in scriptura fornicacio nominatur Alr le sic
hic ostendit dampnum illorum qui auertunt se a deo et adherent creature Et dicit ecce
euidenter vim quod quod elongat se a te per peccatum mortale peribunt perdicione perhenni
vel eundo in supplicium eternum Prov. xv longe est dominus ab impiis Job. v
longe fiant filii eius a salute. et conterentur in porta et non erit qui eripiat. per
didisti id est perdes vel perdidisti iam in tua prouisione omnes qui fornicantur abs te
per peccatum ydolatrie quod potius fornicacio in scriptura vel omnes qui fornicantur id est
in fornicacione permanent. non tantum corporali sed eciam spirituali abs te id est sic
sicut mulier adultera separatur a sponso contemptu ad thorum Osee v non dabunt cogi
taciones suas ut reuertantur ad dominum quia spiritus fornicacionum in medio eorum
Triplex est fornicacio prima est petulencie et curiositatis sensuum cum non refre
nantur Num. xv non sequuntur cogitaciones suas et oculos per res varias
sequentes ad illas est concupiscencia inducere quam gerit Jac. iiii ve vobis qui fornica
fornicamini qui concupiscitis Tercia sequitur ex viciis est operis eius
prima Cor. vi fornicacionem fugite fornicatores Hebr. xiii fornicatores et adulteros
iudicabit deus Ex hiis quinque sequitur quarta id est ydolatria que est pessima Sap.
xiiii inicium fornicacionis exquisicio ydolorum Michi autem adherere deo bonum
est et ponere in domino deo spem meam Ad literam michi adherere deo bonum est per fidem
et caritatem in presenti et ponere in domino deo spem meam per eciam future beatitudinis
expectacionem. quia spes est eciam expectacio future beatitudinis ex gracia et meritis
proueniens Alr le sic hic ponit fructum deo adherencium Et dicit michi autem ad
herere per fidem et caritatem in presenti deo bonum est tamquam sponso gratissimo
tamquam amico fidelissimo tamquam domino potentissimo bonum id est valde vtile est
quia adhesit anima mea post te etc. prima Cor. vi qui adheret deo vnus est spiritus
cum eo quod perpetue sentitur in gracia. et ponere in domino deo spem meam per eternam
future beatitudinis expectacionem. vel et ponere interim donec ad perfectam veniat
adhesionem in domino spem meam prima Pe. v omnem sollicitudinem vestram proi
cientes in eum quia ipsi est cura de vobis Eccli. ii qui speratis in domino et cetera

Et annunciem omnes predicationes tuas in portis filie syon. Glossa: id est illa
que debent annunciari fidelibus ad gloriam tuam et eorum utilitatem in portis filie
syon. Hoc non est in hebreo nec in translatione Ieronimi sed sicut appositum ab aliquo expo-
sitore. eo quod in veteri testamento prophete et doctores annunciabant revelationes
sibi factas et legem exponebant in porticu atriorum domus domini que erat in monte syon
propterea sicut dicitur Levitici viii. Cetera in porta domus domini et predicta. Glossa: Sic
qui post causam spei et honore dei promittit persuadere quod ut annunciem omnes
predicationes que debent annunciari fidelibus ad gloriam tuam et eorum utilitatem. vel omnes
predicationes id est septem sacramenta fides vestra virtus laus prima pene. vel omnes predica-
tiones tuas id est antiquas predicationes. Et Thimothei iii° Omnis doctrina divinitus inspirata utilis
est ad docendum ignorantes ad arguendum rebelles ad corrigendum peccatores
ad erudiendum et perficiendum bonos. in portis id est in publico filie syon id est
ecclesie militantis que est filia syon id est ecclesie triumphantis in qua deus spectatur
facie ad faciem. Syon enim interpretatur speculatio. Unde hic argumentum quod in pub-
lico est predicandum non in latibulis. Ysaie xlv non in abscondito locutus sum in
loco terre tenebroso. Proverbiorum ultimo laudent eum in porta opera eius. Oratio
Presta nobis domine tibi iugiter adherere mente et in te tota virtute nostra spei
defigere ut mereamur laudes tuas in portis celestibus nunciare. Asaph

Ut quid deus repulisti nos in finem iratus est furor tuus super oves .lxxiii.
pascue tue. Glossa: Titulus in hebreo et in translatione Ieronimi Erudito
asaph id est quod asaph eruditus et in spiritu previdens captivitatem
ipse per totum flendam et dominum deprecaturus fecit quem fecit pro liberatione
populi ab ista captivitate quia liberatorem expectat sicut per messiam
Sed quod messias si videtur iam venit quo videtur quod iste psalmus loquitur de liberatione
babilonica captivitate quam asaph futuram previdit et ideo pro eo orat pro eius
liberatione. Dividitur autem iste psalmus quod primo asaph pro liberatione populi allegat prestita
dei auxilia. 2° adversantium maliciam ubi leva manus etc. primo dicit ut quid
deus repulisti populum tuum a familiaritate et clementia in finem id est tamdiu sustinendo eius
captivitatem. iratus est furor tuus. per hoc non est intelligendum quod in deo sit
aliquis motus passionis. sed rigor sive ultio super oves pascue tue. id est super
populum israel quem pavisti manna xl annis in deserto usque quo introduxi-
sti eum in terram lacte et melle manantem. Iosue v. Glossa: Sic In isto psalmo
post supplicatio pro malis in induratione obstinatis et ipsorum increpatio ut con-
vertantur ad christum. Titulus intellectus asaph id est collectionis fidelium qui intelligunt
quod figure transierunt et veritas venit. et quod eterna querenda sunt non terrena. Glossa: Et
per lamentationem miserie iudeorum et desiderium conversionis ipsorum. Intendit ut relictis
figuris veritatem teneamus. et contemptis terrenis eterna queramus. Et dividitur
primo proponit statum iudeorum miserabilem. 2° adventus salvatoris delectabilis ibi
deus autem rex etc. Et primo querit quare deus repulit iudeos a sua presentia. Et dicit
ut quid id est quare deus repulisti populum tibi familiarem et clementem a familiari-
tate et a tua defensione. in finem id est tam diu sustinendo eius captivitatem
vel in finem id est ex toto quia nec civitatem nec templum nec regem nec prophetam
habemus. Treni ii° Repulit dominus altare suum maledixit sanctificationi
sue tradidit in manus inimici muros et turrim eius. vel in finem id est usque
in finem seculi in quo omnes convertentur. Ysaia x Si fuerit populus meus israel
quasi arena maris reliquie convertentur. iratus est furor tuus super oves pascue

exponendo pascua subtrahendo virgas tradendo / super oves pascue tue. super populum israel quem solebas pascere tibi legis et prophetarum manna in deserto habundantia fructuum terre promissionis. ysa xl. sicut pastor gregem suum pascit. Ita quod hic aggravat fletum suum multipliciter primo a magnitudine repellentis quia deus. 2o a diuturnitate repulsionis quia in finem. 3o acerbitate miseriarum quia iratus est furor tuus. 4o ab infirmitate repulsorum quia super oves pascue tue. Sed contra prophetam quia non repellet dominus plebem suam. Roma xi. numquid deus repulit plebem suam absit. Responsio quod plebem que sua est per creationem vel per predestinationem iustitia repellit. Sed quam repulit quia ei iremis adhesit sed de reliquit. Ymo nec noverunt ysa primo cognovit bos possessorem suum et asinus presepe domini sui israel autem me non cognovit. Memor esto congregationis tue quam possedisti ab initio. Ad literam quia dominus congregavit filios israel in ramesse qui debuerunt egredi de egipto. exo xii. quam possedisti ab initio scilicet exitus de egipto quia per legem susceptam populus israel obligatur se deo ad serviendum sibi spiritualiter servitute. Aliter legitur sic propheta deplorat populi miseriam hic excitat super tantam miseria dei misericordiam recitando beneficia que illi populo contulit primo dicit iratus est domine furor tuus super oves tuas sed memor esto benevolentie et liberationis exhibende quod videris oblivisci tamdiu in miseriis permittendo. Memento nostri memento mei deus in bono. congregationis tue. id est congrega nos de nationibus et littera una tu enim eos separasti in hereditatem de universis populis terre. quam possedisti ab initio exitus de egipto. vel ab initio electionis patriarcharum et primi enim fuerunt huius congregationis initium. Exo xxxi. Memento abraham ysaac et iacob servorum tuorum. vel ab initio creationis vel alia litera habet quam creasti. Deut. xxxii. numquid non ipse deus qui fecit et possedit te. Redemisti virgam hereditatis tue mons syon in quo habitasti in eo. Ad literam Redemisti virgam id est sceptrum regni hereditatis tue id est iudee quod dicitur hereditas domini eo quod ibi viguit cultus domini. ubi autem cecidit specialiter locum sceptri regni dicit mons syon in quo habitasti in eo quia in monte syon fuit templum in quo dicebatur deus specialiter modo habitare etiam ibi erat domus regia sicut dictum est. Aliter legitur sic hic recitat aliud beneficium scilicet quod redemit eos a servitute aliena et dicit Redemisti virgam id est sceptrum regni hereditatis tue id est populi iudaici qui dicitur domini hereditas. vel redemisti de dura servitute egipti virgam hereditatis tue id est plebem iudaicam que est portio tua que virga ab aliis distincta et per virgam moysi figurata que versa in terra versa est in colubrum et resumpta iterum est virga. Exo iiiio. sic illa plebs primo fuit recta sed tremens adherens iterum est perversa que tamen in fine mundi redibit ad rectitudinem fidei et specificat de illa hereditate dicens mons syon in quo fuit cultus dominus et specialis instructio et templum quod mons pertinebat ad illam plebem et ibi erat locus sceptri regni et domus regia. in quo monte habitasti ibi in eo corporaliter per incarnationem psalmus. homo natus in ea et ipse fundavit eam altissimus. Levit xxvi. habitabo inter vos et ero deus vester. Moraliter potest esse supplicatio populi penitentis. Leva manus tuas in superbias eorum in fine contra malignatus est inimicus in sancto. Ad literam hic allegat adversariorum malitiam propter quod dicens est ut deus eam puniat et liberet devotos ab eis. Et dicit leva manus tuas id est virtutem potestatis tue. quia in deo non sunt lineamenta corporis in superbias eorum in fine id est ad frangendum totaliter superbias babiloniorum quod factum fuit quando dominus babilonios per cirum et darium destruxit. Dan. v. et huius destructionis

allegerit causam quare contra malignatus est inimicus id est rex babilonis et eius exercitus in sancto
i. in templo divino cultui deputato. Alia littera sic: sic impetra contra adversarios
infideles. Et dicit Leva in vindictam manus tuas id est opera tue potencie in superbias
eorum scilicet gentilium ydolatrarum qui destruxerunt Ierusalem et si non statim tamen in fine id est
propter quam illorum superbia alios calcavit. Vel sic in fine id est non ad eorum dampna-
cionem sed ad correctionem ut ducas eos in fine id est ad Christum. Vel in fine id est donec
eorum superbia firmatur et annichiletur. Exo. xxxiii. Alleva manum tuam super
gentes alienas ut videant potenciam tuam. Quanta id est quam multa et quam dura ma-
lignatus est id est maligne operatus est inimicus gentilis et ydolatra in sancto id est in tem-
plo divino cultui deputato et in hiis que sancta erant in templo et in templo et in ci-
vitate. Primi machabeorum. Sancta in manus extraneorum facta sunt et templum eius sicut homo
ignobilis. Et gloriati sunt qui oderunt te in die solemnitatis tue. Secundum literam
sic exponitur in particulari scilicet a babiloniis de civitate et templo dei quod Et
gloriati sunt tamquam fecissent opera virtutis cum tamen contra finem fuit quod ipsi sui corre-
ctione que oderunt te id est babilonii qui erant ydolatre in medio solemnitatis
tue id est in Ierusalem quam destruxerunt babilonii in qua iudei manentes in ea tribus vicibus
conveniebant ter in anno ad celebrandum festivitates domini in festo pasche
penthecostes et tabernaculorum. Exo. xxiii. Alia littera sic: sic continet quod in malis
suis operibus gloriabantur. Et dicit quod multa mala operati sunt inimici in sancto tuo
templo et gloriati sunt id est letati sunt de suis malis operibus quod est pessimum quia
peccatum dolore secundum primam non gloria. Prover. ii. Letantur cum malefecerint et exul-
tant in rebus pessimis, qui oderunt te deus et te Ierusalem, in medio solemnitatis
tue paschalis id est quando iudei congregati fuerunt in Ierusalem ad celebrandum pascha
Titus et Vespesianus invadentes urbem ceperunt eos congregatos ibi ipsa die qua
crucifixerunt Christum et gloriati sunt de victoria. Ut dicit Eusebius xlii anno
a passione domini ut impleretur. Ier. xii. Congrega eos sicut gregem ad victimam et
ad macellum. Et dispergam sicut ventum urentem Sion solemnitatem vestram. Hoc etiam potest dici
de multis tam clericis quam aliis qui in medio solemnitatis paschalis omittunt missam et vespe-
ras post comestionem superfluam sunt in ludis et choreis. Treni primo. Viderunt eam
hostes et deriserunt sabbata eius. Posuerunt signa sua signa et non cognoverunt
sicut in exitu super summum. Ad literam posuerunt signa sua super portas et loca sua
solempnia in signum captionis et victorie eorum subditorum sicut in exitu belli propter
victoriam super summum id est super turres et loca alta ubi in signum victorie solent
poni vexilla et non cognoverunt caldei hoc facientes quod propter peccata populi ipse
deus dabat illis tantam victoriam sed attribuebant sue proprie potestati. Alia littera sic:
sic post signorum elevationem in signum victorie. Et dicit qui oderunt te letati
sunt de victoria quam habuerunt et posuerunt signa id est vexilla in quibus erant
depicte aquile dracones signa captionis et victorie statuentes illa
super muros et turres Ierusalem. Osee viii. In gutture tuo sit tuba quasi aquila cla-
ma fortiter et horribiliter quia erit aquila romanorum super domum domini
pro eo quod transgressi sunt fedus meum. Et in signum captionis sue a diabolo
portant quidam coronas crispatas comas florum et diversa vestium ornatu
et non cognoverunt hanc victoriam fuisse adeo nisi tamen permissione divina
excecati superbia sua. Ysa. x. In fortitudine manus mee ego feci et abstuli
terminos populorum et principes eorum. Ponentes signa super summum id est sicut loca
alta sicut in exitu id est in portis civitatum vel villarum solet fieri vel sicut
in exitu belli propter victoriam fieri. Hic mali quorum mentes excecat

cyphalus/ dicitur Isaie iii ubique relinquas signa letitie nostre nullum pratum
sit quod non pertranseat luxuria nostra coronemus nos rosis etc. Quasi in silva
lignorum exciderunt ianuas eius in idipsum in securi et ascia deiecerunt
eam. Ad hebreos i. ianuas civitatis a deo electe terre exciderunt et destruxerunt sicut
ligna de silvis. Alia littera sic habet omnes destructores inimicorum et eicientes et deie-
ctores per hostes et dicit attendentes ad civitatem exciderunt et effregerunt ianu-
as i. portas civitatis ut patet omnibus liber introitus quasi esset in silva
lignorum i. sequerunt sicut ligna in silvis. in idipsum i. omnes concordit et fortit
ter. Trenorum ii. quod porte eius destructe et ita fecerunt cum nichil videbant
quod qui in silva potentes quod exciderunt ianuas concordit quod in idipsum in
securi et ascia i. cum securibus et asciis sequerunt ianuas civitatis et postea
quam ingressi sunt civitatem tuam deiecerunt eam i. fregerunt teeb et muros/
etiam antiquum templum constructum prophetat eius destructorem. Trenorum ii. precipitavit
omnia menia eius dissipavit omnes munitiones eius/ hoc comminatus fuit eis
salvator. Luce xix. ad terram prosternent te et non relinquent in te lapidem super lapidem
Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.
Ad hebreos i. templum tuo cultui dedicatum. Et dicit in terra quod sanctuarium quod
est in celo non potuerunt destruere/ polluerunt tabernaculum nominis tui quod capto templo
ymolaverunt suis ydolis victoriam eius attribuentes sicut consueverunt in victo-
riis aliarum gentium. Alia littera sic habet omnes combustores domorum in civitate et dicit
postquam securibus et asciis sequerunt ianuas civitatis/ postea incenderunt tuum
sanctuarium i. civitatem sanctam et templum tuo cultui dedicatum. ysa. lxiiii. facta
est quasi in exaltatione agnis et omnia desiderabilia eius in ruinas versa sunt. Trenorum
iiii. succendit dominus in igne in syon devoravit fundamenta eius. facta est in ex-
ustionem ignis/ in terra et usque ad terram deiciens/ polluerunt i. maculaverunt
et violaverunt/ tabernaculum i. templum nomini tuo deputatum faciens inde theatra
et stabula iumentorum. ps. polluerunt templum sanctum tuum/ sicut etiam fuit factum
tempore anthiochi. primo machabeorum primo contaminavit sanctificatum. Tropologice hostes
celi i. demones ianuas eius i. prelatos faciunt cedere et claudere in pravitate
fortius quod securibus i. consiliis temptationibus viciorum aggreditur concredit. quia
in idipsum frangitur facillime quod quasi in silva lignorum i. sic prelatos rectores
excidunt tunc precipue quod aures obediencie nares discretionis pedes devotionis manus
operationis et id deiciunt cetera eis subdita in securi et ascia i. maiori tem-
ptatione et minori. Boetius cum pastor per abrupta viciorum gradiatur/ necesse est
ut per precipitium grex sequatur. Incenderunt igni. Ambrosius sanctuarium tuum i.
sacerdotes et clericos tibi sanctificatos et deditos in terra i. in commendationem terrenorum
polluerunt tabernaculum nominis tui macula luxurie et gule. Ezechielis xxii. sacerdotes
contempserunt legem meam et polluerunt sanctuaria. Dixerunt in corde suo cognatio
eorum simul quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra. Ad hebreos i. deici-
ciamus quiescere conscilium caldei dicit quiescere faciamus omnes dies festos dei a ter-
ra et eorum intentio ut deus hebreorum amplius ibi non coleretur propter quod et
templum funditus destruxerunt. Alia littera sic habet postquam intentio pertinet ad a-
nnullationem sollempnitatum dei et dicit polluerunt tabernaculum et templum dei et dixerunt
i. deliberaverunt in corde suo/ sicut conspiratores et omnes consilium habentes
cognatio eorum s. romanorum et aliorum hostium ydolatrarum. Iere xxi. succendamus
tollendo synagogas pariterque et consiliando illorum flamma ignis/ faciamus
unanimiter quiescere i. cessare omnes dies festos dei i. ad honorem dei/

celebrare institutos a terra scilicet iudeorum ¶ Nota duplex his liberentur priuat ut
non fiat sic solempnitates Tren primo vie sion lugent eo quod non sint qui veni-
ant ad solempnitatem / Ad literam de xpo sanctis festa natiuitatis apparicionis passionis
resurrectionis ascensionis et spiritus sancti missionis / sunt autem spiritualiter hec festa in nobis
natiuitatis in baptismi susceptione apparicionis in honesta conuersatione / passionis
in tollerancia penarum vel tribulacionum / resurrectionis in victoria viciorum / ascensionis
in profectu virtutum / missionis spiritus sancti in amore celestiorum / Vel secundo pri-
mum sit in nobis festum natiuitatis in contricione quia dolendo filiatorum renu-
ncianus / apparicionis in confessione quia confitendo filium agnoscimus / passionis in sati-
sfactione quia patiendo satisfacimus / resurrectionis in victoria viciorum et Ista festa
mittitur dyabolus cum suo exercitu impedire quod figuratum est in pharaone qui fili-
os israel nisus est impedire ne exirent de egipto ad sacrificandum domino in de-
serto Exo xiiii Signa nostra non vidimus iam non est propheta et nos non
cognoscet amplius Ad literam hic allegetur malicia apostatarum iude-
orum qui tunc transierunt ad caldeos ut habetur Ie xxxviii et illi canit acci-
ores tam ciuitatem et templum tamquam apostate a iudaismo sic et deca-
pare dicitur qui fiunt iudeis Ie lii xviii / et isti dicebant signa nostra non
vidimus id est talia qualia data sunt patribus nostris in exitu de egipto / Iam
non est propheta qui annunciaret nobis dei voluntatem et sic debemus eum
relinquere sic ipse reliquit nos / et nos non cognoscet amplius id est facta
nostra non approbabit / reputabant enim deum totaliter repulisse populum iuda-
icum Sed contra dicitur quod dicit iam non est propheta videtur falsum quia Ieremias eis propheta-
bat in nomine domini Io xxiii dicitur quod reputabant eum prophetam falsum Ie xliii
et maxime apostate iudeorum talia loquentur sic hic consentitur quod de ceteris mino-
ribus dicitur / et omnes defunti populi in signorum futurorum ostencionem et dicit congnacio
eorum sic dixerunt cessemus a celebracione solempnitatum dei / quia signa mea
in nostre liberacionis que solebamus videre positi in captiuitate / iam diu non
vidimus existentes in periculo et afflictione / Unde tempore achas quesiuit signum
liberacionis sue Ysa vii dabit dominus ipse vobis signum Ecce virgo concipiet etc.
Signum etiam quesiuit in abraham liberationis sue de egipto Gen xv. Sig-
na etiam multa fecit moyses ut eos liberaret sed hec cuiamcunque soluta pro-
missione / iam non est propheta qui annunciaret nobis occulta et dei voluntatem
quod lex et propheta usque ad Iohannem / et nos non cognoscet amplius id est famam
non approbabit / reputabant enim deum totaliter repulisse populum iudaicum / vel
sic et nos non cognoscet amplius ut liberet sed in miseria permittet quia
modo non sunt de ouibus eius Io x Ego cognosco oues meas ¶ Moraliter
hanc lamentacionem possunt facere sancti super modernam ecclesiam quia signa que acce-
pimus a xpo non videmus in nullo signum paupertatis quod ostendit in natiui-
tate Luc ii et hoc vobis signum inuenietis infantem etc. Signum humili-
tatis et laboris in conuersatione Ezech ix signa thau in frontibus virorum ge-
mencium et dolencium / iam non est propheta qui fide sincera mitteret ad ec-
nam et ideo nos non cognoscet amplius congruente approbacionis Mat xxv
amen dico vobis nescio vos Usque deus improperabit inimicus irritat aduer-
sarius nomen tuum in finem Ad literam hic allegetur dei potencia que tanta
est quod solo nutu possit destruere illos qui tantum vituperium ferrent ciuitati
et loco nominis sui deputato dicit usque deus etc. quamdiu improperabit inimicus / In-
proprabant enim caldei iudeis captiuitatis quod deus eorum non esset verus deus

quia eos non saluauit et quia istud resultabat ad iniuriam dei ideo dicit vexitat
aduersarius nomen tuum in finem id est nimis diu / alia lectio sic habet exacerbat in-
iuriam dei ab initio factam et dicit deus iuste vsque intantum inimicus tibi
et tuis detrahendo et blasfemando tuam potentiam iustitiam et bonitatem / Thren
I° vide domine afflictionem meam quoniam erectus est inimicus / vexitat scilicet prouoca-
co / aduersarius nomen tuum quod est deus id est tibi quia hic tibi sic tanquam verum
deum / vel nomen tuum id est filium tuum qui est nomen tuum vexitat iudei blasfe-
mantes / non affligunt vsque in finem seculi donec conuertantur / Deutro xxxii
ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat deus et ego prouocabo eos in eo /
Ut quid auertis manum tuam et dexteram tuam de medio sinu tuo in
finem / ad literam ut quid auertis manum tuam etc. id est differs extrahere de medio sinu
tuo in finem id est tandiu et loquitur de deo ad modum hominis qui quandiu differt
percutere dicitur manum suam in sinu tenere / alia lectio sic habet conqueritur de dilec-
tione quam facit non faciens vltionem de aduersarius vexitat nomen tuum vt quid
id est quare auertis id est differs in finem id est tandiu extrahere manum tuam de medio
sinu tuo et differs vlcisci contra aduersarium / vel tu quia piger et miseris
consueuisti vt quid id est quare auertis id est differs in finem id est tam diu vnde manum
tuam id est potentiam tuam et dexteram tuam id est tuum filium mitte de medio sinu tuo
id est de vnitate deitatis tue vt conuertat populum istum in sinum tuum id est ad eternam
tuam per fidem et amorem / vel sic vt quid auertis manum et dexteram tuam id est populum iudeorum
de medio sinu tuo vt non conuertas eum in sinum tuum per fidem et amorem sed
magis auertis eos a sinu tuo non diligens populum in finem id est ad christum et
sic populus iudaicus dicitur manus quia dum est in sinu dei tunc est sana sed quando
est extra tunc est leprosa / Exo iiii quia quando adheserit deo bonum fuit eis sed quando
elongauerit se tunc viles fuerunt sicut bene dicitur Exo xvi dextera tua magnifica-
ta est in fortitudine. Deus autem rex meus ante secula operatus est salutem in me-
dio terre / ad literam hic ostendit quia dilectio non perdit ex impotentia dei et dicit deus
autem rex meus ante secula id est qui est ab eterno non tamen rex ab eterno quia nomen regis
connotat respectum ad creaturam subditam. Alio modo vt per secula intelligantur reuo-
lutiones multorum iubileorum / secundum enim quod accipitur in sacra scriptura pro reuo-
lutione quinquaginta annorum / ab exitu enim de egypto vsque ad fundationem templi
per salomonem fluxerunt anni quadringenti octoaginta et inde septem anni vsque
ad eius consummationem vt habetur iii Reg vi / et inde vsque ad destructionem eius
per nabuchodonosor quadringenti decem secundum doctores hebreorum et sic patet quod multi
iubilei fluxerunt ab exitu de egypto et ingressu terre promissionis vsque ad
tempus asaph qui contemporaneus erat tempori dauid et multo plures vsque ad
tempus captiuitatis babilonie per quam longius in hoc psalmo dicitur ante secula operatus
est salutem / et si ista exponantur hanc ante secula non notat diuini eternitatem
sed tempus quod fluxit ab exitu filiorum israel de egypto et ingressu terre pro-
missionis vsque ad horam in qua asaph fecit hunc psalmum vel vsque ad captiui-
tatem babilonis et eius liberatione orabat / operatus est salutem in medio terre
aducendo filios israel in signis et prodigiis in vnum et in terra promissionis
que est in medio terre habitabilis / alia lectio sic habet post aduentum
saluatoris desiderabilis id est quem debuerunt iudei credere et sic non esset subiecti
tate miserie post saluatoris pietatem et eternitatem et dicit deus est nos
sinus cultores / rex est nos sinus milites / meus est sinus fecit / deus
in creatione rex in gubernatione meus in redemptione / Ysa xxxvi dicitur rex

dn̄s iudex nr̄, dn̄s legifer nr̄. an̄ scl'a ope9 in diuitate, qr accul
pri dt ei filiū dei p̄ura creatura. Leu' xxiiii. ab initio & an̄ secula
creata .i. genita sū. op9 e salute om̄i fideliū ysa xii forti do & salo
noa & fc̄g ē m̄ in salute. in medio tre .i. in medio vteri virginalis
in incarnacōe ysa xii magn9 i medio tui sc̄s isrl'. ul' in medio tre
in qm̄ ut posset ab oi hōīe ptīcipari. ysa xlv apiat' tra & ger
met saluatorē, in medio tre .i. in velut i passiōe q̄ velud ē in medio
liate tre habitabilis. ul' in medio tre .i. eccl'ie in cuia ē cōmdacōe p̄ bg
usq; ad finem dec̄ iniuria tua. Tu cōfirmasti in virtute tua mare. contri-
bulasti capita draconū in aquis. Ad lr̄am qr in transitu maris rubri
aq̄ erat filiis isrl' p muro a dextris & a sinistris. Exo xiiii. cōtribulasti
capi. dra. i aquis qr an̄ rufse sūt sup egiptios ut dicitur ibid. egipcii
significant' noīe draconū qr regnū egipti draco noiat' Ezech xxix ue
tibi draco magne q̄ exultas i medio fluminis. Alle' lr sic h' cōpensi
at modū & ordinē opandi salute p vocatōe ad firmitate fidei Et
tu dn̄e cōfirmasti .i. firma voluntate & ita vocasti mare .i. gentilitate
amaram ppr̄ cōceptū sui hōi & fluxibilem p errores varios. in
virtute tua q̄ sola hoc potuit facere. ul' cōfirmasti mare .i. gentiles in
fide. ul' cōfirmasti reprimendo a fluxu pcti & destructō. Nam' pō marcescas
mare & exsiccas illud. hoc figuratū fuit Exo xiiii. ubi virtute dei aq̄
mar' ad instar muri sūt solidati. cōtribulasti capita draconū .i. sug-
gestiones & temptacōes demonū. ul' .i. amigulasti capita draconū .i. pc-
cata hōīm in aquis baptismi. & sic destructa una pte exercit9 cōfirmar'
alia. hoc figuratū ē Exo xiiii. ubi p9 aquar solidacōm & transitum
filiorū isrl' ingressi egipcii mare. sūt sub'mersi. Eze xxxvi effundā sup
vos aquā mundā & mundabimini &. Tu cōfregisti capita draconis de-
disti eū escā ppl'is ethiopū. Ad lr̄am prīcipes egipti subiugando de-
disti eū &. .i. auibus corvini generis qui pascunt' cadauerib9. mar' aut
rubeu' piecit egiptios mortuos in mari ad litt9 deserti Exo xiiii. & sic
fuit in escā auibus coruini generis. qr vocant' hic ethiopes ppr̄ sua nig
nigredine 2° qr in aliq̄ pte ethiopie hoīes comedūt dracones & serpē-
tes. & egipcii hic noiant' noīe draconū. Alle' lr sic hic ostēdit reprob
i ptate dyaboli Et dt tu cōtribulasti .i. molestasti capita draconū .i. vi-
cia capitalia q̄ suggerūt demones i aquis .i. sup aquas cōpunctōis
& lacrimar q̄ moleste sūt dyabolo & tu cōfregisti .i. cōmouisti seu debi-
litasti capita draconū .i. capitales suggestōes & temptacōes demonū ma-
xie de supbia. Gen. iii° ipā cōteret caput tuū. demon eī d' dra-
co Apoc xii. proiect9 ē draco magn9 serpens antiq9. ul' capita dracon
uicia capitalia q̄ suggerunt demones hōībus. Apoc xii. vidi d' mari
ascendentē bestiā .i. dyabolū habentē capita septē q̄ cōfrigit dn̄s. caput
luxurie p cōtinentiā & disciplinā. caput gule p abstinentiā. caput ire
p mansuetudinē & sic de aliis. dedisti eū draconē escā ppl'is ethio-
pum .i. gentilibus p9 nigris & horridis p pctm̄ sed iā de albatis sed
baptismat' in escā .i. ut ipi gentiles ad fidē cōūsi cōūtant etiā alios
pctores in corp9 eccl'ie qui fiunt inebria draconis seu demonis.
Sim qr dcm̄ ē petro. Act x. Surge petre macta & manduca h' reptilia.

et hos serpentes qui fuerunt qui demonum [illegible] Tu disrupisti fontes et
torrentes tu siccasti fluvios ethan. ad litteram quia eduxit aquam de petra in
deserto in tanta habundantia quod bibit populus et iumenta Num. xx. tu siccasti flu-
vios ethan Iosue iii. [illegible] flumina fortia. Ethan enim uno nomine proprio
cuiusdam deserti ut habetur Num. xxxiii. Alio nomine appellatum est sic fortis
et c. transtulit lxx et dicit Ra. Sal. quod per fluvios ethan seu fortitudinis intelligitur
fluvius iordanis qui fuit siccatus divina virtute in transitu filiorum israel Io-
sue iii. Et accipitur hic pluralis pro singulari cum dicitur fluvios id est fluvium sic
Exo. xxxii. isti sunt dii tui israel et tamen non erat nisi unus vitulus conflatilis.
Alie le. sic hic ponitur [illegible] sufficit scilicet habundantia doctrine vel et exaltacio
[illegible] Et dicit tu disrupisti id est aperuisti ut fluerent id est predicarent habundanter
fontes id est predicatores in doctrina habundantes et non cessarent. hoc fuit
quando apostolos misit qui per duodecim fontes repertos in helim sunt designati
Exo. xv. Ysa. xii. haurietis aquas de fontibus salvatoris. et torrentes
id est minores predicatores et simpliciores ab ipsis et ab aliis doctoribus instructi
qui sunt torrentes qui generantur ex confluxu pluviarum non fluentes id est per-
durantes non habere [illegible] vel in medio cessantes Ysa. xxv. [illegible] sunt aque
in deserto et torrentes in solitudine. et siccasti fluvios ethan id est scientias
erroneas et inutiles [illegible] ethan id est fortis [illegible] Luc. xi. cum fortis
armatus custodit atrium. [illegible] perdam sapientiam sapientum et pru-
dentiam prudentum reprobabo. Tuus est dies et tua est nox tu fabricatus
es auroram et solem. ad litteram quia tibi obediunt sicut creatori. tu fabricatus es au-
roram et solem id est corpora celestia. Alie le. sic hic ostendit potentiam salvatoris ex o-
peratione nature celestis et terrene. Et dicit tuus est dies et tua est nox quia sunt
superiorum corporum effectus et tibi obediunt sicut creatori. Gen. p°. divisit lucem
a tenebris appellavitque lucem diem et tenebras noctem. tu fabricatus es id est crea-
sti auroram et solem et alia corpora celestia Eccl. xi. [illegible] opera dei quia fabri-
cator est omnium [illegible] lunam et solem [illegible] qui dat solem in lucem diei
et ordinem lune et stellarum in lucem noctis. Gen. p°. fecit deus duo luminaria mag-
Tu fecisti omnes terminos terre estatem et ver tu plasmasti ea. ad litteram
tu fecisti omnes terminos terre per quos intelliguntur creature inferiorum corporum et ultimi in-
[illegible] creature mediorum corporum cum dicitur estatem et ver tu plasmasti ea quia tu es
factor omnium temporum. omnia autem ista inducit propheta ad ostendendum magnitudinem divine
potentie qua potest liberare populum suum et vindictam accipere de blasphemiis
Alie le. sic hic ostendit potentiam salvatoris ex creatione inferiorum [illegible]
et mediorum. Et dicit tu potens es in superioribus et in inferioribus quia tu fecisti
omnes terminos terre id est omnem terram in terminis suis debitis et es creator omnium
corporum inferiorum. Ps. tui sunt celi et tua est terra. estatem et ver tu plasma-
sti id est tu es factor omnium temporum. unde quia ex temperamento aeris [illegible] humidi ver
causatur et ab excessu caloris causatur estas. et autumpnum comprehendit sub
estate et yemem sub vere. et ponit opera minora et delectabilia intendens
implorare [illegible] Moraliter tuus est dies prosperitatis tua est nox adversitatis
quia a te sunt contra manicheos qui dicunt quod adversitas est a diabolo. tu fabrica-
tus es auroram [illegible] nox culpe et [illegible] dies gratie
et solem sapientie Eccl. xi. contestor populum ut bona et mala vita et mors pau-
pertas et honestas a deo sunt. tu fecisti omnes terminos terre id est terrene [illegible] con-
[illegible] Exo. xix. contestare populum ne forte velit transcendere
terminos ad videndum dominum. [illegible] terrene vite [illegible] vita [illegible]

Job xiiii constituisti terminos eius qui preteriri non poterunt. Unde dives ponebat
sibi longum vite tempus, sed deus posuit sibi alium. Luc. xii stulte hac nocte
estate vite contemplative que habet serenos dies et calidos et ver active quod vivifi-
cat terre nascentia. Tu plasmasti ea. Ysidor xii diuisiones grecorum sunt hic at spalt
Memor esto huius inimicus improperavit domino et populus insipiens incitavit nomen tuum.
Ad litteram hic concludit quod inimicus improperavit domino quod improperando captivis iudeis
quod deus non posset eos salvare in hoc improperabat ipsi deo et populus insipiens
babilonicus qui dicitur insipiens eo quod non habebat veram cognitionem de deo in quo solo
vera est sapientia. Irritavit nomen tuum id est ex blasfemiis tuo nomini irrogatis meruit
quod excitaretur tua iusticia ad faciendum vindictam de ipsis. Aliter legitur sic hic iam pe-
tit iudeorum liberationem et exprimit petendi motivum. Et dicit peto domine memor
esto pie miserando hominis tue figure et creature tue qui tibi aliquando pla-
cuit in patribus. Ysa xxxviii memento quomodo ambulaverim coram te et quod bonum
est in oculis tuis fecerim ut resipisceret et cessaret a tanto errore quod inimicus
populus scilicet iudaicus improperavit domino ihesum christum ipsum blasfemando et falso
sibi detrahendo. Math. x ecce homo vorax et potator vini et amicus publicanorum.
Jo. viii nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu etc. Et populus insipiens contra
legem et legis ignorantiam irritavit nomen tuum id est blasfemiis nomini tuo irro-
gatis incitavit iusticiam tuam ad faciendum vindictam de ipsis, vel irritavit
factis provocavit ad iracundiam nomen id est filium tuum alapis eum cedendo in
faciem spuendo et crucifigendo. Jer. iiii stultus populus meus non cognovit me insipi-
entes sunt et vecordes. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi et animas pau-
perum tuorum ne obliviscaris in finem. Ad litteram hic allegat populus iste miseriam
quod in babilonia frequenter dabantur morti sine causa sicut patet in tribus pueris
proiectis in ignem eo quod nolebant adorare statuam auream. Dan. iii et daniel
fuit proiectus in lacum leonum eo quod adorabat deum celi. Dan. vi. Propter quod dicit
asaph ne tradas bestiis id est leonibus sicut daniel fuit traditus, vel ne tradas
bestiis id est babiloniis bestialiter viventibus et crudelibus, licet enim tunc essent
traditi babiloniis quantum ad captivitatem non tamen quantum ad mortem indistinc-
tam nisi per regis sententiam. Animas id est homines denominans totum a parte digniori
sicut dicitur Exo. primo omnes anime que egresse sunt de femore iacob. Confitentes
tibi confessione fidei et laudis. Aliter legitur sic hic orat quod conversum sit eis mi-
seri propter fidei et peccati confessionem. Et dicit ne tradas id est tradi permittas bestiis
id est demonibus stultis crudelibus et cuncta sibi tradita vastantibus. Bestia enim dicitur
quasi vastia a vastando. Ysa lvi omnes bestie agri venite ad devorandum
animas quas desiderant perdere. Confitentes tibi tam confessione peccati quam fidei. Hebr.
vi voluit et laudis ora laudantium te. Quod dicit propter inimica patrum miserere animabus
filiorum et da gratiam ut et ipsi confiteantur et animas pauperum tuorum id est humilium
omnia propter te relinquentium vel omnino abiciendo vel subpeditando ne ob-
liviscaris in finem id est finaliter quod nullos faciet, quia pena pauperum non peribit
in finem. Vel ne obliviscaris ducere in finem id est ad ipsum christum. Respice
in testamentum tuum quia repleti sunt qui obscurati sunt domibus terre iniquitatum.
Ad litteram quo promisisti filios israel liberare de captivitate cum per penitentiam
conversi fuerint ad te. Deut. xxx. Si ad cardines celi fueris dissipatus inde
retrahet te dominus. Allegat babiloniorum peccatum dicens quod repleti sunt domibus in-
iquitatum id est iniquitatibus in quibus perseverant tanquam habitantes in domibus
qui obscurati terre id est a terrenis desideriis que obscurant lumen racionis.
Aliter legitur sic hic post racionem ex parte promissi domini et dicit respice ordinem.

in testamentum novum promittens eterna Mat. v Beati pauperes spiritu et le. xxix.
facta domini ipse et domum iuda testamentum promittens eterna non enim quod
disposuisti patribus eorum quibus promittebantur terrena. q. d. sic respice et promissa
ista pauperibus sic ululantibus quia malicia in malis terre adolescentibus confirmata
est. Et hoc est quia repleti sunt ingratitudine et iniustitiis qui obscurati sunt
domibus terre et terrenis possessionibus quas cum amore inhabitant tamquam commune
vel qui obscurati sunt domibus terre et a terrenis desideriis que obscurant lumen
rationis. Iosue 2. Repleta est terra et terrena cum ingratitudine. Vel quia repleti sunt
domibus terre et possessionibus terrenis et cumulata iniustitiarum peccatorum que obscu-
rati sunt in lumine rationis. Unde duo obscurant oculum sapientie cumulatio et
terra supposita sic autem obscurant cumulatio peccatorum et possessio terrenorum.
Pro respice reliquias et humiles quia alii obdurati sunt sic fuscata cupidi-
tas que tollit bonitatem et impedit virtutem. Eze. xliii. terra erat usque ad
Ne autem humilis factus confusus pauper et inops laudabunt nomen tuum
ad literam ne avertatur a tua ira humilis scilicet confusus. i. populus iste per captivitatem
humiliatus et confusus pauper et inops. i. populus iste per captivitatem et paupertas
et inops scilicet laudabunt nomen tuum in reditu de babilonia in iherusalem quorum
princeps fuit zorobabel et alii cum eo redeuntes edificaverunt altare deo ut
offerrent in eo holocausta et fecerunt festum tabernaculorum. j Esdre tho.
Aliter lege sic. hic post rationes ex parte humiliationis et implorat iram et allegat
per iram Et dicit ne populus humilis factus penitens seu per pieatem avertatur a
tua ira. i. ne repellatur a tua ira confusus. i. cum confusione propter sua cul-
pas. ps. ne avertas faciem tuam a puero tuo. Prover. pro aversio parvulorum inter-
ficiet eos. vel sic ne populus humilis avertatur. i. expellatur a te ut quem non ex-
audias et sic fiat confusus confunditur enim qui rogat et non exauditur. 3 Reg. 2.
unam parvulam petitionem peto a te ne confundas faciem meam. Et scilicet non est pro-
ut avertam faciem meam a te. pauper. i. carens rebus terrenis. et inops. i. carens
auxiliis humanis laudabunt nomen tuum et hoc est magne virtutis laudare
deum in miseria et gratias agere de inopia. Cassio. quia gloriosa paupertas et
felix inopia que tamen deum laudat et de paupertate sue virtutis concelebrat Exur-
ge deus iudica causam meam memor esto improperiorum tuorum eorum que ab insipiente
te sunt tota die. Ad literam Exurge deus ad liberandum populum tuum iudica
causam tuam inferendo penam persecutoribus qui derogant contra tuam maiestatem memor e-
sto improperiorum tuorum et potest legi ex persona Aliter lege sic hic petit liberationem ante
lationem quia sibi inhibuit liberatio Et dicit Exurge. i. festina deus ad liberandum
populum tuum seu miseros ad confortandum et consolandum desolatos et iudi-
ca causam tuam inferendo penam persecutoribus contra tuam maiestatem factis vel sic
iudica causam tuam quia nimis impetratur tibi et imitatur nomen tuum et sic ad te
pertinet iudicare sed ad nos et ad inimicos pertinet iudicari. Prover. xxii. ne
conteras egenum in porta quia dominus iudicabit causam eius. Ro. Anorum iiii o quis autem
me iudicat dominus est. memor esto. i. non oblivisci facias seu non dissimula im-
periorum tuorum. i. contra te pelatorum ea puniendo corrigendo et indulgendo
eorum. i. illorum improperiorum que ab insipiente populo vel ab illo qui non sapit que dei
sunt tota die. i. continue vel semper Ne oblivisci facias voces inimicorum tuorum su-
perbia eorum qui te oderunt ascendit semper. Ad literam ne ob vo inimicorum tuorum
i. babiloniorum te blasfemantium et propter hoc dicunt ubi est deus et quia exarant ydolatre
pessimi superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. In terra enim ascendit superbia
regis babilonis qui faciebat se adorari tamquam deum in aurea statua. qua

exaceruat. Dan. iii. Moraliter iste ps. potest exponi ut sit oratio ecclesie pro populo
katholico quem aliquando per demones detinetur in peccati captiuitate ad cuius libera-
tionem allegat ecclesia primo dei amiciciam qua populum katholicum recepit ad gratiam
baptismalem. 2o demonum maliciam obstinatam. 3o dei potentiam ad peccatorum iustifi-
cationem. contra populi miseriam quamdiu detinetur in captiuitate peccati quod per babilo-
nem significatur que babilon confusio interpretatur et ad hoc potest etiam faciliter applicari
alia precedens ps. que legitur sic ergo patet malicie obstinate inueterata. Et dicit ne ob-
liuiscaris voces id est blasphemias inimicorum tuorum. Capitulum primo autem zeli audit oratio
deutro xxxii. nonne hec condita sunt apud me et signata in thezauris meis
superbia eorum id est demonum et ministrorum eorum qui te oderunt contra bonum
ascendit id est semper intenditur et crescit. ysa. xvi. audiuimus superbiam moab superbus
est valde. ergo et vidi mali erat et romani opprimentes eos inde superbie-
bant et in continuum ascendebant superbia tamen descendit. Iob xx. si ascen-
derit in celum superbia eius et caput eius nubes tetigerit quasi sterquilinium in fine
perdetur. vel superbia eorum ascendit ad te domine ut merearis ad puniendum
regum xix superbia tua ascendit in aures meas et non dimittam quin ul-
ciscar. luc. i. deposuit potentes de sede et exaltauit humiles. Oratio lxxiii
Creator omnium electorum domine cum sedeas rex eterne memento gregis tui quem
effusione cruoris proprii tibi redemisti atque omnium contremiscentes voces pro-

Confitebimur tibi deus confitebimur et inuocabimus perpetuo exaudi-
bimus nomen tuum. Ad laudem. Titulus in hebreo ad victoriam
ne disperdas ps. asaph cantici. In mystice ps. victori ne disperdas
ps. cantici. Et est sensus iste est ps. cantici asaphe disperdas id est ne
per captiuitatem disperdas populum istum sicut fecisti in captiuitate babi-
lonica et sic iste ps. est descriptus populi reuersi in terram natiui-
tatis sue sub tyro. quod autem premittitur ad victoriam vel victori significat tonan-
tem seruitutem in declaratione huius psalmi. Et diuiditur. primo describitur laus eorum co-
dicis. 2o aduersariorum punitio ibi dixi iniquis. 3o gratiarum actio ibi. Ego autem.
Primo dicit in persona populi de captiuitate babilonica reuersi. confitebimur tibi deus
quod iuste captiuasti nos pro peccatis nostris. confitebimur quod misericorditer nos
reuocasti et inuocabimus nomen tuum ista duo confitendo. Nee. ix. dicitur de re-
uersis. de captiuitate babilonis quater in die et quater in nocte confitebantur
et adorabant in confessione et adoratione deuote confitebantur dei iusticiam et de die
eius inuocabant. Si id est ps. In die mandauit deus misericordiam suam et nocte etc. Aliter legitur
sic monet iudeos ut timeant Christum venturum iudicare quem nunc contempnunt
redemptorem. unde hic agitur de aduentu ad iudicium in separatione et remunera-
tione iudicandorum tui consonat titulus qui talis est. In fine ne disperdas
vel corrumpas ps. cantici asaph quod canit de iustorum leticia quam habebunt in
die iudicii. Est asaph id est pertinet ad congregationem bonorum et intendit et ne
disperdas spem vel corrumpas fide directum Christum futurum iudicem et remunera-
torem tamen duos tendens metere et consideratione in fine. ad laudem in iudicium
huius psalmi est aduentus Christi et remuneratione iudicandorum. Intentio est
monere ne aut presumendo aut desperando deuiemus a brauio repromisso
Et diuiditur. primo ponit bonorum optimam firmam promissionem ut gaudeant ad iudi-
cium boni. 2o ponit etiam iudicii futuri pronunciationem ut terreantur mali ibi cum
accepero tempus etc. primo ponit secundum confessionis duo. Nos asaph id est collectio bo-
norum designata per asaph confitebimur et primo indulgentiam peccata mea. prouer.
xxviii qui abscondit scelera sua non dirigetur. qui autem confessus fuerit et ea

reliquit unitatem consequetur. confitebimur tibi in firmum et hoc quod confitebimur et frequenter. Iterum repetit hic confitebimur ut innuat firmitatem promissionis et frequentiam confessionis. Vel sic confitebimur tibi quod iuste punis nos pro peccatis nostris. confitebimur tibi quod misericorditer revocas a peccatis nostris. Vel sic confitebimur tibi primo in confessione iniquitatis nostre. confitebimur tibi postea confessione laudis et fidei tue. Mat. x. qui me confessus fuerit coram hominibus etc. et tunc per confessionem fidei invocabimus in auxilium nomen tuum consilium deprecando. Cassio. cordis nostri confessione purgemur et sic ad auxilium suscipiendum nomen domini invocare debemus. Rom. x. et Act. ii. omnis qui invocaverit nomen domini salvus erit.

Narrabimus mirabilia tua cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. ad literam narrabimus mirabilia tua. hoc dicit in persona populi qui narrabat mirabilia dei quibus deus patres eorum liberavit de captivitate egyptiaca. cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Ra. Sa. hanc literam coniungit cum precedenti quod est verbum populi israel et est sensus cum accepero tempus scilicet festivum ego iustitias iudicabo id est laudes tuas narrabo non sicut gentiles qui in vanitatibus et ydolatriis expendunt festos dies. Alii dicunt quod propheta mutat hic personam et loquitur in persona dei dicentis cum accepero tempus id est cum venerit tempus dispositum secundum ordinem sapientie mee et expectatum in omnibus operibus divinis. ego iustitias iudicabo id est sententias iustitie ponam in effectu iustos de afflictionibus liberando et impios puniendo. Alii legunt sic hic premittit evidentiam predicationis per quam veritas agnoscitur et dicit narrabimus id est aliis predicabimus sed prius in confessione mundati et exinde adiuti tuo narrabimus id est aliis predicabimus mirabilia tua facta in creatione rerum quod de nichilo omnia fecisti. Eccl. xi. mirabilia opera altissimi. similiter facta in incarnatione ubi mater virgo filius deus et homo. Apoc. xv. signum magnum apparuit in celo mulier amicta sole etc. similiter facta in eucharistie institutione ubi sub modicis speciebus latet deus et homo. Ps. mediator fecit miraculum suorum etc. item in sua passione qua moriendo nos redemit. Ps. lapidem quem reprobaverunt hic factus est etc. item in sua resurrectione et ascensione. Act. i. viri galilei quid admiramini aspicientes in celum etc. item in nostra glorificatione. Ps. mirabiles elationes maris etc. cum accepero tempus. hic propheta loquitur in persona dei dicentis cum accepero tempus id est cum venerit tempus predicatum a scriptura divina ego iustitias iudicabo id est ponam sententias iustitie in effectum iustos de afflictionibus liberando et impios puniendo. vel sic nos mirabilia tua christe narrabimus et predicabimus aliis quod tu dicis cum accepero tempus ad iudicandum scilicet in secundo adventu ego et non alius pater. Io. v. pater de iudicium dedit filio. iustitias iudicabo quod non tantum impii sed etiam iusti iudicabuntur. Eccl. iii. iustum et impium iudicabit dominus. Orig. quid fiet de iniustitiis quando etiam iustitias iudicabit. vel sic iudicabit iustitias que videntur esse iuste et non sunt. Greg. sepe sordet in oculis iudicis quod fulget in oculis operantis.

Liquefacta est terra et omnes qui habitant in ea ego confirmavi columpnas eius. ad literam liquefacta est terra scilicet israel et omnes qui habitant in ea quia sicut virtute ignis metalla liquefiunt et resolvuntur sic terra iudee et habitantes in ea et eorum edificia per incendium a caldeis fuerunt destructa. ego confirmavi columpnas eius in reversione de captivitate et vocantur hic columpne ipsius zorobabel iosue filius iosedech. Esdras. Neemias. Aggeus et Zacharias prophete et ceteri qui confirmaverunt corda populi ad reedificationem templi et civitatis. Alii legunt sic hic ostendit veritatem iudicandi quod omnes fluxerunt in peccatum excepto paucis tanquam columpnis confirmatis et dicit liquefacta est id est resoluta est terra in cupiditates carnales

et in pecta et omnes qui habitant in ea tam maiores quam minores Te a ma-
iore usque ad minorem omnis studet avaricie Ier xxiiii Pone ea super prunas
cupiditatis et libidinis vacuam sine gratia ut incalescat et liquefiat es eius
et eius soliditas sicut aliud est ego confirmavi ne tota ruet in perdicionem co-
lumpnas eius id est status sustentantes eam sicut columpne domum Prov ix Sapiencia
edificavit sibi domum excidit columpnas septem id est statum virginitatis et bi dux
sunt columpne que longi per longevitatem grandiales per qualitatem plani non gib-
bosi per paupertatem rotundi per obediam vel sic liquefacta est terra id est liquefiet et re-
mabitur tota terra igne conflagracionis ut fiat nova an adventu iudicis
Ps ignis ante ipsum precedet et inflammabit et omnes qui habitant in ea ut moriantur
et cum aliis resurgant ego confirmavi columpnas id est angelos et alios status
ne timeant ruinam Dixi iniquis nolite inique agere et delinquentibus noli-
te exaltare cornu Ad literam hic post adversarium punitorem qui Babilonii qui
filios israel captivaverat per persas et medos fuit debellati et destructi
Dan v Et quantum ad hoc dicit in persona dei dixi quod durum est facere Ps
dixit et facta sunt iniquis id est babiloniis nolite inique agere qui abstulit
eis potestatem extendi ultra suam regionem et delinquentibus nolite exaltare
cornu id est potestatem regiam quam ad medos et persos transtulit eam Dan v
Alle lege sic hic post monitum iniquorum ut cesset a malo et caveat di-
vinum iudicium Et dixit dixi per meos electos quos confirmavi dixi ini-
quis volens eos prius admonere quam punire vel exterminare et reprehen-
do eorum culpam nolite inique agere id est quiescite perverse agere reprobando
perseverandum in culpa Sed heu ut inique agerent laboraverunt Ier ix lege
et dixi delinquentibus nolite exaltare cornu vestrum id est nolite vos excusare
de peccato vestro nec eum defendere vel culpam vestram in deum refundere nolite
exaltare cornu vestrum id est potentiam vestram extollere et minores opprimere Gloza
Adam et petrus peccavit et perseveravit permansit defendendo se in deum cul-
pam refundere Cassio quam in summa leticia effundit iustitia salvatoris
exurit que volvat elacio superbie semper humilis aliunde culpe No-
lite extollere in altum cornu vestrum nolite loqui adversus deum iniquitatem Ad
literam Repeticio est eiusdem ad maiorem confirmacionem nolite loqui adversus deum iniquitatem
in hoc tangitur causa delectionis potencie babiloniorum qui contra deum loquebantur
blasfemias ut Dan e in pro parte mistice Alle lege sic hic monet ut caveat
a malo operis et oris Et dicit Cavete a malis operibus et nolite extollere
in altum id est contra deum qui super omnes altus est cornu vestrum tumens in cordibus vestris
murmurando vel blasfemando Augustinus cornu x exaltabitur in vobis si non
fuerit exaltatum cornu vestrum de iniquitate cornu x in maiestate Amos
vi in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua etiam dixi nolite loqui
adversus deum id est contra deum iniquitatem id est malum verbum vel blasfemiam non affirm-
entis mali verbi contra eum Ysa liiii omnem linguam resistentem tibi in iudicio
iudicabis Unde contra deum loquuntur qui ipsum in testimonium falsitatis adducunt
vel qui sibi de peccato impunitatem promittunt vel qui se non posse a peccato cavere
dicunt qui deus precipiat impossibile Iudei contra Xpm cornu extulerunt
et modo superbi contra pauperes Xpi quod fuit sic Iumares qui aliqui cornua
proferunt aliqui retinent contra simplices erexerunt contra maiores retra-
hunt Quia neque ab oriente neque ab occidente neque a desertis mon-
tibus quia deus iudex est Ad literam id est ex nulla parte potuit divinum

iudicium effugere quoniam deus iudex est quoniam est presens ubique per essentiam potentiam
et presentiam. ps. Si ascendero in celum tu illic es etc. Talis lectio sic habet psalmus
quod nemo potest euadere diuinum iudicium et ibi erit delicta retribuere et
dicit nolite loqui aduersus deum quod neque ab oriente neque ab occidente id est in orien-
te uel in parte orientali iudicabit iudex ut fugiat ad occidentem neque ab
occidente id est nec in parte occidentali tantum erit ut fugiat ad orientem id est ex nulla
parte potest diuinum iudicium effugere. Sap. xvi manum tuam effugere impossibile est.
Iob. fugiendi via ubique deest quod qui te iudicat ubique est neque a desertis
montibus veniet ut ibi iudicet et ut ad montem ne fugiat et ibi lateat
et vos abscondat. Eccl. xvi ne dicas a deo abscondar et ex summo quis
mei memorabitur in populo magno non agnoscar. uel sic neque a desertis mon-
tibus erit refugium. Luc. xxiii tunc dicent montibus cadite super nos
et collibus operite nos. quoniam deus iudex est id est deus iudicabit qui omnia videt omnia
potest ubique est ergo impossibile est euadere eius iudicium. Boecius deus est infra
omnia non depressus intra omnia non inclusus extra omnia non exclusus super omnia
non elatus. Spiritualiter sic quod neque ab oriente id est a bonis neque ab occidente
id est a malis neque a desertis montibus id est a filiis platee et predicatoribus de cet.
quoniam deus iudex est id est deus iudicabit qui omnibus et ubique presens est. Hunc hu-
miliat et hunc exaltat quod calix in manu domini vini meri plenus mixto.
Ad literam hunc humiliat eicens a sua potestate et hunc exaltat a statu humili
et pauperi et hoc facit de quolibet pro sua voluntate et hoc patet in rege babilo-
nie deiecit pro tirum et tirum a statu miserabili ad monarchiam produxit
qui enim fuit natus de filia regis astiagis fuit in nemore positus feris
et auibus deuorandus sed diuina virtute fuit saluatus postea ad monarchiam
exaltatus ut legitur in historia scolastica super danielem et tamen dicitur deiecit
superbos a sublimitate sua et cum dicit quod calix in manu domini per calicem
in scriptura intelligitur pena adeo inflicta. ps. pluet super peccatores laqueos etc.
pars calicis eorum. vini meri id est puri sine aqua. In hebreo generis vini for-
tis plenus mixto id est in calice cum vino forti mixta est alia species stupefi-
catiua et inebriatiua sicut solet fieri in clareto. omnia ista duo ad designandum
acerbitatem ultionis diuine. Talis lectio sic habet omnes quod in iudicio diuino erit recta
retributio et dicit quoniam deus iudex est id est deus iudicabit qui omnia potest. unum hunc
id est populum iudaicum et quemlibet superbum humiliat id est deiecit et hunc id est populum gen-
tilem et quemcumque alium humilem exaltat nunc in gratia tandem in gloria.
Prov. xxix superbum sequitur humilitas et humilem spiritu suscipiet gloria. Ezech.
xvii Ego exaltaui lignum humile et lignum sublime humiliaui quod calix
id est lex quia dominus suos potat virtute et inebriat deuotione. Cant. v bibite
et inebriamini karissimi est in manu id est in potestate domini. Gal. iii data est lex per
angelos in manu mediatoris christi. vini meri id est intelligentie spiritualis
plenus mixto id est plenus foribus intelligentie literalis et carnalis quantum ad in-
telligentiam spiritualem quantum ad carnalem. q. d. deus iudicabit iuste quod iam
iudeis ingratis legem abstulit et gentilibus dedit transferens ad gentiles
spirituales intelligentiam et relinquens iudeis literalem et carnalem. Prov. ix
miscuit vinum proposuit mensam scilicet sapientia diuina. Et inclinauit ex hoc
in hoc verum fex eius non est exinanita bibent ex eo omnes peccatores terre.
Ad literam Et inclinauit calicem suum id est punitionem seu penam ex hoc in hoc
id est ad inebriandum unum populum post alium puniendo peccatores successiue etc.

ordine sue iustitie sic puniuit iudeos per babilonios postea babilonios
per medos et persas per grecos et grecos per romanos / uinum fex eius non est
exinanita sed finiens calicem in quo feces resident non est euacuatus quia
sed in deo remanet usque ad puniendum peccatores ideo subditur bibent omnes peccatores terre
Alia lectio sic exponit quod debuit fieri translatio legis mosaice ad populum gentilem
et dicit et inclinauit id est transtulit calicem id est legem mosaicam id est intellectum spiritualem
legis mosaice / ex hoc in hunc id est de populo iudaico in populum gentilem / Math.
xxi auferetur a vobis regnum dei id est sacra scriptura et dabitur genti facienti
fructus eius / uerumtamen fex eius id est carnalis intelligentia legis et sacre scripture
non est exinanita id est annichilata totaliter in hac translatione sed apud iudeos adhuc
remanet / bibent ex eo calice omnes peccatores terre id est omnes iudei secundum adiacen-
tes quasi dicat omnes iudei terrena bona cupientes bibent ex calice feces id est te-
nebunt sacre scripture intellectum carnalem / Ezechielis xxiii potabis usque ad feces
et fragmenta eius uorabis / Et sic de ipso calice sacre scripture bibent omnes
gentiles spirituales merum iudei superbi feces / Alia per sic exponit calix id est lex
diuina in manu domini uini meri id est spiritualis intellectus est plenus sed continuat
quia hauriatur / ysaie lviii sic fons aquarum cuius non deficient aque / mixto tamen quo
calice quia ex duobus constat scilicet ueteri et nouo testamento / Ezechielis primo rota erat
in medio rote / mixtum quod non habent iudei uetus tantum recipientes / mixtum
non habent manichei nouo tantum adherentes mixtum habent xpiani utrumque conferen-
tes / et inclinauit intellectum spiritualem scripture / ex hoc in hunc id est ex populo iudaico
in populum gentilem / uerumtamen fex eius id est ymago et figuratiua scriptura non est exinanita
id est non sunt aperta adhuc ut in pluribus eo pondere / ysaie xxiiii secretum meum mi-
chi / bibent ex eo omnes peccatores terre in fine uitalem intelligentiam cum aliis
et credentes / Alia per exponit plenus sic / quia spiritualiter et qui exaltat
quia sanctis in patria dat plenum gaudium et purum / sanctis in via non purum sed
mixtum tribulationibus et dolore eternum / Et hoc est quod dicit quia calix iuste retribu-
tionis in manu id est in potestate domini est uini meri id est iocunditatis eterne quantum
ad sanctos in patria / Hester primo uinum quod abundans et precipuum ponebatur ut
magnificentia regia dignum erat / plenus mixto quantum ad sanctos in via et
in purgatorio quia risui spei miscetur dolore rei / prouerbiis xiiii et inclinauit
ex hoc in hunc id est ex calice tribulationis in calice consolationis / uerumtamen fex
eius id est pena infernalis non est exinanita id est finita sed perpetua erit / bibent
ex eo calice quantum ad fecem omnes peccatores terre non tantum demones qui sunt in
aere sed omnes homines mali / Ieremie xxv sume calicem uini furoris de manu
mea et propinabis illud cunctis gentibus / **E**go autem annunciabo in seculum can-
tabo deo iacob / Ad literam hic post gratiarum actionem pro populi liberatione et ad-
uersariorum punitione dicit / Ego autem annunciabo scilicet dei uirtutem et laudem in seculum
quia iste psalmus a tempore asaph usque nunc decantatus est ad dei laudem et adhuc
decantabitur ideo subdit cantabo deo iacob licet enim sit deus omnium per creationem
dicitur tamen specialiter deus iacob eo quod populus iste descendens de iacob suscepit
dei legem non alii populi / psalmus quam amabilis uerbum suum iacob etc non fecit ta-
liter omni nationi etc / Alia lectio sic exponit indicationem diuisionem scilicet retributionem
bonorum et malorum / Et dicit Ego autem annunciabo id est predicabo uirtutem et laudem
dei et eius beneficia que inueniuntur in spirituali scripture intelligentia / in seculum
id est continuum seculum erit / Alia littera habet Ego autem gaudebo in seculum tenebo

quod promissum est ysa. lxi. Spiritus domini super me eo quod unxerit me ad evan-
gelizandum pauperibus misit me. Cantabo deo iacob i. deo luctatori et bella-
tori qui fortis est et me ab omni malo eripuit. ysa. xii. cantate domino quoniam
magnifice fecit annunciate hoc in universa terra. Et omnia cornua peccatorum confrin-
gam et exaltabuntur cornua iusti. Ad literam et omnia cornua i. superbias et potesta-
tes peccatorum i. demonum et eorum ministrorum confringam i. confringenda denuncia-
bo per potestatem divinam. Alia expositio dicit quod hic propheta mutat modum loquendi
quod prius dicebat in persona propria. Ego autem annunciabo. hic autem loquitur in
persona dei et omnia cornua peccatorum confringam. quod deus facit de peccatoribus vin-
dictam. talis mutatio frequenter fit in prophetis et maxime in illis qui metrice
scripserunt quales fuerunt illi qui psalmos fecerunt. et exaltabuntur cornua iusti i.
christi qui est maior omnibus iustis eo quod iustificat alios ysa. liii. iustitia tua iusti-
ficabit ipse iustus servus meus multos et iniquitates eorum ipse portabit. In cruce
autem christi exaltata fuerunt eius cornua crucis vel dextra est in omnibus partibus in
celo et in terra. et sic zacharias nominat eum cornu salutis dicens et erexit cornu sa-
lutis nobis etc. christus enim descendit de david secundum carnem. Ro. primo qui factus est ei ex
semine david secundum carnem. Moraliter iste psalmus predicatori de quibus vel penitenti
qui congressus de captivitate peccati confitetur dei iustitiam et eius misericordiam et [illegible]
potestatem demonum et eis gratias agit. Alia litera sic hic ponitur. Ruminatio [illegible]
et malorum in futuro. Et dicit. Ego christus confringam omnia cornua peccatorum i. superbias
et potestates peccatorum i. demonum et hominum qui male extolluntur contra deum. Lamen-
tationes ii. confregit dominus omne cornu israel. [illegible] quod [illegible] gratia [illegible] in persona
[illegible] quod omnia et evidenter sine occultatione quod cornua que sunt
in eisdem et [illegible] sine [illegible] peccatorum multiplex sunt [illegible]
quod confringam. et exaltabuntur cornua iusti i. christi qui iustificat alios. [illegible] cor-
nua i. potestas est in [illegible] exaltata in celo et in terra. vel exaltabuntur cornua
iusti quibus impugnatur diabolum et peccatum s. fides spes et caritas que exalta-
buntur quod fides exaltabitur usque ad gratiam seu apertam visionem. spes usque
ad finalem comprehensionem. caritas usque ad plenissimam fruitionem dei. Nota
cornua peccatorum sunt tria superbia potentia que confringet vilis [illegible] deiectione
ut in antiocho machabeorum ix. gulalis opulentia que confringetur penuria egesta-
tis ut in divite epulone luce xvi. cavalis sapientia que confringetur tenebro-
sitate infernali ut de iuda actuum xxviii. Oratio pastor bone qui pro grege tuo ma-
talium ovium redemptionem hausisti calicem passionis nomen tuum supplices
exoramus ut nos [illegible] sapientie septiformis spiritus sanctificatione

·lxxv· Notus in iudea deus in israel magnum nomen eius. Confirmes
ad literam Titulus in hebreo ad victoriam in organis psalmus a-
saph canticum. In translatione sepe victori in carminibus psalmus asaph canti-
cum. Et patet sententia versus supra psalmus iiii. ante psalmus etc. dicit. Ra. Ga. a-
saph prudens in spiritu afflictionem regni iude per senacherib
tempore ezechie et eius percussionem adeo ut habetur iiii. Re. xix. quod an-
gelus domini percussit in castris assyriorum centum octoginta quinque milia quod videns
senacherib fugit confusus ad terram suam et ibi occisus est a filiis suis. de har-
asaph fecit istum psalmum. Et dividitur per destructionem regni iude [illegible]. [illegible] senache-
rib deiectionem ibi confregit. [illegible] gratiarum actio ibi omnium cogitatio hominis. Primo dicit.
Notus in iudea deus quod in regno iude erat metropolis iherusalem in qua erat
templum dei quod ibi vigebat divinus cultus et scientia legis et prophetarum. unde [illegible]

aut erat in aliis terris quia non vigebat veri dei cultus nisi sola lege et prophetis
in ipsis magnum nomen eius. hoc est nomen domini tetragramaton quod est appellatiuum
altissimi creatoris in quo nomine sacerdotes in templo benedicebant populum. Alia lectura
sic in precenti psalmo monuit iudeos ut timeant christum futurum iudicem quem non
receperunt redemptorem. hic ostendit eorum gloriam ad alios translata et alia iudea
esse vanam et alia verum israel ubi cognitus est deus veraciter. cui consonat ti-
tulus qui est talis in fine in carminibus canticum ad assirios psalmus asaph. et
est sensus psalmus iste qui conuenit asaph id est congregacioni fidelium dirigit in finem
id est in christum Ro. x. finis legis christus ad iusticiam omni credenti lege statura
et est canticum in carminibus editum quia agit de bonis et gaudiis gentilibus col-
latis quia deo confitentes et christum videntes ab ipso illuminati sunt et saluati. et est
ad assirios id est contra assirios non littere contra illos de quibus angelus domini
octoginta quinque milia una nocte interfecit ut in regum ysa. xxxvii. sed contra
iudeos qui dicuntur assirij id est dirigentes sed per antifrasim et vere sunt diri-
genti (?) sunt errantes et errare facientes quam dirigentes. isti dicuntur dirigentes id est
eligentes (?) se enim erexerunt se contra deum. Ethimologia psalmus est notitia et deuotos
quia hic sunt veri confitentes deum in christo. intentio est confitere carnales iudeos
et monere fideles deuotos ad dei laudem. Et diuiditur psalmus agit de bonis a
iudeis ad gentes translatis. 2° modum transferendi ibi conspergit (?) psalmus. psalmus bo-
num ad gentes translatum est dei cognitio. Et dicit deus quem iudei carnales re-
ceperunt et a se expellunt ipse notus est in iudea spirituali id est in ecclesia katholica
ysa. po. cognouit bos possessorem suum et asinus id est gentilis populus cum quis sionem
inspicies ut asinus presepe domini sui. populus autem meus a meis preceptis de-
sedens me non cognouit. Ro. ij. non enim qui in manifesto iudeus est neque que in carne
est circumcisio sed qui in abscondito est et circumcisio cordis in spiritu non littera.
Iudea interpretatur confessio quia qui confitetur corde per contritionem ore per confessionem opere
per satisfactionem et cum hiis per fidei veritatem talibus notus est deus per suam
gratie infusionem Io. x. Ego cognosco oues meas et cognoscunt me me(a)e.
In istis spiritualis id est iudeis talibus deum per fidem et caritatem magnum nomen eius
id est vere magnificatur et predicatur ysa. lxiij. tota die non cessabunt laudare nomen
domini. Sed de carnalibus iste dicitur ysa. xxvi. nomen meum blasphematur inter gentes.

Et factus est in pace locus eius et habitacio eius in syon. Ad literam et factus
est in pace id est in tempore pacis locus eius id est templum in quo habitabat deus per ex-
specialem effectum dando ei responsa super propiciatorium. hoc enim templum fuit
constitutum tempore salomonis qui pacificus fuit nominatus salomon id est pacificus quia ma-
xima pax fuit in regno iude temporibus eius ut habetur iij Reg. et habitacio eius
in syon quia templum fuit edificatum in illa parte ciuitatis ierusalem in qua est mons
syon. Alia lectura sic hic ponitur magnificatur peccato (?) et dicit a verbo ipse est magni-
ficatur deus et etiam locus specialis ab eo electus. factus est in pace. Alia lectura
et in salem id est in ierusalem scilicet spirituali et vel id est in ecclesia que est pacifica
ij Cor. vlt. pacem habete et deus pacis et dilectionis erit vobiscum. In signum
huius voluit in sabbato quod est dies quietis locari et quiescere in sepulcro
sed in carnali ierusalem que non capit nisi mendacia non est pax. et ideo non
locus dei. et habitacio eius in syon id est in ecclesia fide vel deum continue spe-
culante. Syon enim interpretatur specula. ysa. lxij. vocaberis voluntas mea
et terra tua inhabitabitur quia complacuit domino habitare in te. Et est ecclesia vocata.

venditat sibi hoc nomen iudea per confessionem peccati et hoc specialiter in penitentibus
israel per cognitionem et magnificationem christi et hoc specialiter in predicatoribus salem
per concordiam amorum et hoc in pacificis / syon per speculum fidei et hoc in fide-
libus universis. Glossa: In loco christi fuit uterus virginis sepulcrum crux et se-
pulcrum / In primo deiecit superbiam. In 2o divicias / in 3o delicias / in quarto
potentiam demonum. Erit ergo sensus littere notus est in iudea deus id est in ecclesia christiana
et specialiter inter penitentes et sua peccata et dei laudes confitentes qui significantur per
iudeam quod interpretatur confessio / et magnum nomen eius id est magnificatur et predicatur nomen christi
in israel id est in ecclesia et specialiter a predicatoribus et a fidelibus videntibus et cognoscen-
tibus deum per fidem et per eius mandata qui significantur per israel quod interpretatur videns
deum / et factus est in pace locus eius id est in ecclesia christiana et specialiter inter illos qui sunt
concordia et unitate pacis et caritatis in deo et significantur per ierusalem quod interpretatur vi-
sio pacis / et habitatio eius in syon id est inter omnes fideles et specialiter inter contemplatores
qui speculantur et vident deum per fidem et caritatem et significantur per syon quod interpretatur
specula / Ibi confregit potentias arcuum scutum gladium et bellum / Glossa: Liram
sunt destructi senacherib destructo deiecto eo quod volebat destruere civitatem ie-
rusalem et templum dei. Et hoc est quod dicitur / ibi confregit deus potentias id est bellato-
res exercitus senacherib arcum scutum etc. id est omnia instrumenta bellica quod misit
bellatoribus arma bellica ad nichilum valebant ultra ipsi senacherib pro-
quod fuit fractus et confusus ut dictum est / Alia littera sic habet omnem modum translacionis
dictorum bonorum ad gentes quod per deiectionem contrite peccatorum et manifestacionem virtutis
Et dicit notus est deus in iudea id est confitentibus et penitentibus / et magnificatur id est ma-
gnus predicatur ab israel id est a predicatoribus et a fidelibus et est locus in salem
plicabo signa et ostenta in terra egipti. De hoc campo thaneos dicit est
vii. Aliqui dicunt quod campo thaneos est una civitas et est nomen civitatis scilicet
leopoleos. Spiritualiter xpc posuit signa sua in pauperibus ecclesie qui latitant pusille
anime. Luc ii. et hoc vobis signum invenietis infantem etc. in egipto i. in
mundo petris et erroribus tenebroso et hec signa voluit modo publicari
ysa xi levabit signum in nationes. Sed pauci conformant se hiis
signis sed potius contradicunt. Luc ii. ecce positus est hic in ruinam et in
signum cui contradicetur. Et convertit in sanguinem flumina eorum et ymbres eo
rum ne biberent. Ad Romanos et convertit etc. hoc habetur Exo vii. Aliter legitur sic
hic enumerat beneficia in speciali scilicet plagas in egipto et dicit posuit si
gna sua in egipto ut dixi quia convertit flumina eorum in sanguinem et ymbres
eorum i. aquas in cisternis que colligebantur ex ymbribus ne biberent
i. ne haberent aquas ad bibendum. Nam secundum aliam litteram convertit maniacos
i. statuciones aque que effluunt ab insidiis sed primo. Spiritualiter flumina
sunt plana fluendi per continentiam diaconi per sapientiam discretionis per sue
diligentiam sed vertuntur in sanguinem per affectiones carnales. Michee iii
ve qui edificatis syon in sanguinibus et ierusalem in iniquitate. Syon erat
turris alta in eminenti et supremo loco. Ierusalem erat in descensu. Sed
vertuntur in sanguinem per affectiones carnales quia prinquiora beneficia et
dignitates dant consanguineis alia inmediate familiis et advocatis. Sed
ymbres de celo descendentes que in cisternis clauduntur sunt religiosi
quorum conversacio est in celis et clausi sunt in claustro hii carnales effi
ciuntur in sanguinem et saporem amittunt celestem. Prima Cor. xv. caro et
sanguis regnum dei non possidebunt. Antiquitus conversa est aqua in sanguinem
i. carnalis intelligentia in mortem sed postea aqua in vinum i. timor
in amorem litteralis intelligentia in spiritualem sed modo vinum in sanguinem
per translationem in sacro altari. Misit in eos cinomiam et comedit
eos et ranam et disperdidit eos. Ad Romanos misit in eos etc. i. muscam
caninam. Ista fuit plaga quarta egipti Exo viii mittam in te et in ser
vos tuos et in domos tuas de genere muscarum et sic iii illas fuit
musce canine quod hic singulariter exprimitur. Et fuit aliis graviores
Et ranam et disperdidit eos. Plaga ranarum fuit ii Exo viii et ponit
singulare pro plurali ranam i. ranas et idem dicit de cinomia. Aliter legitur
hic ponit secundam plagam non tamen in eodem ordine sicut in exodo et
dicit misit in eos i. in egipcios cinomiam i. muscam caninam. Cynos
enim grece canis dicitur latine Exo viii venit gravissima musca in domo
pharaonis et comedit eos i. momordit eos et morsu cruciavit.
Spiritualiter sicut per sanguinem carnalis significatur immodesta dilectio sic per
cynomiam opprobrium i. mens sine affectione videtur ne ab invicem consumamini.
Et ranam misit repentem et disperdidit eos. Spiritualiter per ranam

intelligunt locustes qui de flumio sectarum sunt ebulliunt ut sunt ad-
vocati et similes qui implent fossata .i. civitates principum. Ista fossata deberent
esse plena piscibus .i. fidelibus consiliariis scientibus et prudentibus sed in multis
civitatibus sunt pro piscibus ranae .i. adulatores ioculatores fatuos et
stipulos rustulatores. Sap. xix. pro piscibus eructavit flumen multitudinem
ranarum. Et dedit eruginem fructus eorum et labores eorum locustae. Ad litteram
et dedit erugini .i. vento urenti quod corrumpit segetes. De ista erugine non
fit mentio in Exo. quia solum modo ponuntur ibi plagae notabiles cum quibus
fuerunt aliae quae non sunt ibi scriptae sicut dicitur hic de erugine et in sequenti
versu de pruina. Et labores eorum .i. fructus per laborem eorum productos lo-
custe .i. locustis. Ista fuit plaga octava Exo. x. Aliter legitur sic et est sexta
plaga de qua non fit mentio in Exo. et est corruptio in fructibus propter
aeris intemperantiam. Et dicit et dedit erugini .i. vento urenti seu fulmini quod
corrumpit segetes. Fructus eorum quos sponte de terra nascuntur sine labore
humano. Johel. po. Residuum locustae comedit rubigo quod idem est quod
erugo. Et labores eorum .i. fructus labore provenientes. Locustae .i. locustis.
Spiritualiter per eruginem quae latens nocet intelligitur spirituale vitium ut su-
perbia vel invidia quae tollit fructum eterne mercedis. Cassi. Erugo est
amor humanae laudis et gloriae honestate vitae inhonesta devoratione
consumens. Felix patria ubi non est erugo. Matt. vi. Thesaurizate vobis etc.
Spiritualiter locusta quae dicitur quasi longa hasta sunt detractores qui pertingunt a
remotis et frequenter bona spiritualia vastant et in serpentibus et in aliis. Naum
iii. parvuli tui sunt locustae locustarum. Apoc. ix. de fumo putei exie-
runt locustae. Et occidit in grandine vineas eorum et moros eorum in pru-
ina. Ad litteram. Ista fuit plaga septima de qua habetur Exo. ix. Et moros
eorum in pruina. In textu legitur sic in frigore folia mororum corrupere.
Aliter legitur sic et est post aliam plagam et dicit. Et occidit .i. mortificavit vel de-
struxit in grandine .i. per grandinem vineas eorum et frumentum et hoc ad litteram
tempore quo ita vivebant per viriditatem quae est quasi quaedam vita. Beda. Vi-
num dico non per aridum sed per viriditatem et moros eorum corrupit in pruina
.i. per pruinam et per frigus destruxit folia in arboribus mororum. Et de
hoc nihil habetur in Exo. Spiritualiter vineae sunt ecclesiae. Cant. po. Posue-
runt me custodem in vineis Engaddi. Iste vineae grandine dissensionum
scilicet appellationum in capitulis occiduntur. Josue x. multo plures occisi sunt
lapidibus grandinis etc. Spiritualiter mori in vinea sunt clerici in ecclesia qui
debent habere fructum primo album per vite munditiam deinde rubeum per
caritatis fervorem. Tertio nigrum per carnis mortificationem. Hos occidit pruina avaritiae
et cupiditatis quae surgit ex aquis divitiarum. Jere. vi. a minore usque ad
maiorem omnes student avaritiae. Et dedit grandini iumenta eorum
et possessiones eorum igni ad litteram quia aqua tunc in tempestate extra ex magne
grandinis fuerunt mixta. Et possessiones eorum ignis quia grando et ignis mixta
pariter ferebantur ut habetur Exo. ix. Aliter legitur sic et est post aliam plagam
scilicet et dicit. Dedit grandini iumenta eorum .i. exposuit grandini percussi-
onis iumenta eorum ita quod aqua tunc in tempestate extra per grandines
fuerunt mixta. Exo. ix. Et possessiones eorum igni quia grando et ignis mixta
pariter ferebantur. Exo. ix. Spiritualiter iumenta sunt homines carnales de quibus
Johel po. computruerunt iumenta in stercoribus suis. Isti traduntur grandini
per ad litteram litibus et dissensionibus occiduntur. Prov. xxiii. ve cui pater

ve cui rixe cui sine causa vulnera none hiis qui morantur in vino
et student calicibus et potacionibus. Spiritualiter possessiones sunt anime virtutes que eas
ditant pascunt et letificant sed hee devastantur igne viciorum utpote ca
stitas igne luxurie liberalitas igne avaricie. Iohelis primo Ignis comedit spe
ciosa deserti. Misit in eos iram indignacionis sue indignacionem iram et
tribulacionem immissionem per angelos malos. Ad literam misit in eos secundum Lyram con
firmi sue ire et indignacionis per plagas dictas et sequentes immissiones
per angelos malos. Hanc dicit ad ostendendum quod angeli mali fuerint executores
dei iusticie in persecucionibus egypti tamen angeli boni aliqui fuerint exe
cutores in tribus. Aliter legitur sic Hic iam subdit de plaga primogenitorum
in egypto. Et dicit afflixit eos propter in rebus eorum post hoc misit in eos
iram in effectum ire non corrigentis sed indignacionis sue non attendo se
ab eis et eos dimittendo. Exo xv misisti iram tuam que devoravit
eos sicut stipulam. et hoc est ad malum signum et magnum periculum. Prover
xvi indignacio regis nuncius mortis. indignacionem ut esset indignantes
tamquam serpenti non humiliati. et iram ut tamen deum offenderent et proximum
et tribulacionem ut sic irati tribularentur usque ad desperacionem. Has
immissiones faciens per angelos malos quia culpa suggerebant. Iohannis xiii
cum misisset dyabolus in corde ut traderet eum iudas et penam infligebant.
primo Regum xv spiritus domini malus exagitabat saul. Indignacio enim ira
et tribulacio sunt utrumque et culpa et pena. Viam fecit ire sue semi
et non pepercit a morte animabus eorum et iumenta eorum in morte conclusit.
Ad literam quia puniendo egyptios detinebant ab hebreis et non pepercit
a morte animabus eorum interimens pecories magnos sicut et parvos et eorum
iumenta in morte conclusit. ista fuit quinta plaga qua percussit ani
malia in campis pestilencia ut habetur Exo ix in principio. Aliter legitur sic hic
ostenditur causam finalem huius plage scilicet manifestacionem potestatis sue. Et dicit
viam fecit ire semite sue quia puniendo egyptios detinebat ab hebreis
vel viam fecit ire semite sue et manifestat iram suam puniendo egyptios que
est rarissima sic semita ita quod per viam intelligit manifestacionem ire sed p
fectam rectitudinem eius. et ita manifestat iram suam qua exivit puni
endo egyptios de rarissima sic semitam. Iustum enim fuit dei iudicio super
bos contra deum recalcitrantes in ultimum et desperantes de deo sic affligi. Legitur
aperuit dominus thesaurum suum et protulit vasa ire sue. et non pepercit a mor
te animabus eorum in vite eorum quia interimens occidit tam magnos quam parvos
et iumenta eorum in morte conclusit quia percussit pecudes et alia animalia
in campis pestilencia. Exo xii. Spiritualiter dominus non pepercit anime malorum
post mortem. Iob xi non parcit eis verbum ad deprecandum exemplum in
divite epulone. Luc xvi. et iumenta eorum corpora in morte conclusit
in simul cum anima claudet post diem iudicii. Eze vii. fili hominis fac con
Et percussit omne primogenitum in terra egypti primicias omnis laboris
eorum in tabernaculis cham. Ad literam Ista fuit decima plaga Exo
xii. primicias omnis laboris eorum in tabernaculis cham. in tabernaculis
egyptiorum descendencium a cham quia mesraim fuit filius cham ut
habetur Gen x Ab isto autem mesraim denominata est egyptus quia ibi do
minatus fuit filius cham unde in toto veteri testamento ubi in nostra translacione
ponitur egyptus in hebreo habetur mesraim alias messraim. Aliter legitur
hic specialiter ondit misteria Et dicit et percussit omne primogenitum tam in

hominibus quam in iumentis in terra egipti. Exo xii factum est in noctis
medio percussit dominus omne primogenitum in terra egipti. primitias omnis
laboris eorum i. omnium terre nascentium fruges per laborem eorum destruxit
in tabernaculis cham i. in domibus egiptiorum a cham descendentibus
et non in domibus filiorum israel cum unus esset in egipto. Spiritualiter pri-
mogeniti sunt divites prelati et potentes mundi qui quasi precedunt et ma-
iore honore et super alios dominationem habent. hos interficiet dominus. ysa-
ie ii dies domini super omnem superbum et excelsum. et hoc media nocte.
Matt xxv media nocte clamor factus est etc. et tunc etiam perdent omnes
labores suos. Eccle v divitie conservate in malum domini sui pereunt in af-
flictione pessima. Et abstulit de egipto sicut oves populum suum et per-
duxit eos tanquam gregem in deserto. Ad literam et abstulit de egipto
i. populum israel diligenter custodiendo sicut pastor custodit oves et perdu-
xit eos tanquam gregem in deserto ubi pavit eos pane celesti ut di-
ctum est. Aliter legitur sic hic ostenditur beneficia exhibita in eductione ab hostibus.
Et dicit percussit egiptios multis plagis et abstulit i. accepit de potestate
eorum sicut oves eruendo a lupis populum suum israel. Amos iii quomodo si e-
ruat pastor de ore leonis duo crura aut extremum auricule. et
perduxit eos in deserto diligenter custodiendo tanquam gregem. Exo xiii Cir-
cumduxit eum per viam deserti. Deut 32 circumduxit eum et docuit
et custodivit quasi pupillam oculi sui. Et eduxit eos in spe et non
timuerunt et inimicos eorum operuit mare. Ad literam et eduxit eos in spe
perveniendi ad terram promissionis et non timuerunt super mare videntes e-
giptios appropinquantes eis tamen moyse asseverante eos serviti sunt eum
per mare ita quod timor ille non fuit tantus quod impediret eos a sequela mo-
ysi. Aliter legitur sic hic ostenditur securitate populi. Et dicit et eduxit eos per mare
in spe habendi promissum et perveniendi ad terram promissam. et non timuerunt
adversantes inimicos videbant enim protegi a deo. et inimicos eorum perse-
quentes eos operuit i. submersit mare. Exo xv submersi sunt quasi plumbum
in aquis vehementibus. Et induxit eos in montem sanctificationis sue mon-
tem quem acquisivit dextera eius. Ad literam hic describitur bonitas dei et
malignitas populi. Et dicit et induxit eos in montem sanctificationis sue i. in
ierusalem que est metropolis iudee in qua edificatum fuit templum in monte
montem quem acquisivit dextera eius quia fuit acquisitus magna virtute divina
quam humana. Aliter legitur sic hic recitatur beneficia collata iudeis in terra
promissionis. Et dicit educens eos de egipto deduxit per desertum et tandem
induxit eos in montem sanctificationis sue i. in syon quem non dum ad-
sanctificaverat sed postea sanctificavit quia ibi fuit a deo templum sanctificatum.
Exo xv introduces eos et plantabis in monte hereditatis sue vel tue
montem quem acquisivit dextera eius quia fuit acquisitus magna virtute divina
quam virtute humana. vel dextera eius i. david eius filius. ii Reg v cepit
autem david arcem syon. Spiritualiter dominus educit penitentes de servitute
culpe quod notatur ibi abstulit quasi per violentiam. ex una enim parte
demon alligat coarctans peccatorem per suggestionem. ex alia mundus retrahens
per cupiditatem. ex alia parte caro alliciens per voluptatem. sed deus
aufert penitentes per [illegible] Luc xi cum autem fortior supervenerit omnia

arma dixerit etc. et tunc perducat persequentes per viam gregem quod notatur
ibi et perduxit eos tanquam gregem deducit persequentes in spe glorie
notatur ibi / et deduxit eos in spe inducit pastores in montem glorie
quem acquisivit nobis dextra eius extenta in cruce. ysa lxiii salvavit
sibi dextra eius. Et eiecit a facie eorum gentes et sorte divisit eis terram
in funiculo distributionis. ad literam i. chananeos et alios habitatores
ibi / et sorte divisit terram in funiculo distributionis. Josue xiii. alie le. sic
quod eiectorum gentilium de terra. Et dicit Induxit iudeos usque ad montem
syon / et eiecit a facie eorum gentes que erant in terra promissionis scilicet
chananeos. deutero vii delebit gentes multas coram te. Sic vinea per
extirpationem ab aliis antequam fit vel quies in cepta / et sorte divisit eis
terram in funiculo distributionis ne videretur esse acceptor personarum ut habetur
Josue ix et xvii. Sic spiritualiter expulsis viciis dat ut dividat gratiam uni-
cuique secundum propriam facultatem. Mat xxv unicuique dedit secundum propriam virtutem
et per modum secundum gratiam dividit gloriam. Jo xiiii In domo patris mei man-
siones multe sunt. pri. cor. iii unusquisque mercedem secundum proprium laborem ac-
cipiet. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus israel. ad literam
in domibus et villis a gentibus constitutis. alie le. sic sicut dicit quod terram
gentilium dedit filiis israel. Et dicit eiecit gentes de terra sua et fecit
tribus israel i. generationes iudeorum habitare tanquam in propria hereditate in taber-
naculis eorum i. in civitatibus et in domibus ipsorum gentilium eiectorum.
Spiritualiter sic dominus facit iustos habitare in operibus virtutum eiectis spiritibus
et tabulis viciorum. ysa xxxv In cubilibus in quibus habitabant dracones
viror iunci et calami orietur. Sic eiectis angelis superbis de celo
loco eorum humiles homines substituit. eccli x sedes ducum superborum
destruxit et sedere fecit mites pro eis. Et temptaverunt et exacerba-
verunt deum excelsum et testimonia eius non custodierunt. ad literam hic
describitur populi malignitas exigentis peccata patrum suorum cum dicit et tempta-
verunt diffidentes de divina virtute / et exacerbaverunt deum excelsum provo-
cantes ad iram deum mitissimum / et testimonia eius non custodierunt i. legis
precepta. alie le. sic sicut dicit quod iudei acceperunt beneficia adeo fuerunt
ingrati temptantes ipsum deum. Et dicit fecit eos habitare in tabernaculis
gentilium / et ipsi temptaverunt deum adhuc diffidentes de divina virtute et
postea sicut fecerunt patres in deserto. Num xiiii Temptaverunt me per decem vices
deutero ix In incendio et temptatione et sepulcro concupiscentie provocastis
dominum / et exacerbaverunt i. ad iram concitaverunt seu provocaverunt mitissi-
mum scilicet deum excelsum super omnes deos. leuit xxvi. vsque nec exacerbaverint
me in operibus manuum suarum / et testimonia eius i. leges et precepta / vel
testimonia i. scripturas que dant testimonium de christo. Jo v Scrutamini scri-
pturas ipse sunt que dant testimonium de me. non custodierunt i. transgres-
si sunt nec opere impleverunt. Ezech xxxv exacerbaverunt me filii israel et
mandata eius non custodierunt. Et averterunt se et non servaverunt pa-
ctum / quemadmodum patres eorum quasi sunt in arcum pravum. ad literam et
averterunt se scienter recedentes a divina servitute et non servaverunt pa-
ctum i. legem quam pepigerat observare. Exo xxiiii omnia que locutus
est dominus faciemus et erimus obedientes / quemadmodum patres eorum qui adora-
verunt vitulum et multipliciter offenderunt deum in deserto. quasi sunt

in arcum prauum per promptitudinem ad male agendum sicut arcus cum
impetu emittit sagittas / Alia littera sic habet et quod exacerbauerunt
deum / Et dicit auerterunt se a me a lege mea et a sua promissione / ysa lix
ausi sumus ne veniremus post tergum dei / vel auerterunt se et recesserunt a ser-
uitute diuina et non seruauerunt pactum et legem quam pepigerant obserua-
re et obedire / ysa xxiiii transgressi sunt leges meas mutauerunt
ius dissipauerunt fedus sempiternum / Sic mali christiani clerici laici siue
religiosi auertunt se a bono quod promiserunt / Ier ii arguet te auersio tua
/ et non seruauerunt pactum baptismi quantum ad primo peccatores / prime quan-
tum ad recidiuatores pactum voti religiosis quantum ad apostatates
voti annexi ordinis quantum ad clericos fornicatores / quemadmodum patres eorum
quos imitati sunt per ydolatriam / sic filii eorum auersi sunt a bono in-
commutabili et conuersi sunt in arcum prauum per interiorem peruersam et operationem
prauam / sicut enim ex arcu sagitta sic ex interiori operatio emittitur
deus arcus prauus existit qui eum a quo habet dominum prosternit / Ier viii facti
sunt in vertorsium arcus eorum et non in manum / Ier xvi deliquerunt patres vestri
sed et vos peius operati estis / circa quantum notet malorum societatibus et
imitatoribus. In iram concitauerunt eum in collibus suis et in sculptilibus
suis ad emulationem eum prouocauerunt. Ad literam tempore quo archa
domini ponebatur in silo usque ad edificationem templi salomonis licitum fuit
iudeis alibi offerre oblationes / sed quando archa fuit posita in silo et in
templo salomonis tunc non fuit eis licitum offerre alibi / Quando isti post edi-
ficationem templi ymolabant in excelsis quod erat illicitum eis nisi ex di-
spensatione specialibus sicut helias obtulit sacrificium in monte carmeli
iii Reg xviii. Modo isti non solum ymolabant in collibus deo sed etiam de-
monibus in ydolis quod erat grauissimum ideo subditur et in sculptilibus suis
ad emulationem id est ad vindictam eum prouocauerunt. Alia littera sic habet et quod ydo-
latriam exercebant Et dicit In iram id est ad inferendum iram seu vindictam / concita-
uerunt et prouocauerunt / eum in collibus suis in quibus ydolis sacrificabant
Ier ii Sub omni ligno frondoso et in omni colle sublimi tu prosternebaris me-
retrix et in hoc aggrauatur quod in collibus dignitatum glorianter nam ibi ymo-
lant et totum perdunt / Ier iii vere mendaces erant colles multitudo mon-
tium et in sculptilibus suis tum magna diligentia factis / ad emula-
tionem id est ad indignationem et vindictam eum prouocauerunt / Iudic ii fecerunt
filii israel malum coram domino et adorauerunt baalim / Spiritualiter sicut
colles dignitates sic sculptilia sunt prelati / Zach xi o pastor et ydo-
lum derelinquens gregem / sed quidam sunt ydola fusilia quia per commotionem
et sub receptorem positi sunt / alii sunt vetula sculptilia quia per longam
disceptationem. Audiuit deus et spreuit eos et ad nichilum redegit valde
israel. Ad literam hoc describit pene actiuitatem dicens audiuit deus predictam
populi nequitiam et spreuit eos propter eorum maliciam et ad nichilum redegit
valde israel tradens eum duce seruituti post mortem / Josue eo quod de-
clinauerat ad ydolatriam / Alia littera sic habet et ingratorum prouocationem
Et dicit ad emulationem prouocauerunt deum et ipse deus audiuit id est cognouit
predictam populi nequitiam et infidelitatem / Ps quis plantauit aurem non
audiet / Glossa per aurem zeli audit omnia / et spreuit eos propter eorum

malicia deuiendo et humiliando ysa xxxiii ve qui spernis nonne et ipse sperneris
sed obedire nolendo nonne et ipse sperneris adeo, et ad nichilum
redegit israel tradendus cum duce suo tuti, et qui pro nichilo reputa
eum, quia sicut peccatum est seruus nichili et ita tradetur nichilo, qui enim perdit
deum perdit totum Ie x corripe me domine verumptamen in iudicio et non in
furore tuo ne forte ad nichilum redigas me. Et repulit thaber
naculum silo thabernaculum suum ubi habitauit cum hominibus ad litteram quia capta
archa domini que fuit in silo primi regum iiii ciuitas fuit silo destructa alle.
le. sic hic ostenditur eorum humiliatio scilicet destructio thabernaculi et amissio
arche. Et dicit et repulit thabernaculum quod erat in silo quia capta archa
domini que fuit in silo, ciuitas silo et thabernaculum funditus destructa. primi regum
Tren iio repulit dominus thabernaculum silo thabernaculum suum in quo erat
archa domini, ubi i. in quo habitauit in hominibus i. inter homines. Apoc xxi
Ecce thabernaculum dei cum hominibus et habitabit cum illis. dominus enim propter
maliciam hominum aliquando destruit locum sanctum. Vbi enim mixtura aduersa
cum ipso loco a propria officio euellitur quia ibi non deus sed magis persona
punitur, quid restat nisi ut in medio destruatur. sic arbor ex ulsa
Matt xxi domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam spe
luncam latronum. Et hec minima est quia dominus non destruit ciuitates ecclesias
propter nequicias ministrorum. Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum
et pulchritudinem eorum in manus inimici ad litteram et tradidit etc. quia philis
tei fortes populi occiderunt et captiuauerunt eos, et pulchritudinem eorum etc.
i. archam testimonii que erat gloria populi israel quam regerunt philistei, propter
quod uxor finees moriens dixit primi regum iiii translata est gloria de israel
quia capta est archa dei. alle. le. sic hic ostenditur arche amissio. Et dicit
et tradidit virtutem eorum i. archam domini ad cuius presenciam superabant inimicos
et pulchritudinem eorum i. ipsam archam que erat ipsorum gloria et pulchritudo propter quod
ipsi reddebantur hominibus honorati et mirabiles. tradidit in manus i. in
potestatem inimici primi regum iiii. Et primi machabeorum ii Ecce sancta nostra et pulchritudo
nostra et claritas desolata est et coinquinauerunt ea gentes. Spiritualiter virg
ecclesie sunt milites qui tanquam virtuosi debent eam defendere sed hos capti
uat diabolus in peccato. Naum ii et milites captiuus ductus est, sed pul
chritudo sunt religiosi in quibus debet esse totius honestatis pulchritudo, et hii
captiuantur ysa iiii pulcherrimi quoque tui gladio cadent. Tren pa egressus
est a filia sion omnis decor eius. Et conclusit in gladio populum suum et
hereditatem suam spreuit ad litteram et conclusit etc. philistiorum populum suum et he
reditatem suam scilicet terram israel spreuit. sanctum quia eam tradidit sub seruitute phi
listiorum quia fabri ferrarii non inueniebantur in israel ne iudei facerent sibi
gladium aut lanceam primi regum xiii alle le. sic hic ostenditur populi humiliatio et
deiectio per mortem, et dicit et conclusit populum suum quondam sanctum et dilectum
in gladio i. cum gladio philistiorum ut non posset effugere. Ezech ix
fac conclusionem quoniam terra plena est iudicio sanguinum, promisse enim sunt
i. plebe israel a deo spreuit propter ydolatriam et inobedienciam quia ipsi plus
spreuerunt eum ipsa pro filios emittens et exaltauit ipsi autem spreuerunt me
Juuenes eorum comedit ignis et virgines eorum non sunt lamentate
ad litteram accessio per philisteos, et virgines etc. quia ipsis spectabat locum,

fugiendi dimittentes otiosos non sepultos et inlamentatos. Aliter
legitur sic: Hic ostenditur quod affligebantur morte utriusque sexus et status. Et dicit
Iuvenes eorum omnibus videbantur prendum comedit id est consumpsit ignis
id est ira dei. Sophonie iii: In igne zeli mei devorabitur terra. Vel ignis in-
imicorum debellantium. Trenorum 2: Iuvenes mei et virgines mee ceciderunt in gla-
dio. Et virgines eorum quarum multo fortius erat prendum non sunt lamen-
tate quia quilibet querebat locum fugiendi dimittens otiosos non sepul-
tos et inlamentatos. Vel quia non vacabat eis ut quelibet suam deploraret
virginitatem sicut filia Iepte Iudicum xi. Spiritualiter: Iuvenes comedit
ignis luxurie. Iohelis primo: Ignis comedit speciosa deserti. Et virgines non
sunt lamentate vino tacto et voluptate corrupte. Trenorum ultimo: Mulieres
in Sion humiliaverunt. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt et vidue
eorum non plorabantur. Ad litteram scilicet Ophni et Finees. Primi Regum iiii. Et vidue
eorum non plorabantur eadem ratione sicut nec virgines. Aliter legitur sic: Hic ponit
afflictionem religiosorum in utroque sexu. Et dicit: Sacerdotes eorum quantum ad
viros religiosos, ad litteram Ophni et Phinees, ceciderunt per gladium
inimicorum. Trenorum: Sacerdotes mei et senes mei consumpti sunt in urbe.
Sic prelati surgente gladio secularis non se erigunt et opponunt
sed pusillanimitate et timore cadunt. Et vidue eorum non plorabantur quia mi-
sere licet dominus velit eis misereri. Ysaie primo: Iudicate pupillo et defen-
dite viduam. Sed heu quia pupillo non iudicatur et causa vidue non in-
greditur ad eos. Et excitatus est tamquam dormiens dominus tamquam potens
crapulatus a vino. Ad litteram hic ponitur divina consolatio. Et dicit: Et excitatus
est tamquam dormiens dominus. Quia diu enim dimisit dominus populum affligi videbatur
quasi dormiens. Et tamquam potens, sic dicitur secundum quod in Hebreo et in translatione Ie-
ronimi: quasi fortis crapulatus a vino. Ille enim quamvis est fortis robore
qui est sepultus a vino non potest uti sua fortitudine. Et sic videbatur multis
de populo Israel de ipso deo qui diu fuerant in tanta afflictione, sed tunc
visus fuit eis quasi excitatus quando cepit eos iuvare et adversarios punire.
Aliter legitur sic: Hic iterum ponit aliud beneficium scilicet divinam preparationem ad
affligendum hostes Hebreorum. Et dicit: Et excitatus est dominus ad affligendum
inimicos Hebreorum tamquam dormiens id est ita faciliter sicut dormiens faciliter
surgit. Ecclesiastici xxxvi: Excita furorem et effunde iram id est effectum furoris
et ire. Unde videtur dominus dormire quando dissimulat peccata sed excitatur quando
punit ea. Tamquam potens id est fortis existens sed crapulatus a vino vide-
batur sustinendo quod suus populus affligebatur. Ieremie xxxiii: Factus sum sicut vir
ebrius et quasi madidus a vino. Sed hic tamquam potens surgens ad
potenter puniendum adversarios. Iob x: Deus tu ire restituisti meo potest.
Sic dominus modo est quasi ebrius dormiendo et expectando per misericordiam sed tandem
erit quasi sobrius puniendo per iustitiam. Deuteronomii 32: Inebriabo sagit-
tas meas sanguine. Et percussit inimicos eius in posteriora, obprobrium
sempiternum dedit illis. Ad litteram quia percussit Philisteos in secessu
id est parte naturali. Primi Regum v. Et computrescebant prominentes tales eorum.
Obprobrium sempiternum dedit illis quia coacti fuerunt remittere archam
ad terram Israel ut eorum plaga temporis et virtus Dei ab omnibus cogno-
sceretur. Quia cum archa remiserunt anos aureos recognoscentes

plagam suam vilem quod hoc factum redactum est in sacra scriptura que
usque hodie durat. Alia littera sic habet: post vilem inimicorum percussionem.
Et dicit et percussit inimicos eius, id est populi Israel, in posteriora, id est in secretiori par-
te natium, propter archam quam rapuerant scilicet azoti; primo Regum v. percussit secre-
tiori parte natium azotum et fines eius, et isti erant qui archam dei rapuerant,
et signant eos qui ad prelaturas se ingerunt violenter quos deus percutit
in posterioribus suis vel temporalibus defraudando vel in fine dampnando;
Ezechiel vi gladium meum evaginabo post eos. Opprobrium sempiternum dedit
illis quod cum archa remiserant anos aureos recognoscentes plagam suam
vilem, et ita per totum mundum azotii sunt percussi in opprobrium sicut habe-
tur et inimici domini opprobrio sempiterno confundentur. Jeremie xx. non intellexe-
runt opprobrium sempiternum quod nunquam delebitur. Et repulit tabernaculum
Joseph et tribum effrem non elegit. Ad litteram hic post interceptam conclusio
in hoc sermone quod dignitas regia pertinet ad david et ad eius posteri-
tatem non ad tribum effraim. Et dicit et repulit tabernaculum Joseph, id est civitatem
silo in qua fuit archa posita in tabernaculo ut habetur Josue xviii.
Dicitur tabernaculum Joseph eo quod silo erat in sorte effraim filii Io-
seph, et tribum effrem, id est effraim, non elegit scilicet ad regiam dignitatem. Ro-
boam enim de tribu effraim qui regnavit super decem tribus non regnavit
ex divina electione sed usurpavit ex populi rebellione contra filium salo-
monis iii Regum xii. Alia littera sic habet: dicit quod dominus repulit a regia dignitate descen-
dentes de Joseph et de effraim. Et dicit et repulit tabernaculum Joseph, id est ci-
vitatem silo in qua fuit archa domini in tabernaculo, vel repulit a re-
gia dignitate tabernaculum Joseph, id est familiam a Joseph descendentem. Saul
enim qui fuit primus rex fuit de Beniamin, primo Regum x. Sed ne quis
diceret sicut de effraim qui fuit de Joseph fuerunt postea reges, iste respon-
sionem: et tribum effrem, id est effraim, non elegit sed Ieroboam violenter
se intruserat et deus propter peccatum salomonis hoc permisit iii Regum xii. Per
Joseph qui interpretatur filius accrescens designantur nobiles huius mundi qui
crescunt statura et potestate sed quod huiusmodi deus non elegit, primo Regum xvi.
non respicias altitudinem stature eius quoniam abieci eum neque iuxta intuitum
hominum iudico. Effraim qui interpretatur fructificans significat divites
huius mundi nec hos elegit deus, Jacobi ii. Nonne pauperes elegit deus
divites in fide et heredes regni. Et elegit tribum iuda montem
sion quem dilexit. Ad litteram sed elegit scilicet pro dignitate regia montem
sion quem dilexit, id est elegit ad suum cultum quod altare de mandato eius
fuit ibi edificatum per david ii Regum xxiiii et postea ibidem fuit tem-
plum edificatum per salomonem ii paralipomenon iii. Alia littera sic habet: dicit quam
tribum elegit et quem locum ad dignitatem regni. Et dicit tribum effrem
non elegit sed elegit tribum iuda ut essent ex ea reges. In hoc
notatur quod qui fuerunt aliorum prelati debent a deo eligi non assumere ho-
nores et rapere sibi. Hebreorum v. Nemo assumat sibi honorem nisi qui vocatur
a deo tanquam aaron; et debet esse de iuda qui interpretatur confitens,
id est confessor veritatis et proprie infirmitatis. Judicum primo quis ascendet contra
chananeum et erit dux belli. Judas ascendet; montem sion quem
dilexit, id est elegit ad suum cultum et ut esset sedes regni. Per mon-
tem significatur eminentia vite, per sion speculacio sapientie;

talis em̄ debet eligi in p̄latū cuius vita sit in exēplū & sapiā in do-
cumētū p̄i machā v elegit iudas sacerdotes sine macula Et edifica-
uit sic vnicornis sanctuariū suū in t̄ra quā fundauit in s̄c̄la ad l̄rā
& edificauit .i. edificatū fecit sic vnicornis sanctuariū suū .i. t̄m̄ edifica-
tū suo nōi deputatū / & d̄r sic vnicornis q̄ nō p̄mittit ad suū latibulū
accede' sic deus p̄hibuit oēz alienigenā a sacerdotibus b' q̄secratū intra
templū ministrare Sicut & exēpl̄ q̄ accesserit ad ministrādū morte moiar
p̄i ozias rex q̄ voluit ibi thurificare fuit lepra p̄cussus 2 paralip xx
vi / in t̄ra quā fundat' i s̄c̄la .i. in iudea quā fundauit p̄ cultu suo
& regali solio stabiliuit q̄tum fuit ex p̄te sua / & ita fuiss̄ si p̄ctā
p̄p̄li nō impediuissent Al' le' sic h̄r ot reg' q̄firmatus Et d̄r & edi-
ficauit .i. edificatū fecit sanctuariū suū .i. templum suū .i. suo nōi & cul-
tui deputatū & i quo erant s̄c̄ta & sanctificabant' mūdi p̄ oblatōes &
sacrificia / sic vnicornis locū suū edificat ut nullus audeat accede' ad
destruēdū illud· Est em̄ al' fortissimū h̄ns i nare cornu / i t̄rra
quā fundauit in s̄c̄la q̄ in gn̄atōibus succedētibus s̄p̄ manet / uel quā
fundauit in s̄c̄la p̄mansurā i regimine q̄tum erat in se n̄ p̄ctā p̄p̄li
nō obstaret / p̄p̄s deus fundauit eā in et̄nū p̄ceres p̄o gn̄ato p̄tit ge-
neratio aduenit / t̄ra aut̄ i et̄nū p̄manet Nota sanctuariū ē etiā in
quā sanctificatur que adeo sanctificat' q̄e edificat' sic vnicornis .s. i p̄late
& discretōe / in cornu em̄ p̄tas / in nare discretio designat' / p̄lures
aut̄ celie dedit dn̄s p̄tatez Io xx quorū remiseritis p̄ctā &c sed vo-
luit p̄tatez esse in discretōe cū dicit Mat x habete in vobis sal· q̄
p̄tas data indiscreto ē q̄i gladius i manu furiosi Et elegit dauid
suū suū & sustulit eū de gregibus ouiū de p̄o fetātes accepit
eū ad l̄rā & elegit dauid &c i tribu iuda & int' filios ysai q̄uis
esset iunior & sustulit eū de gregibus ouiū / pascebat em̄ gregē q̄n
fuit vocatus ut samuel vngeret eū i rege p̄i R̄g xvi de p̄o fetātes
.i. p̄o oues fetās Trāsl' Io h̄t sequentez fetās adduxit eū .i. oues ga-
fetes fetus Al' le' sic h̄r ot quā p̄sonā elegit in rege ysē dauid
forte p̄ q̄stantiā asp̄ctū delectabilez p̄ sapiaz suū suū p̄ humili tez
p̄i R̄g xvi surge & vnge eū ipse em̄ ē quē elegi Glosa talis d̄z
eligi p̄latus qualis sit dauid .i. manu fortis p̄ q̄stantiā asp̄ctū delec-
tabilis p̄ sapiaz suus p̄ humili tez / & sustulit eū de gregibus ouiū
sepando eū ab officio vili q̄ erat pastor ouiū p̄i R̄g xvi erat
puulus rufus pascens oues de p̄o fetātes .i. de loco p̄o oues fe-
tās ambulātez accepit eū & vnxit in regez Sic q̄ maure p̄latus
instituit' de sana doctrina & bono exēplo alios secudare ysa xl
fecundās q̄ portat' ut nō fiat de histrione ep̄us de gulōso / pastor
ecclie de luxuriosa virgī in q̄secratōe de ocioso vigilās speculator·
Pasce' iacob suū suū & isr̄l hereditatē suā ad l̄rā pasce' iacob
suū suū .i. p̄p̄lm descēdētez de iacob &c de pastore ouiū f̄c̄s ē pa-
stor fideliū / & isr̄l hereditatē suā / vocat' aut̄ p̄p̄lus isr̄l h̄ebr dm̄ eo
q̄ fuit a deo sp̄ialit' elect' / & p̄ t̄lez modū loq' moyses deut° xxxii
p̄s aut̄ dn̄i p̄p̄lus eius iacob funiculus hereditatis eius Al' le' sic h̄r ont
ad quid acceptat' dauid q̄ ad regendū p̄p̄lm Et d̄r accepit dauid
pasce' .i. ad pascendū iacob suū suū .i. p̄p̄lm q̄ descēdit de iacob / et
h̄r q̄tum ad mores q̄ sūt in lucta luctādi t̄rena Sic p̄lato
eccl̄ie d̄z nō tm̄ pasci / sed & pasce' nō diuites nō histriones sed

pauperes suos christi Jo x Ego sum pastor bonus / et pascit ipse hereditatem suam
specialem a deo electam / et hoc quantum ad maiores qui contemplantur diuina
ipse enim interpretatur qui videns deum Jo xx pasce agnos quo ad minores pa-
sce oues quo ad maiores Je iii dabo vobis pastores qui pascent vos
sciencia et doctrina Et pauit eos in innocencia cordis sui et intellectibus ma-
nuum suarum deduxit eos ad literam et pauit eos id est gubernauit in innocencia
cordis sui id est in puritate consciencie et intellectibus manuum suarum id est prudenter se
habens in operibus suis / pri Re xviii In omnibus viis suis dauid prudenter
agebat deduxit eos 2 Re 2 dixerunt ei filii israel cum esset saul rex su-
per nos tu eras educens et reducens israel Aliter exponitur de regno christi
cuius figura fuit regnum dauid / et primo excitatur affectus iudeorum tanquam ad mi-
sterium excellentissimum / 2o ostenditur bonitas christi et magisterii nec iudeorum ab illo
loco quanta andiuimus usque ibi et repulit tabernaculum joseph / Omnia enim
beneficia narrata contulit christus in quantum deus patribus iudeis / hebre xiii jesus
christus heri et hodie ipse et in secula Et licet in hoc psalmo arguatur magis dominus iude-
orum generaliter tamen arguitur magis sacerdotum specialiter qui per effraim designantur quia
sicut effraim in benedictione iacob fuit prepositus manasse / sic sacerdotes
prelati populum ex sua consecratione et isti fuerunt magis inimici christo quia
mortem eius procurauerunt et regnum iudee quod quodam speciali modo ducebat
regimen christi voluerunt usurpare rebellantes romanis / ut dicit josephus vl-
timo asaph ab illo loco et repulit tabernaculum joseph usque in finem
psalmi describit dilatationem regni christi et ecclesie perfectam sic impletum videmus
per orbem terrarum / Aliter legitur sic / sicut dicit quod competenter impleuit officium regis
Et dicit elegit dauid ad pascendum populum suum / Et pauit eos id est gubernauit
in innocencia cordis sui id est in puritate consciencie et intellectibus manuum suarum id est pru-
denter se habens in operibus suis / deduxit eos prudenter in omnibus viis / vel
sic pauit eas pane vite et intellectus ipse christus / non sicut illi pastores de
quibus Ezech ve pastoribus qui pascebant semetipsos / in innocencia cordis
sui quia peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius / pe ii Et ita illa
particula non potest intelligi de dauid simpliciter qui peccauit peccato adulterii / pro-
dicionis homicidii et superbie 2 Re xi et xii et intellectibus manuum suarum
id est in operacionibus ad intelligendum eos eleuantibus / Jo xiii exemplum dedi vobis ut
quemadmodum ego feci ita et vos ita faciatis deduxit eos de peccato ad virtutem
et de virtute in virtutem / opera enim magis mouent et ducunt quam verba Sap x
justum deduxit dominus per vias rectas et ostendit illi regnum dei ad quod nos
perducat ipse / Oratio Refice nos manna spiritualis alimenti opulentis-
sime largitor omnipotens deus ut per ingressum manuum tuarum ducti mea-
remus in monte acquisita tua dextera gloriarum qui tecum viuit Psalmus asaph
lxxviii Deus venerunt gentes in hereditatem tuam polluerunt templum sanctum
tuum posuerunt ierusalem in pomorum custodiam ad literam Titulus
in hebreo psalmus asaph et in translatione Jeronimi canticum asaph Materia primum
de destructione ciuitatis et templi facta per nabuchodonosor 4 Re xxv
2 de reparatione per cirum regem persarum qui dedit licenciam redi-
ficandi templum / pri Esdre primo Et diuiditur in 3 partes primo ponitur
lamentatio pro dicta destructione / 2o deprecatio pro reparatione ibi Ne autem
primo dicit lamentando deus venerunt gentes id est babilonii qui erant gentiles in heredi-
tatem tuam id est in iudeam que dicebatur dei hereditas eo quod eam filiis israel dedit et
quia in ea fides et cultus dei viguit / polluerunt templum sanctum tuum ipsum de-
struendo et vasa diuino cultui consecrata asportando et humanis usibus applicando / deinde
v / posuerunt ierusalem in pomorum custodiam / custodes enim pomorum faciunt

magnu acrvu lapidu ut desup ascendentes videat per totu pome
riu / et ista translao reddit in idem cu translacone Ier et hebraica ut pz p preli
cta alie le sic In pte iii pso retitauit Ensiria adeo collata ad con
fusiom malor et ppt magnitudine illor miserias et grauia supplicia q
digit lamitabile deprtaces ad deu sup illor miseria qu cu impiys
involuntur / et est 2o ps lamentacionis pq e ut qd deus repulisti &c
vbi lamitatur sup eor obstinacone hic aut sup incendiu temporali mi
seria et afflictione et pt referri ad captiuitate que facta e p antiochu
epifane hic machabeor / Austine hic agit de psecucone eccle q fit
tothe p gentiles vel p auaros principes / Titulo ps asaph i ps iste
quet asaph i fidelium sinagoge q hic introducitur deprecans et lam
tans cuid ps lamitabilis deprtacio fidelium Intencio e monere nos ad
congaudendum bonis pxior et compaciendu malis tpor Et diuidit pd per
sup templi et sctor polucone lamitacio / 2o sup ciuitatis destruccone ubi
posuerit ierlm / pd dt sic deus venerit cu impetu et violencia gentes i
gentiles antiochus epifanes et sui in heditate tua ierlm ad montem
sion que tibi elegisti in heditate / Tren iiiio heditas mea versa e
ad alienos / hic in heditate qua xc acquisiuit sanguine suo s i ecclesiaz
dignitate mihi ingrediuntur violenter ut fures et pdones Io x quotquot in
trauerit fures sut et latrones qr auctete sua veniut no diuina volu
tate cu scriptu sit Exo xv Introduces eos et plantabis i monte heditatis
tue polueret templu sctm tuum phibita intromittendo et illicita i eo
faciendo / pi machab pd ascendit antiochus s ierlm i mlti e gnu et co
inquinauerit sca hic ingressi ad dignitates et honores polluut eciaz dei
le ij Sacdos et pha polluti sut et in domo mea inveni malu Eze
viij Introibut in illud emissary i luxuriosi sic eos ad id opus depu
tati et contaminabut id / posuerit ierlm in pomor custodia i qr loca
ad custodia fructuu deputatu / locus enim pro pomor custodia e
deputatus qr tugurium i quo latent q custodiut pomoru q collectis
fructibus destituitur et dissipatur / sic ierlm fecerit desta ablatis cuius eius
bonis / Ysa pd derelinquitur filia sion sic tuguriu i cucumerario et
sic ciuitas q vastatur hic mo in eccla no custodiuntur spualia / s temporalia
vn posita e in custodia pomor i fructuu et denarior no aiar / Ie iii
qr custodes agror sut ea in giro / vl i pomor custodia q ea came
dut sic pueri poma q custodiut / Ysa pd dabo pueros principes eor /
Posuerit morticina suor tuor escas volatilibus celi carnes sctor
tuor bestiys terre / Ad lram posuit morticina i corpora mortificata st
Crisf Io qr dederut cadauera suor tuor qr inderut cu qbus occide
bant leuitas et sacdotes diuinis ministerys insedentes escas volatili
bus celi qr sup terraz remanserut insepulta carnes sctor tuor qr in
derunt occidebat uistos et predicatores excepti pauci adeo res statuit / Alie
le sic hic omnt seuicia sua in mortuis et in viuis / et dt posuerit
morticina i corpora mortificata et ex gladio reducta / qr cadauera suo
ru tuor i leuitar et sacdotu q fuint diuinis ministeriis deputati escas
volatilibus celi i auibus celi i accip / Agat xiii volucres celi comede
rut id / Cass conceptis corporum mortuor no ad pua refertur miseria
na sepultis e xc / carnes sctor tuor bestiys terre qr inderunt occi
debat uistos et predicatores excepti pauci adeo res statuit / hic repletu e

pri machab vii sic ibidem dicitur. et impletum est in mellis multis. Sequitur
prelati et sacerdotes posuerunt morticina servorum tuorum id est animas subditorum
suas occidunt exemplo male vite et negligentia cure. Rom. 9 ministri xpi
sunt et serviunt antixpo. volatilibus celi id est demonibus qui dicuntur volucres propter
elacionem et bestiis terre propter crudelitatem. Ezech. xxxiii qui in agro est bestiis
tradetur ad devorandum. Effuderunt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu
Jerusalem et non erat qui sepeliret. Ad literam patet sumendo ex dictis in precedenti versu
alia lectura sic hic dicit sanguinem eorum id est vivus et dicit effuderunt etc. id est multos
valde occiderunt ita quod sanguis occisorum fluxit sicut aqua. pri machab
p°. effuderunt sanguinem innocentum et non erat qui sepeliret quia pauci
remanserant et occupati erant querentes si possent liberari. Sequitur san-
guis est peccatum. Ps. libera me de sanguinibus etc. Sanguis enim effusus est
cum peccatum multiplicatur. Osee iiii maledictum mendacium et homicidium in-
undaverunt et sanguis sanguinem tetigit. et hoc in circuitu Jerusalem quando
fidelibus publicatur. Ezech. xxiiii sanguis eius in medio eius et in circui-
tu et non erat qui sepeliret. Sacramentum confessionis sepelit peccata si id
peccatoribus quorum remisse sunt iniquitates. sed prelati non sepeliunt quia in
audiendo confessiones diligentes non sunt. Facti sumus obprobrium vicinis
nostris subsannatio et illusio hiis qui in circuitu nostro sunt. Ad literam quia phi-
listei et alii in circuitu iudee habitantes faciebant de iudeis suas deri-
siones. subsannatio id est modus derisionis dictus a incurvatione nasi. alia
lectura sic hic ponit iniuriam quam fecerunt in verbis et signis. et dicit facti sumus id est persone
bonorum facti sunt obprobrium vicinis nostris quia ipsi verbis obprobriosis confundunt
nos. subsannatio id est derisio facti sunt ab hiis qui contrahentes nasum rugant
vel inclinant. Ps. xx factus sum in obprobrium tota die omnes subsannant me.
et illusio hiis id est ab hiis qui in circuitu nostro sunt id est qui iocum faciunt eis de
nobis nos contempnentes. Unde illusio est cum aliquid fit in eo cum exprobra-
tione quod est signum contemptus. exemplum in xpo cum velabant oculos et illudebant
dicentes. prophetiza xpe nobis quis est qui te percussit. Matt. xxvi. Potest autem
hoc totum exponi vel de fidelibus tempore machab. a grecis vel de infidelibus
in primitiva ecclesia a tirannis infidelibus. Usquequo domine irasceris in finem
accendetur velud ignis zelus tuus. Ad literam usquequo etc. tenendo populum tuum
in afflictione et captivitate tam continue et prolixe. accendetur velut ignis etc.
ita quod non extinguatur nec mitigetur. et loquitur propheta in persona populi in ca-
ptivitate ducti. Alia lectura sic hic lamentatur de prolongatione persecucionis
et elongatione misericordie dei. Et dicit usquequo domine irasceris tenendo populum tuum in
afflictione in finem id est tam prolixe vel usquequo irasceris id est exerces effectum ire
tue in nos. Ysa. lxiiii ne irascaris domine satis. in finem id est cum usque
in finem extenderetur ira tua q. d. nimis cito. Ysa. xii conversus est fu-
ror tuus et consolatus es me. accendetur velut ignis zelus tuus ita quod non
extinguatur seu mitigetur. vel intantum ut nos possit sustinere sicut nec
ignem. Et ita accendetur non in presenti sed in futuro in reprobis. Pro. vi
zelus et furor viri non parcet vindicte. Deut. xxxii ignis succensus est
in furore meo. Effunde iram tuam in gentes que te non noverunt et in
regna que nomen tuum non invocaverunt. Ad literam hic implorat divinam
iusticiam contra hostes. Et dicit effunde iram tuam id est effectum ire iuste per
vindictam in gentes que te non noverunt quia non habebant fidem unius veri
dei. sed erant ydolatre colentes ydolum bel et draconem. Dan. xiiii°
et in regno. quia sub rege babilonis multa regna erant subiecta

que nomen tuum non invocaverunt quia non habebant eius fidem. Jer. x. quomodo
invocabunt eum in quem non crediderunt. Alia lectio sic habet post petitionem
contra inimicos et dicit effunde id est exere rigorem tue iustitie vel effectum tue
iustitie per vindictam in gentes id est contra gentes incredulas. Jer. x. effunde
indignationem tuam in gentes que te non noverunt id est non habebant fidem
unius veri dei. Et in regna que nomen tuum non invocaverunt pectoris corde
credendo exterius ore confitendo et opere illi obediendo. Ysa. lx. gens et
regnum quod non servierit tibi peribit. Crisostomus super Matheum. Regnum mundi id est cupiditas
invocat nomen mamone regnum carnis id est voluptas nomen Belphegor
regnum diaboli id est superbia nomen Baal quod interpretatur superior. Hebr. xi. sancti
per fidem vicerunt regna. Sed regnum iustorum invocat nomen Christi. Johel
ii. omnis qui invocaverit nomen domini salvus erit. Secundo dicit quomodo iustus imprecatur
malum. Videtur quod perdiciat malum sed non imprecatur ille imprecatur propter pecca-
punitionem que iusta est. Ps. letabitur iustus cum viderit vindictam. 2o propter
peccatores conversionem. Ps. multiplicate sunt infirmitates eorum. 3o propter laudem
dei videtur. Prov. xi. In perditione impiorum erit laudatio. Quia come-
derunt Jacob et locum eius desolaverunt. Ad literam quia contra Ja. id est populum
descendentem de Jacob quem dicit comedisse eo quod bona eorum diripue-
runt et populum in magna parte occiderunt et captivaverunt sic tyranni dicuntur
comedere subditos suos et locum eius desolaverunt quia civitates Judee
depopulaverunt et destruxerunt. Alia lectio sic. premissa petitione subdit per-
suasionem et dicit quia comederunt Jacob id est bona populi descendentis de Jacob
diripuerunt et comederunt et populum in magna parte occiderunt sicut crudeles
bestie. Jer. x. comederunt Jacob et devoraverunt eum et locum eius id est templum
et civitatem in quibus colebatur deus desolaverunt id est depopulaverunt et de-
struxerunt. Dan. ix. aperi oculos tuos et vide desolationem nostram. Sic
mali principes et prelati comedunt subditos. Michee iii. comederunt
carnes populi mei et pelles eorum desuper eos excoriaverunt et locum eius
id est ecclesiam desolando temporalia destruendo vel inhoneste vivendo. Baruch iiii.
nemo gaudeat super me desolatam. Ne memineris iniquitatum nostrarum
antiquarum cito anticipent nos misericordie tue quia pauperes facti sumus nimis.
Ad literam id est antiquo a patribus nostris inceptarum cito anticipent nos
misericordie tue eo anticipationis causam subdit quia pauperes facti sumus nimis
id est spoliati et afflicti nisi anticipent nos misericordie tue ex nimia tristitia
absorbeamur per impatientiam seu desperationem. Et loquitur propheta in persona populi infirmi
in captivitate facti preludebat. Alia lectio sic. Postquam petivit contra inimicos hic
petit pro se et suis amorem mali et adeptionem boni et dicit domine ne me-
mineris iniquitatum nostrarum antiquarum id est ab antiquo a patribus nostris inceptarum ne
que consueti sumus facere et nostras antiquas in ipsis iniquitatibus imitari ne
memineris ad puniendum nos propter eas sed dele eas dando gratiam penitentie ut
nec sint in re nec in memoria. Ysa. xliii. ne memineris ultra iniquitatum nostrarum
sed dele eam de nostro corde dando gratiam penitentie. Ezech. viii. quacumque hora in-
ta hoc no videtur vm qr hoc donu po fuit datu aplis p spm sctm
et ideo dr qd pplus iste tu exiret d' terra egipti in deseru linguam qm
no nouat audiuit qr audit deu loquentem qui dabat decem prepta
legis Exo xx. diuertit ab omibus dorsu eius. qr pplus d' seruitute egip-
ciaca fuit dimissus liberatus In textu ho hetur amoui ab ombus
oneribus eius et e eadem sna. manus eius i cophino seruierunt qd e instrumentu
ad portandum sordes de ciuitatibus In textu ho hetur manus eius a co-
phino transierunt alia le sic hic dicit liberatoem ppli a seruitute egipti et
dicit diuertit ab omibus dorsu eius qr pplus iste fuit d' seruitute egipti-
aca dimissus liberatus ita qd no seruiunt eis portado lutu lateres et
paleas ad construendu ciuitates. qr manus eius in cophino i tu cophino
seruierunt portates lignu et lateres. i rte vel sordes de ciuitatibus. Spualr
sic filii isti seruierunt egipciis portates lutu lateres et paleas ad co-
struendu ciuitates. sic pctores seruiunt dyabolo ad portandu lutu luxurie
et gule coquendo lateres auaricie colligendo paleas superbie sed cu
ho conuertit se ad deu deus ab istis omibus liberat eu Math xi venite ad
me omnes qui laboratis etc. In tribulacone inuocasti me et liberaui
te et exaudiui te i abscondito tempestatis pbaui te apud aquam co-
tradictionis Ad litteram hic describitur ingratitudo ppli cotra ad culpa
et ad pena Et dicit in psona dei In tribulacone qr fuisti oppssus dura
seruitute in egipto inuocasti me ut liberarem te et liberaui te in
signis et pdigiis te educendo exaudiui te in abscondito tempestatis
i qn tempestas ruebat sup egipcios exaudiui te saluando q'
in abscondito et tuto loco pbaui te apud aquam cotradictionis declarando
tua ingratitudinez et rebellionem Num xx. alia le sic hic dicit qd deus
fuit puocatus ad liberatoem ppli p oratoem Et dicit in psona dei
In tribulacone qn fuisti oppssus dura seruitute vel pseruitoe

plaga uel infirmitate / inuocasti me qui infirmos medicor Exo xv
Et Osee vi In tribulatione sua mane consurgent ad me / et liberaui
te sic ad me clamantem et eduxi te in signis et prodigiis Exo xiiii
liberauit dominus israel in die illa de manu egipciorum / ii Machab iiii et
nunc clamemus in celum et miserebitur nostri deus noster / et exaudiui te in
abscondito id est in tuto loco saluando quando tempestas veniebat super
egiptios / uel exaudiui te in abscondito tempestatis id est certe quia non
audebant aperte contra populum egiptios agrauantes manum super eos / quasi
rebelles tamen sic conteritur Exo iii et pater qui videt in abscondito exau
diebat Mat vi / probaui te apud aquam contradictionis tua infidelitatem
et rebellionem declarando Num xx numquid de petra hac poterimus vobis
aquam eicere / uel sic probaui te apud aquam contradictionis id est populos in
fide aduersantes quibus viriliter restitisti / prima Cor xv oportet hereses
esse ut qui probati sunt manifesti fiant / aqua etiam contradictionis est
impetus persecutionis tribulationis cui iam a multis contradicitur et a paucis
consentitur et tamen in hac probantur iusti Eccl xxvii vasa figuli
probat fornax homines iustos temptatio tribulationis / Audi populus meus
et contestabor te israel si me audieris non erit in te deus recens
neque adorabis deum alienum. id est audi populus meus cui specialem
legem dedi in monte Synai contestabor te id est ero contra te testis sic
et iudex si legem meam transgressus fueris sed si audieris me obedi
endo ei quod dixi tibi in datione legis Exo xx non habebis deos a-
lienos coram me / non erit in te deus recens id est nulla creatura natu-
ralis uel artificialis facta erit a te pro deo reputata / omnis enim creatura est
in tempore facta et recens est respectu eternitatis neque adorabis deum
alienum Exo xx non adorabis ea neque coles ego enim sum dominus
deus tuus qui eduxi te de terra egipti / Alia lectura sic hic ponitur malorum
arguitio uel ad xiii conuertamur Et dicit audi populus meus cui specialem
legem dedi et ab aliis gentibus separaui audi primum precepta disciplinae
diuine Eccl vi audi fili mi disciplinam patris tui / audi doctrinam
regulam vite predicatam Eccl vi Si dilexeris id est dilexeris au-
dire sapiens eris / et contestabor te id est coram quo dico testibus ero uel
ero testis contra te sic et iudex si legem meam transgressus fueris Ier xxix
Ego sum iudex et testis dicit dominus / israel si me audieris non recedendo
et obediendo / non erit in te id est apud te / deus recens id est nulla creatura natura-
lis uel artificialis facta erit a te pro deo reputata / uel non erit in te
id est apud te deus recens id est nouus a te fabricatus Deut iiii caue
ne quando obliuiscaris domini dei tui et facias tibi sculptam similitudinem
neque adorabis deum alienum ab aliena gente sumptum uel quem ali-
ena gens colit Gen xxxv abicite deos alienos de medio
vestri Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egipti
dilata os tuum et adimplebo illud Ad literam ego enim sum et non
alius licet sic dixisti de vitulo Exo xxxii isti sunt dii tui israel
qui te eduxerunt de terra egipti / dilata os id est aperi os tuum ad pe-
tendum et utilia / et implebo illud dando peticionem tuam si tamen so-
lum me deum tuum recognoueris Alia lectura sic hic ponitur beneficiorum com-
memoratio quasi dicat audire debes quia ego enim sum et non alius uerissimo modo essendi
quod omnino est immutabile Exo iii Ego sum qui sum / dominus que time-

debes et ei servire et deus a te honorandus, tuus a te amandus qui
eduxi te in multis signis et prodigiis, de terra egypti et domo ser
vitutis deutro. v. Ego sum deus tuus qui eduxi te etc. dilata .i. aperi
os tuum ad confitendum peccata tua ad laudandum deum et ad confunde
dum inimicum ps. Cor. iio. Os dilatatum est os meum sicut inimicos meos
vel dilata .i. aperi os tuum ad petendum utilia, et adimplebo .id
gratiam infundendo in animam interius ita ut redundet in labia ex
terius et dando petitionem tuam Eccl. xv. Implebit eum dominus spiritu sapie
ntie ordo bonus et congruus quia prius dicit eduxi de egypto .i. ut eva
cuetur cor a culpa et post dilatatur ut impleatur gratia Et non au
divit populus meus vocem meam et israel non intendit mihi ad litteram et non
audivit vocem meam ei obediendo, et israel non fecit mandata mea perpendendo
in quo apparet maxima ingratitudo Alia lectio sic exponitur propter contempta ad
monitionis et inobedientie iudeorum Et dicit populus meus cui tot beneficia
contuli, non audivit vocem meam et non obedivit mandatis meis
Ier. v. locutus sum ad vos de mane consurgens et non audistis vo
cem meam Exemplum magnum nobile primum quo angelus celum, homo
paradisum, Saul regnum, Salomon amorem perdidit domini, populus potest dici
quo ad minores et israel quo ad maiores, non intendit michi
tanto benefactori et tam sed mandata mea perpendit (?) Zach. viio
noluerunt attendere et averterunt scapulas Et dimisi eos secundum
desideria cordis eorum ibunt in adinventionibus suis ad litteram exponitur
ingratis pena, pro subtractione gratie spiritualis Et dicit et dimisi eos
subtrahendo ab eis meam gratiam a peccatis consumande, secundum desideria cor
dis eorum .i. secundum inclinationem fomitis, ibunt in adinventionibus suis .i. in
peccatis enormibus ab ipsis inventis Alia lectio sic exponitur propter pena
pro contemptu et pro inobedientia scilicet subtractio gratie divine Et dicit non audi
erunt vocem meam et ideo dimisi eos gratiam subtrahendo consumandi
a peccatis, secundum desideria cordis eorum .i. secundum inclinationem fomitis vel carna
lia desideria ut non refrenarent ea Ro. pmo propter quod tradidit illos
deus in desideria cordis eorum 2 Pe. 2o obsecro vos abstinere a
carnalibus desideriis que militant adversus animam Sic autem peccatorem
dimittere magis est ira dei Augustinus magis est ira, peccantes non cor
rigere non flagellare eis delinquentibus signum malum est cum infirmus
dimittitur voluntati sue, ibunt .i. vivent sic dimissi, in adinven
tionibus suis .i. in peccatis que non sunt a deo facta vel creata, sed con
tra deum a dyabolo et ab homine sunt inventa Ysa. 3. adinventiones eorum
contra dominum Si populus meus audisset me israel si in viis meis
ambulasset ad litteram hic ponitur secunda pena scilicet subtractio subsidii
temporalis cum dicit si populus meus scilicet israel quem redemi de egypto, au
divisset me in obediendo, israel si in viis meis ambulasset preceptis
meis obsequendo que sunt vie perveniendi ad beatitudinem Math.
xix si vis vitam ingredi serva mandata Alia lectio sic exponitur ostendit
amissionem boni quod debuerat habere si obedivisset deo et dicit si
populus meus quo ad minores quos eduxi de egipto, audivisset
me in obediendo Baruch iii audi israel mandata dei et israel

quo ad maiores / si in viis meis ambulasset propter mea per
suadendo que sunt vie perveniendi ad beatitudinem Eccl xix si vis vitam
ingredi serva mandata Baruch iii si in mandatis meis ambulasses
habitasses in pace super terram Pro nihilo forsitan inimicos eorum
humiliassem et super tribulantes eos misissem manum meam ad l.
pro nihilo i. gratis forsitan inimicos eorum humiliasse eos ad nihilum
deducendo Et dicit forsitan non propter mutabilitatem divine voluntatis que est im
mutabilis sed propter mutabilitatem hominis de bono in malum propter quod frequenter
impeditur divine promissionis effectus qui est sub conditione si ipse perseveret
in bono / et super tribulantes eos misisse manum meam eos insi
ciendo sicut feci pharaonem in mari rubro quia subsidia non feci eis
propter eorum ingratitudinem de preteritis beneficiis Aliter legitur sic exponitur per de se
bonis quod perdiderunt per inobedientiam Et dicit si in viis meis ambulasset
pro nihilo i. gratis inimicos eorum qui oderunt eos in corde / humi
liassem i. deiecissem usque ad nihilum deducendo Ezech xxviii
ad nihilum redigam te et non eris / forsitan i. si non fuisset mu
tatio de bono in malum / Unde dicit forsitan non propter mutabilitatem divine
voluntatis sed propter mutabilitatem hominis de bono in malum Vel dicit forsitan
non dubitative sed ironice ut dicit Ieronimus / et super tribulantes eos quod
noceret eis opere / misisse manum meam eos tribulando et vindictam
faciendo Exo xv extendisti manum tuam et devoravit eos terra
Zacharie pro affliget affligentes vos et contumeliam facientes in super
bia Inimici domini mentiti sunt ei et erit tempus eorum in secula ad l.
exponitur per eternam penam in inferno supplicium eternalis Et dicit inimici
domini mentiti sunt ei / isti sunt perversi iudei qui promiserant observare
legem dei Exo xxiiii dicentes omnia que mandavit dominus faciemus et erimus
obedientes / et tamen cito transgressi sunt et mentiti vitulum conflatilem
adorantes Exo xxxii et erit tempus eorum in secula i. tempus punitionis
quia pro peccato quod hic fuit in parte fuit punitum / tamen adhuc servatur puni
tio in futurum sicut quod dixit deus moysi ego autem in die ultionis
visitabo hoc peccatum eorum Aliter legitur sic exponitur per prelatos et bonos de
structos Et dicit si populus meus audivisset me humiliasse inimicos eorum
sed quia non sunt inimici domini Iaco iiii quicumque voluit amicus esse huius
mundi inimicus dei constituitur / mentiti sunt ei sicut iudei qui promiserant
observare legem dei et tamen cito transgressi sunt / et ita quidam mentiuntur
verbo qui loquuntur contra mentem quidam signo quia pretendunt quod non
sunt ut ypocrite quidam facto quia promissa non implent sed recedunt
a promissis ut in baptismo in prima in religione Act v cur temptavit
satan cor tuum mentiri te spiritui sancto ps filii alieni i. alie
nati mentiti sunt / et erit tempus eorum in quo punientur / in secula s. eterna
Ysa ult vermis eorum non morietur et ignis non extinguetur Sed contra
Apoc x iurat per viventem in secula seculorum quia tempus amplius non erit
Respondetur tempus non erit ut est mensura motus primi mobilis ad ge
nerationem et corruptionem rerum ordinatum sed erit tempus ut est duratio
sine mensura mutationis sive varietatis que erit in penis Iob
xxiiii Ibunt ab aquis nivium ad calorem nimium Et cibavit

eos ex adipe frumenti et de petra melle saturavit eos Ad litteram
i pane facto de simila tritici quod non obstante dicta tussis Moyses introduxit
duxit populum in terram promissionis tritico habundantem et de petra melle
saturavit eos quia apes mellificabant in rupibus terre promissionis
ubi habundavit melle Ubi et terra dicitur manans melle Exo iii Aliter
sic exponitur post aggravacionem preceptum propter recordacionem beneficiorum scilicet man-
ne in cibum et aque in potum Et dicit inimici domini mentiti sunt ei, tamen ipse
deus cibavit id est cibaverat eos ex adipe frumenti id est manna quod ita delica-
tum et sapidum erat sicut adeps frumenti Exo xvi et de petra melle
saturavit eos id est aqua dulcissima et suavi sicut mel profluente de petra
Exo xvii Vel post exitum de Egipto terra scilicet promissionis in qua induxit
eos que habundavit triticis delicatis et melle intantum ut de rupibus
videretur affluere in quibus mellificabant apes Deutero xxxii constituit
eum super excelsam terram ut comederet fructum agrorum et sugeret mel de
petra oleumque de saxo durissimo Spiritualiter hic instruit sacerdotibus
et theologis sacerdotes enim cibat de corpore suo sub specie frumenti in altari
hec ex adipe frumenti saciat Scolares saciat melle dulcissime
sapientie Prover xxv fili mel invenisti comede quantum sufficit id est sapientia
profluit de petra Christo prima Corinth x petra autem erat Christus in ipso sunt omnes
thesauri sapientie dei

Deus stetit in sinagoga deorum in medio autem eorum deos
diiudicat Ad litteram titulus in hebreo et in translatione Iero psalmus
asaph Glosa psalmus asaph fecit hunc psalmum contra principes iu-
dices arguens eorum nequiciam et petens super hoc divinam
iusticiam et lineam equitatis eos reducere Et dicit deus ste-
tit in sinagoga id est in congregacione deorum id est iudicum Exo xx
secundo ad deos utriusque causa perveniet id est ad iudices et dicit deus stare
in congregacione iudicum quia stare videtur et attendere facta et dicta eorum ideo
subditur in medio autem deos diiudicat id est discernit utrum iudices iuste
vel iniuste iudicent Aliter le sic In priore viii psalmum invitat bonos ut
concepti fervens in Christo dicite nunc in Christo contemplentur scilicet divina et
humana Cui consonat titulus qui talis est psalmus ipsi asaph id est huic psalmus
quem ipsi asaph id est congregacioni fidelium super contemplandis de confusione
iudeorum propter excecationem et obstinacionem ipsorum Glosa eius excecatio et
obduracio iudeorum circa Christum Intencio confundere iudeos ut relicta
excecacione et obduracione eorum cognoscant Christum verum deum et hominem
Et dividitur psalmus in duas partes excecacio sinagoge 2o imprecacio penne ibi Exurge
deus psalmus prodiit Christi primam in medio sinagoge Et dicit deus filius ipse
stetit persona et primam id est in sinagoga id est in congregacione deorum id est ma-
iorum iudeorum qui dicunt dii quadam adopcionis prerogativa vel in sinagoga
deorum id est maiorum iudeorum et platorum qui debent esse tamquam dii conformes
per sanctam vitam et graciam deo quibus Exo xxii diis non detrahes id est congrega-
tione deorum id est iudicum Io i medius vestrum stetit quem vos nescitis
In medio autem eorum diiudicat deos id est platos quosdam faciens vasa
glorie in honore alios vasa indignitate in contumeliam vel diiudicat
deos id est iudices discernit utrum iuste vel iniuste iudicent Io ix Ego veni
in mundum ut qui videt non videat et qui non vident videant Iubent autem
deus est in medio deorum id est hominum bona habentibus deo servium Chat xviii

vbi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo etc. Usque iudicatis iniquitatem
et facies peccatorum sumitis. ad literam usque iudicatis etc. iustificantes per
iniquitatem propter munera vel favorem et facies peccatorum sumitis i. personas
malorum propter eorum potentiam vel alia acceptatis. alia lectio sic hic increpat
pater iniquum iudicium iudeorum iudicantium Christum puerum hominem et dicit
vos iudices populi usque iudicatis iniquitatem iustificantes iniquum propter
munera vel favorem etc. vel iudicatis iniquitatem dicentes Christum hominem
et non deum quod iniquum. ysa v. Expectavi ut faceret iudicium et ecce i
iniquitas. et vos iudices facies peccatorum sumitis i. personas malorum
propter eorum potentiam vel propter alia acceptatis. vel sumitis facies i. similia peccata
malorum vestrorum quos imitamini in persecutione Christi. Eccl. iiii ne accipies
faciem contra faciem tuam. ps. filii hominum usque gravi corde ut etc.
Iudicate egeno et pupillo humilem et pauperem iustificate. ad
literam iudicate egeno et pupillo eius iusticiam declarando. humilem et pau
perem iustificate i. sua iusticia conservate. alia lectio sic hic monet ad
iuste iudicandum et dicit iudicate egeno et pupillo i. iusticiam eis
si facite. humilem et pauperem iustificate i. iustos declarate. vel sic
iudicate ad honorem Christi egeno propter nos facto. ii. Cor viii cum
dives esset in omnibus pro nobis factus est egenus. et pupillo i. ipsi Christo qui
in terris sine patre parvulus natus est ex matre. Exo 22 pupillo non
nocebitis. sed ysa primo dicit pupillo non iudicant et causa vidue i. ecclesie
non ingreditur ad eos. humilem Christum spiritu. Mat xi discite a me quia
mitis sum et humilis. et pauperem rebus temporalibus. luc ix vulpes fove
as habent etc. iustificate i. iustum dicite et aliis predicate. Ier xxiii hoc
est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster. Eripite pauperem et egenum
de manu peccatoris liberate. ad literam eripite pauperem de manu divitis
et egenum de manu peccatoris liberate qui eum calumpniatur iniuste. alia
lectio sic hic monet ad compassionem Christi et dicit eripite pauperem
Christum a flagellatione et a morte. prov xxiiii Erue eos qui ducuntur
ad mortem. Iob xxxi Eripite pauperem de angustia. et Christum egenum
liberate de manu peccatoris Christum crucifigentis. Eccl iiii libera eum
qui iniuriam patitur de manu superbi. Spiritualiter sic debent facere
iudices et prelati s. iuste iudicare pauperes et egenos liberare ab
hiis qui eis faciunt iniuriam. sed heu dicitur dan xiii a senioribus egres
sa est iniquitas. Nescierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant
movebuntur omnia fundamenta terre. ad literam nescierunt neque intellexerunt
s. illa facere non propter ignoranciam legis sed propter errorem electionis
quia ignorat omnis malus. iii ethicorum quia omnis ille qui peccat ex electione scienter [?]
ignorat quod illud male sit dimittendum ne perdat aliquo bono apparenti
quod eligit ex perversa affectione Christum ad hoc inclinante. In te
nebris ambulant quia perversitas affectus inducit tenebras intellectui.
movebuntur omnia fundamenta terre in finali iudicio in quo ista perversa ad
debitum ordinem iusticie reducentur. alia lectio sic hic populi synagoge
excecate ignorancia. et dicit deus filius hominis stetit in synagoga deorum
et ipsi excecati malicia nescierunt eum esse verum deum et redemptorem
suum. i. Cor ii si enim cognovissent numquam deum glorie crucifixissent.
neque intellexerunt legem et misteria [?] sensum scripture noluerunt credere.

ysa xxxxiiij nesciet neq intellexert oblita sut ut no videant
ocu' eo\4 in tenebris ambulant i in obstinacione culpe e affixus coru
Jo xij qui ambulat in tenebris nescit quo vadit · et ita veritate nesci-
ut doctrinaz contempnunt · in pfidia indurati sut · mouebunt oia funda-
menta tre qr xpo moriente terra mota et petre scisse sut q compacie-
bes creatori Math xxvij Judei aut hoc videntes nec in eu crediderunt
nec compassi sut · ut fundamta tre i corda gentiliu mouebuntur ad primaz
et fidem iudeis in pfidia pmanentibus Job ix qui commouet terra
de loco suo Ego dixi dij estis et filij excelsi omnes Alia litera dij
estis scilicet pticipatione eo qr iudices ex officio sut executores diuine
iusticie · et filij excelsi oes inquantu ad ymaginem eius sut facti Alia
le sic hic increpat iudeos qr no receperunt veritatem quia xps eis p-
dicauit oms eo\4 dignitatem et dicit minitas psona Ego dixi vos
homines scilicet et ut oibus generale dij estis scilicet participatione eo qr iudi-
ces sut executores diuine iustitie · ut dij estis i conformes deo p
gratie adoptionem Jo x si illos dixit deos ad quos sermo dei factus e
et filij excelsi oes · i ad ymaginem dei excelsi facti · ut filij excelsi
omnes i adoptati i filios dei altissimi credentes in noie eius Unde
adoptati estis in filios dei Jo primo dedit eis potestatem filios dei fi-
eri hiis qui credunt in noie eius · sed heu dicit ysa primo filios enutriui
et exaltaui ipsi aut spreuert me Uos aut sic homines morie-
mini et sic vnus de principibus cadetis qd licet qr ptas vra no
psuadebit vos a morte · et sic vnus de principibus i de angelis supe-
rbientibus cadetis in fouea iehenne · si equitatem diuine fine Alia
le sic hic tangit eo\4 miseriam p9 dignitate scilicet morte tpale et etiam
et dicit dixi qr estis sicut dij vos aut morieni morte temporali et mor-
te culpe sic pri parentes qr ptas vra no psuadebit vos a mor-
te na homines estis pri Cor iij° nonne tales estis nonne homines
est Etiam morieni morte culpe Jo viij In peccatis vris moriemini
et cadetis in infernu · sic vnus de principibus i demonibus vnde cum pa-
uli demones duces principes qr malis hominibus principantur Jo xiiij
venit princeps huius mundi et in me no ht quicquam Ephes vi no e nobis
colluctatio aduersus carnem et sanguinem si aduersus principes tenebra-
rum harum tendentes · sicut Luc x videbam sathanam qi fulgur de celo caden-
tem · et principibus Alia litera Eccl x ois potentatus breuis vita Ecclesiastici
xviij sili pena sing cu dno afflictus e Exurge deus iudica
terram qr tu hereditabis in oibus gentibus Alia litera Exurge deus adiu-
dicandu iudica terram i habitantes in terra gnaliter qr tu hereditabis
qr fiali iudicio parato oes electi eru subiecti ordinatim sine mine im-
mobile et reprobi ordi sue iustitie Alia le sic hic ponit propheta\4
ipsi ad iudiciu et dicit Exurge deus scilicet ad iudicandu properando et
iudica i iudicabis terra i habitantes in terra reddens vnicuiq fi opera
sua · ut iudica terraz · i iudea condempnando ysaias cu surrexerit dns
pcutiet terram · qm iudeis expulsis seu abiectis hereditabis i omnibus
gentibus · i in oi gne gentium Malachi primo In oi loco sacrificatur et
offertur oblacio munda noi meo qr nom meu magnu e i gentibus
vel sic hereditabis i oibus gentibus · i damnabis de oi gente das heredi-
tate etnaz q · d · no ppt hoc remanebit vacua si iudeos repulere

hebr. ix repromissionem accipient qui vocati sunt hereditatis eterne. lxxxii
Deus quis similis erit tibi ne taceas neque compescaris deus
ad literam titulus in hebr. canticum psalmi asaph. Glosa hoc psalmi
quidam dicunt quod asaph fecit hunc psalmum contra hostes invade
ntes terram et populum iudeorum et loquitur de hostibus futuris scilicet contra
senacherib et eius exercitum quod plures psalmi sunt facti de eadem re
et david propheta deprecando narrat hostium malitiam hoc contra
eos implorat divinam iusticiam ibi facias illis propheta dicit deus quis similis erit tibi
quasi diceret deorum gentium quos destruxit senacherib non erunt similes tibi. ysaie
xxxvii. non enim erant dii hostium sed opera manuum hominum. et subditur ne
taceas id est ne dissimules iniuriam hostium nostrorum qui expugnant te deri
dendum sicut deos suos. neque compescaris deus id est ne retineare amplius ab il
latione vindicte. Alia littera sic. hic agit de nequicia malorum et persecutione
bonorum et tamen de ultione super quo erit bonis leticia. cui consonat titulus
qui est talis canticum psalmi asaph id est canticum huius psalmi est cantandum asaph
id est congregacioni iustorum propter ultionem inimicorum suorum que ibi continetur. Glosa psalmi
est ultio accepitanda de persecutoribus iustorum de tribus hereticis et filiis
suis. Intentio est movere ut mali a bonorum persecutione desistant et
boni in persecutione paciam habeant. Et dividitur quia propheta imprecando primo descri
bit eorum maliciam contra sanctos secundo dictat penam quam merentur ibi facias
illis sicut madian. Et dicit deus quis et tremende quis similis erit tibi. inter
omnes homines et deos ad iudicium venientes quasi dicat nullus similis est tibi in for
titudine in potestate sapientia et dignitate Exo. xv. quis similis tui in fortibus domine
Augustinus misisti in humilitate filium esse voluisti eum in manibus latronibus tecum
crucifixisti sed in claritate cum veniet quis erit similis tibi non est similis
in sapientia et discussione eorum que ad iudicem pertinent. ne taceas id est non
dissimulabis eorum nequicias sicut facit ille qui tacuit quod diu et satis tacui
sicut. ysaie xlii. silui sed tacui sicut parturiens loquar. Albertus propheta quare ta
ces in prio consultate iusticie te. neque compescaris id est mitigeris refre
nando te. unde alia littera habet non mitigeris vel mitescas. vel sic ne ta
ceas id est ne dissimules iniuriam ab hostibus meis illatam. neque compescaris
deus id est ne retineare amplius ab illatione vindicte. vel potest exponi in
bono sic. Ne taceas a docendo ysaie xxx. non faciet ultra avolare
a te doctorem tuum. neque compescaris a flagellando peccatores in presenti
Augustinus hic vere sic serva ut in futuro parcas. ut sic per doctrinam illuminetur
intellectus. et per flagella humilietur affectus. Iere. x. Corripe me domine verum
tamen in iudicio et non in furore. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt et qui oderunt
extulerunt caput. Ad literam hic ponit causam ultionis. Et dicit quoniam ecce
inimici tui qui volunt destruere locum cultus tui. sonuerunt id est ad sonitum cum
fremitu armorum et sonitu tubarum venerunt. extulerunt caput contra
te superbientes. unde dixit senacherib ad ezechiam non seducat te
deus tuus. iiii. regum xix. Alia littera sic hic dicit eorum maliciam in deum et
in dei populum quod doctrinam christi et eius abierunt. Et dicit ne taceas deus
quoniam ecce id est aperte. sonuerunt id est conduxerunt vitam in ecclesia te predicante
ysaie xvii. ve multitudini populorum multorum et multitudini maris sonantis et
tumultus turbarum sicut sonitus aquarum multarum. et qui oderunt non dilexerunt
te. Ioh. xv. nolite mirari si odit vos mundus quoniam me priorem odio
habuit. extulerunt caput suum contra te superbientes. vel extulerunt

caput ·i· antixpm dicentes et predicantes xpm ee deu Dan xi e:
levabit et magnificabit adversus omnem deu et adversus deu deor loqu
et maledictum caput Abak iii maledixisti capiti bella eius
Sicut populum tuum malignaverunt consilium et cogitaverunt adversus sanctos tuos
ad litteram sicut populum tuum etc ut exercitus senacherib contra populum dei
et templum et cogi advo sanctos tuos ·i· sacerdotes et levitas tuo cultui
deputatos sicut rex incitante duce ste eo qd sunt dmo cultui depu-
tate ut rasa vestes et hs Alle le sic hic ostendit malicia eor ·i· populum
dei et ostendit qui oderunt te deus extulerunt caput et sic populum tuum mali-
gnaverunt ·i· malum cogitaverunt malum ad opprimendum eum sicut qui-
dam gentiles contra iudeos sicut mo infideles et demones contra nos
rands Jo vlt totus mundus in maligno ·i· ·i· malo igne positus est
no e horrible si ignis e in domo sed si domus e i igne hoc
esset horribile et cogitaverunt adversus sanctos tuos apostolos nuces pre-
dicatores sacerdotes cultui dmo deputatos ut eos destruerent etc
Tren iii vidisti cogitaciones eor adversum me. Dixerunt venite
disperdamus eos de gente et non memoretur nomen israel vlt ad litteram
dixerunt ad invicem mutuo se exhortantes venite et disperdamus eos
de gente ·i· sic deleamus eos quod non permaneat eius genus memoria
Alle le sic hic ostendit malicia qua ore expresserunt quod cogitaverunt prius
in corde et ut dixerunt ore mutuo se adhortando venite ·i· una-
niter predamus et disperdamus eos et sanctos dei de gente ·i· de sua ha-
bitacione ut non sint inter gentes. hec e invitacio dyabolica Sap ii
dixerunt impii venite circumveniamus iustum. prov i venite insidiemur
sanguini et non memoretur nomen israel ·i· populi fidelis vel viri iusti vi-
dentis deum per fidem Je xi eradicemus eum de terra et non eius non
memoretur amplius. tales sunt sicut buffo qui non potest sustinere odo-
rem vinee florentis Qm cogitaverunt unanimiter sic adversum te
testamentum disposuerunt thabernacula ydumeorum et hysmahelite
ad litteram qui cogi ·v· ·i· concordiunt in malo simul adversum te testatu
·i· pactum firmum ad destruendum terram et templum cultus tui. dispo-
suerunt ·i· firmiter statuerunt et qui fuerunt isti ipse subdit quod thabernacula
ydumeorum ·i· habitantes in thabernaculis ydumeorum et isti descenderunt
ab ezau qui alio nomine vocatus e edom et sicut iste odiebat
iacob fratrem suum querens occidere eum Gen xxvii sic ydumei de-
scendentes ab eo odiebant filios israel descendentes a iacob et ysma-
helite. isti descenderunt ab ysmahele filio abrahe Gen xvi et
odiebant filios israel qui descenderunt de ysaac sicut ysmahel persequebatur
ysaac Gen iiii Alle le sic hic ostendit concordia eor in malum et
qui cogitaverunt unanimes deliberando unanimiter ·i· uno animo et vo-
luntate. simul ·i· ad invicem congregati Dan ult congregati sunt babilo-
nii ad regem et dixerunt trade nobis danielem Job xl nervi testiculorum
lewiathan ·i· illi per quos dyabolus generat perplexi sunt Ecc ix infelix
populus qui non habet tantam in bono concordiam contra mali in malo
via enim sustinent mali discrimina ut suas impleant voluntates
adversum te. hic tangit undecim gentes xi vicia designantes adver-
sum te thabernacula ydumeorum ·i· ydumei habitantes in thab lib

quorum pater fuit edom i esau & ysmahelite i ab ysmahel descendentes disposuerunt i indissolubiliter ordinauerunt & firmiter statuerunt
sic testamentum aduersus te quiritando Tabernacula ydumeorum interpretatur sanguineus
et significat iracundos & homicidas qui sunt sanguinis effusores & his
comminatur dominus tamquam inimicis ysa xxxiiii Ecce super ydumeam descendet gladius & super populum interfectionis Item de ysmahel dicitur Gen xvi
manus eius contra omnes & manus omnium contra eum talis sunt scismatici & rebelles ysmahel interpretatur obediens sibi & significat gulosos qui obediunt ventri suo philip iiii quorum deus venter est sic dicit Iob tabernacula
impiorum non subsistet Moab et agarrem gebal amon amalech alienigene cum habitantibus tyri Ad literam moab fuit filius
loth & similiter amon qui peperit ea post Gen xix & ab istis denominati sunt
duo populi moabite & amonite & isti odiebant filios israel imponentes licet falso quod tulisset terram terre ipsorum cum ascenderunt de egipto
Iudicum xi & agarrem isti fuerunt filii cethure que alio nomine dicta
est agar Gen xxv & isti odiebant filios israel sicut ysmahelite
fratres sui gebal de isto non habetur clare origo nisi forte fuit sebal
filius seir horrei Gen xxxvi nomina enim hebrea aliquando sic variantur a parte principii sicut & latina michahelem enim & micolonge sibi
idem non variatum tamen a parte principii isti ergo descendentes de sebal fuerunt molesti filiis israel sicut & ydumee habitatores montis
seyr & amalech populus iste odiebat filios israel et pro impugnauit
eos in deserto cum ascenderunt de egipto Exo xvii alienigene in
hebreo habetur philistei quod multum fuerunt infesti iudeis cum habitantibus tyri Licet enim habitatores tyri fuerunt confederati iudeis tempore salomonis & hiram rege tyri iii Reg v tamen postea fuerunt eis inimici et
omnes isti populi habitabant in circuitu terre filiorum israel & incitauerunt senacherib regem assiriorum ad veniendum contra regnum iude
tempore ezechie combustione promittente Alie lere sic habent et alia gentes que impugnabant filios israel & dicit isti scilicet moab & agarrem i populus qui descendit
de agar fuerunt cum ydumeis & ysmahelitis in concordia malorum
contra iudeos gebal i populus qui descendit de seyr amon filius loth
de filia minore & significat populum qui descendit de moab amalech fuit
filius eliaphath a quo descendit populus amalechitarum alienigene
i philistei Secundum glossam cum habitantibus tyri qui fuerunt vicini iudeorum iste
gentes & alie infra scripte impugnabant populum dei sic viciata designata
per nomina istarum gentium impugnant deum Vnde per moab continetur ex
patre sumitur habetur quibus apostolus dicit Io viii vos ex patre diabolo estis
& maxime quod omnes sunt superbi sicut moab superbus fuit ysa xvi moab
superbus est valde Item moab ex adulterio fuit natus sic habetur secundum ex
adulterio & non ex virtute scripture ii Cor iiii non sugo sic plurimum adulterantes verbum dei Agarrem de agar descendentes interpretatur substitutes festa & significat ociosos & pigros qui adinuenerunt festa ut
in eis vacent non contemplacioni sed ludis & recreacionibus & ebrietatibus
ysa primo festiuitates vestras non feram gebal ad literam quis fuit iste
populus uel persona non recolo me legisse gebal secundum glossam interpretatur vallis
vana & significat ypocritas qui vane humiliantur Eccli xix Est qui
nequiter se humiliat & interiora eius plena sunt dolo Amon populus

qui descendit de loth p filiam maiorem Gen xix amon interpretatur
ptus turbidus et significat iracundos et pacis turbatores prov xxviii
vir iracundus suscitat rixas Amalech interpretatur terram lingens et sig
nificat avaros cupidos vel lingent pulverem sicut serpens ps inimi
cus terram lingent Philistei sicut glo interpretatur potione cadentes et tales sunt
ebriosos qui nimia potatione et spiritualiter et corporaliter cadunt luc xxi
videte ne corda vestra graventur crapula et ebrietate Tirus interpretatur
angustia vel habitantes tirum sunt invidos qui de bonis aliorum
angustiantur Ezech xxviii dicitur de tiro vers auster in prosperitas aliorum
confluit te et invidus alterius rebus marcescit opimis Etenim as
sur venit cum illis hic sunt in adiutorium filiis loth ad litteram
hoc non dicitur eo quod filii loth essent principales in illo exercitu sed se
nacherib rex assiriorum ut dictum est sed hic dictum est de filiis loth
eo quod ipsi vendicabant sibi in aliqua parte terre ut predictum est et sic
ille exercitus faciebat quoddam adiutorium talis sensus
excitat alias gentes impugnantes populum dei et dicit etenim assur in
nabuchodonosor cum suo exercitu venit ad faciendum id pessimum consilium
populum dei iste assur fuit inimicus populo dei et ipsum destruxit im
mo fuit caput omnium aliorum in destruendo scilicet ipse nabuchodonosor
de quo ysa x ve assur virga furoris mei et baculus in manu mea
assur interpretatur tollens robustum vel tollens affectatus et significat
luxuriam que fortes emollit et enervat sicut sampsonem david
salomonem interpretatur etiam vilitas quod luxuria homines viles reddit Ecci
mulier fornicaria quasi stercus in via conculcabitur hii sunt in adiutorium
filiis loth in populis descendentibus de moab et amon quod fuerunt filii
loth ad impugnandum populum dei loth interpretatur declinans et sunt apostotas
declinantes ab eo quod promiserunt ps declinantes autem in obligationes ad
interpretatur etiam conclusus et sunt desperantes qui a demonibus sunt conclusi
ps per conclusisti me in manibus inimici Et nota quod tangit hic undecim
genera malorum ut ostendit eos transgressores transgressionis enim mise
undenarius quia enim excedit a decalogo Isti volentes ad bellum
contra sanctos habent pictas ymagines in vexillis et scutis heretici ymagi
ne lupi qui nocent agnis Scismatici bubonis quam aves ob
invadunt superbi unicornis pigri glirus quod est vel dormiens per
totum mensem ypocrite scorpionis qui blandiuntur facie et pungunt
cauda iracundi leonis avari talpe gulosi porci invidi ca
de qua dicitur quod fetibus suis invidet luxuriosi asini vel hirci ap
postate avis volantis desperantes hominis serpentibus laqueo suspensi
Fac illis sicut madian et zizare et sicut yabin in torrente cison
ad literam facit ille de quos miraculose debellat deus per baracum
iudic iiii in torrente cison ubi bellum fuit apud illum torrentem
et multi fuerunt ibi submersi deutro v torrens cison traxit cadavera
eorum talis sensus sic hic imprecando prophetat penas eorum qui persecuti sunt sanctos
Et dicit quod assur venit cum aliis contra te et contra tuos fideles fac
ergo eis sicut fecisti madian que per gedeone destruxisti iudic
vii et sicut fecisti zizare quem yahel potatum lacte clavo transfixit
in capite iudic iiii et sicut fecisti yabin in torrente cison ubi

bellum fuit prope illum torrentem et multi sunt ibi sub mersi Iudic. iiii
Nota madian interpretatur iudicium siue declinans iudicium et significat
malos aduocatos qui contradicunt veritati et iudicium declinant causas
protrahendo Ysa. xi. Tribuit qui condiunt tibi quercus eos et non in-
venies viros rebelles Zizara interpretatur exclusio gaudii et significat
ypocritas qui tristes sunt Mat. vi. nolite fieri sicut ypocrite tristes Iabin
Iabin interpretatur sapiens et significat sapientes mundi de quorum sapientia
pa Cor. iii. sapientia huius mundi stultitia est apud deum Cison interpretatur
letificatio et significat temporalium habundanciam que letificat Iabin quamuis
cito transeat sicut torrens sicut patet in diuite epulone Luc. xvi. Est ergo
sensus fac illis sicut perfidis aduocatis ypocritis et prauis astutis
Disperierunt in endor sicut sunt ut stercus terre ad literam Endor
est proprium nomen loci vbi fuit illa mulier phitonissa quam consuluit
Saul pri. Re. xxviii. et bellum ibi fuit prope endor sicut sunt ut stercus terre
quia cadauera eorum remanserunt super terram insepulta Aliter le. sic hic ostendit
eorum penam et locum puniciones Et dicit sic ut sicut madian etc. non dis-
perierunt in endor qui est fons a quo cison torrens descendit Iudic.
v. torrens cison traxit cadauera mortuorum Endor interpretatur fons
generacionis et significat luxuriam qua perierunt multi Gen. vi. propter speciem
mulieris multi perierunt sicut sunt ut stercus terre id est putridi et fetidi et concul-
cati Ie. viii. erunt sicut sterquilinium super faciem terre erunt Ysa. vi. sicut fe-
mortinamina eorum sicut stercus in medio eorum Pone principes eorum
sicut oreb et zeb et zebee et salmana Ad literam istos debellauit
dominus miraculose per gedeonem et per trecentos viros cum eo Iudic. vii
Aliter le. sic hic probat penam istorum principum Et dicit pone principes
eorum id est principaliores inter eos sicut oreb et zeb et salmana quos debel-
lauit dominus miraculose per gedeonem et per trecentos viros qui fuerunt cum
gedeone Iudic. vii. Oreb interpretatur coruus et significat loquaces gar-
rulos pri. Re. ii. nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes Zeb inter-
pretatur lupus et significat rapaces Ezech. xxii. principes eius quasi lupi
rapientes Zebee interpretatur victima et significat illos qui de bonis quod ra-
piunt deum placare intendunt contra id Eccl. xxxiv. qui offert victimam
de substancia pauperis quasi qui ymolat filium in conspectu patris Salmana
interpretatur umbra commocionis et significat instabiles qui mouentur sicut
umbra Iob. xiv. qui aut fugit velut umbra et fluctui maris qui a vento mo-
uetur Iac. i. Per eciam ipsorum intelligatur consummatus et significat contemptores qui in profundo
sunt viciorum Prou. xviii. peccator cum in profundum venerit contempnit Est er-
go sensus fac principibus eorum sicut loquacibus rapacibus de rapina
ymolantibus instabilibus et contempnentibus Omnes principes eorum
qui dixerunt hereditate possideamus sanctuarium dei Ad literam omnes principes eorum
id est populorum supradictorum mediatorum qui dixerunt hereditate possideamus sanctuarium
dei id est urbem in qua erat templum dei et per quam tocius terre iudee eius
metropolis erat urbem Aliter le. sic hic colligit omnes in unum Et dicit
pone principes eorum sicut oreb etc. et omnes principes eorum id est populorum supra-
mediatorum pone omnes personam non accipiendo principes personam non
timendo qui dixerunt sese mutuo inuitando possideamus sanctuarium dei
id est urbem et templum dei in hereditatem id est iure hereditario ut numquam dimittamus
nec restituamus hiis ad quos pertinet hoc est contra prelatos mali

qui ecclesiastica beneficia conferunt nepotibus suis quasi vellent ea iure here-
ditario possidere. Abachuc iii. Ve qui edificant syon in sanguinibus. isti
sunt sacerdotes non secundum ordinem melchisedech cuius generatio ignoratur
sed secundum ordinem aaron cui successerunt filii sui. Deus meus pone
illos ut rotam et sicut stipulam ante faciem venti. Ad literam deus meus id est
rotam id est instabiles. Ratio huius dicit quod per rotam hic intelligitur quedam species tri-
buli seu herbe que in siccitate habet quandam speram albam lanugini si-
milem que ad modicum flatum venti dispergitur et disparet et sicut stipu-
la facilis vento resistere non potest et ita sunt facti de exercitu senacherib
quem angelus domini una nocte inuasit. ibi centum octoginta quinque milia
Reg. iiii. xix. Aliter legitur sic. per hoc predixit penam mortis. Qualis hic pena
instabilitatis ut ducatur de loco ad locum et de peccato in peccatum. Et dicit quia
dixerunt possideamus sanctuarium dei. deus meus pone illos ut rotam id est sic
herbam que habet siccitate tamquam speram albam lanugini similem que ad
modicum flatum venti disparet. vel ut sint rotabiles sicut rota ut
continue deuoluetur ex una parte tantum deprimatur ex alia. ps. lxx
xxv. quasi murorum tuorum rotabis quasi virgam et tribulo fuit. et sicut stipu-
lam que valde fragilis et debilis est ut nec vento nec igni resistere
possit. ante faciem venti qui repellit eam et agitat de loco ad locum.
Ysa. xi. iuste quasi stipulam auferet eos. Job xxi. erunt quasi palee ante fa-
ciem venti. Sicut ignis qui comburet siluam et sicut flamma combu-
rens montes. Ad literam sicut ignis siluam ex magna potentia. et sicut flamma
comburit montes ex ardoris vehementia. Aliter legitur sic. hic iam agit de pena
eorum eterna. Et dicit deus sic punias eos sicut ignis qui comburet siluam
infructuosam. Ier. xv. Ignis succensus est in furore meo super vos ardebit
et sicut flamma comburit montes usque ad fundamenta. Ysa. xxix. visitabitur
in vorte ignis deuorantis. Deut. xxxii. Ignis succensus est in furore
meo. et montium fundamenta comburet. hoc exponit de orbis reprobis et ce.
Ita persequeris eos in tempestate tua et in ira tua conturbabis eos. Ad l.
ita persequeris quod corpora mortuorum in exercitu senacherib sunt redacta
in cineres ita quod ezechias et viri eius potuerunt colligere spolia absque
aliqua difficultate. Aliter legitur sic. hic tangit tempus afflictionis et modum
Et dicit sicut ignis comburet siluam ita tu deus persequeris vel persequere inse-
quens eos ita quod comprehendas. in tempestate tua id est in iudicio tuo in-
quiete sicut tempestas quia sicut tempestas ex impetu venti et mutari
non potest. sic dies illa super dampnatos. Ysa. xlvii. veniet super te cala-
mitas quam non poteris expiare. et in ira tua id est in effusione ire tue
turbabis eos quia ira eius non placabitur. ira non mitigabitur vindicta non
differetur. Prov. vi. zelus et furor viri non parcet in die vindicte. Iob
v. videbitis turbabitur timore horrido. terre persecutio tollet quietem
tempestas serenitatem. ira concordiam turbatio leticiam. Imple facies
eorum ignominia et querent nomen tuum domine. Ad literam quod hic fuit im-
pletum qui senacherib mane surgens et videns illam pestilentiam
sui exercitus fugit cum pauore ad terram suam confusus. et querent nomen
tuum domine. Hoc non dicitur pro ipso senacherib quod videns illam plagam
diuinitus inflictam non confugit ad dominum per penitentiam sed magis tamquam ydo-
latra persistit adorat in templo mesrach deum suum ut legitur ibidem
Sed hoc dicitur per aliquibus cum eo fugientibus qui considerantes dei ipsi

potenciā exhibuerit sibi reuerenciā. sed senacherib adorabat deū
suū et pmittebat vindicare duos filios suos adrameleth et si-
rasar si posset id periculū euadere quod nulli intelligentes interfecerūt
eū. Reg. iiij. xix. Alr le^r sic hic petit penā ad correctionem et vtilitatem
Et dicit Imple facies eorum. i. corda eorum ignominia. i. erubescencia vel
ignominia vilitatis despectionis et abiectionis. ut non penis et querent penitendo
et obediendo nomen tuum domine. i. xpm filiū tuum. Aug. querent no-
men tuū domine quod suum non quesierunt. Cass. plerique propter obprobriū culpas
corrigunt quas ab omnibus culpari non metuunt sicut rusticus qui noluit obe-
dire nisi verberibus. Anthee in veteres usque in babilone ibique liberat.
Erubescant et conturbentur in seculum seculi confundantur et pereant. Ad literam
hic dicitur de senacherib et omnibus qui eo obstinate. Frequenter enim scriptura
sub eodem contextu de malis transit ad bonos et econtra sic dominus fuit
in primo gen. Alr le^r sic hic petit penā eius eterna si contempnant
correctionem. Et dicit Imple facies eorum confusione pro feditate culpe ut
querant nomen tuum quod si non fecerint tamen erubescant in semetipsis
pro preteritis peccatis et peccandis. Ipsi post erubescere per orationes
quos elegerit. et conturbentur in seculum seculi conseruatur. i. eternaliter
vermis enim cessabit remorsus conscientie in eis. Ysa. vlt. vermis eorum non
morietur. et confundantur a bonis Xristi et electis. Eccl. iiij. est confusio
adducens ignominiam. et pereant in operibus eterne miserie deputati. Ysa.
lx. gens et regnum que non seruierit tibi peribit. Et cognoscant
quia nomen tibi dominus tu solus altissimus in omni terra. Ad literam ut co-
gnoscant per experienciam pene quam infligis quia tu non deus et nulli alii e-
diuinitas attribuenda. Hoc enim demones et dampnati cognoscunt tu
solus altissimus in omni terra quia nulli alii potest competere post iusticia. Alr le^r sic
hic post Ro. petitionibus ne videatur petere mala intencione. Et dicit Eru-
bescant et conturbentur ut cognoscant per experienciam pene quam infligis
quia nomen est deus. experimentum enim est causa noticie. Ezech. xxv. Scient
quia ego dominus cum dedero vindictam super eos. Origenes dixit cum flagella ne-
scio domini et ipse non dimittat sed flagellatus dimisit. et cognoscant
quia tu solus altissimus in omni terra. scilicet in terra mortuorum. i. inferno in terra
morientium. i. mundo in terra viuentium in celo ad quam nos perducat.

lxxxiij.

Quam dilecta thabernacula tua domine virtutum concupiscit et
deficit anima mea in atria domini. Ad literam Titulus in finem
ad victoriam super hagitth filiorum chore sunt actores psalmi
Ysa. Ps. desideria sanctorum adhuc in hac valle miserie de-
gencium perueniendi ad gaudium supernorum. i. eterni quorum
intra finit filii chore spiritum presentem habentes. hagith
vnus. sicut instrumentum ministerii eius apparet tantum hic post
so significat torcular ut supra dictum est. Et diuiditur in duo post omnia quia sup-
na felicitas est super omnia concupiscibilis. non quale hic valeat ea adipisci.
ibi beatus vir post dicit. quam dilecta. i. valde dilecta tabernacula tua domine virtutum
i. angelorum. et dicit tabernacula in plurali propter diuersos bonorum status secundum vita
eorum merita. Jo. xiiij. In domo patris mei mansiones etc. concupiscit et
deficit anima mea in atria domini quia omnis intellectus et affectus hominis exit et in
via deficit a presencia cognicione et dilectione beatitudinis superne. Cor. ij. quod
oculus non vidit et auris non audit etc. Alr le^r sic In primo psalmo
tractauit de pena dampnatorum et amicorum. i. malorum. hic tractat de gloria

vini et olei .i. iustorum qui per torcularia tribulacionum eliquati in ce-
laria celestia sunt recondendi ut sic illorum pena deterreat a malo
sic istorum gloria invitat nos ad bonum cui consonat titulus In fine
pro torcularibus filiis chore ps. et est sensus Iste ps. dirigens nos in
fine xpm vel in fine qui est vita eterna Ro. vi. fine vero vita eterna
ps. iste editus pro torcularibus .i. pro hiis qui patiuntur tribulaciones qui
sunt in ecclesia militante tamquam torcularia separancia vinum ab acino
et oleum ab amurca .i. bonos a malis, in tribulacionibus enim boni per pacienciam
probantur mali per impacienciam reprobantur ps. iste eciam est filiis
chore .i. xpi calvi qui paupertate voluntaria de calvarie et in monte
calvarie crucifixerunt ac per hoc istorum gloria post passiones tribulacionum
primum obtinenda Intencio est inflammare desiderium ad amorem cele-
stium Et dividitur ps. quinque quia gloria que a iustis desideratur .2o. describitur
mediante cuius auxilio obtinetur ibi beatus vir cuius est ps. dicit sic quam dil-
ecta .i. valde dilecta sunt cordibus devotorum et bene dispositorum tabernacula
tua superiores et eterne mansiones Ioh. xiiii In domo patris mei mansi-
ones multe sunt Luc. xvi facite vobis amicos de mamona iniquitatis
ut recipiant vos in eterna tabernacula, domine virtutum .i. super omnes virtutes ce-
lestes terrestres et infernales, vel virtutum angelorum quas nobis in au-
xilium mittis, vel virtutum infusarum quas cordibus meis immittis, anima mea
concupiscit vehementer et deficit pre nimia vehemencia, tendens in
atria domini, R. lxx videns regina sapienciam salomonis et domum quam edifi-
caverat etc. non habebat ultra spiritum. Augustinus deus meus in quo defici-
unt fortes sunt Ideo sunt qui appetunt sed non deficiunt qui celestia
concupiscunt et deficiunt sed aliquis a terrenorum delectacionibus minime laxantur
sed sic qui concupiscunt et deficiunt illi s. qui mundo mortui sunt Nota
dicit tabernacula propter spacio sitatem sed atria propter latitudinem Cor meum
et caro mea exultaverunt in deum vivum Glo. Ieronimi fortes enim motus anime
redundant ad corpus sicut ex magno timore homines infugiendam et pa-
lescunt et ex magna ira calescunt et rubescunt et ideo cum anima fortiter
exultat in deo fit quedam redundancia in sensu corporeo Glo. le. sic
sic ostendit se totaliter desiderare corde et corpore illa tabernacula et dicit ani-
ma concupiscit venire in atria domini, cor meum et caro mea .i. corpus
meum, exultaverunt concordi hirido desiderium, in deum vivum tamquam
in optimum obiectum et per sedulas quas expectat non in delectacionibus carna-
libus non in divicijs temporalibus non in corporis mundialibus que cito transeunt
et qui moriuntur Glo. per ps. exultabunt et letabuntur in te ipsa thessal. vite
teriores et interiores ne videant et aspiciant vanitatem pulcre mulieris vel
lascivia creature allicientes per visum concupiscere. Mat. v. qui viderit mulierem
ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Vivifica me per
tuam gratiam que est vita anime, vel vivifica me in via tua i per christum qui est
via ad te deus. Jo xiiij^o Ego sum via veritas et vita. Vel in via i in lege tua.
Prov. iiij^o custodi legem meam et erit vita anime tue. Sic enutritur planta de
spinis ut vivat in terra bona. Statue servo tuo eloquium tuum in timore
tuo. Ad litteram statue et timorem enim dum faciunt homines vanitatem humiliari. Aliter
legitur sic. Hic petit auxilium ab illatore et dicit statue i impone in servo tuo
eloquium tuum i mandatum tuum in timore tuo ut id observem et impleam cum
tuo timore. Vel sic statue eloquium tuum per hypallage i servum tuum statue
verbum suum quod locutus est in timore tuo me ponens quam me humiliabit et
exprimet. Prov. xv In timore domini declinat omnis homo a malo. Amputa
opprobrium meum quod suspicatus sum quia iudicia tua iocunda. Ad litteram

Amputa obprobriu meu vel occasionem labendi in peccatum quod est obprobriosum quod su-
spicatus sum id est timui. Vnde in tristicia legitur quod recuitus sit quia iudicia tua io-
cunda corredentibus absque mora culpa. Luce xxi levate capita vestra id est exhila-
rate corda vestra. Et dicit glossa quod audiet illa sinagoga venite benedicti etc. Alia lectio
sic hic petit graciam amouentem a malo suspiciosa iudicia et dicit amputa
per tuam graciam obprobrium meum quod suspicatus sum in aliis quod hoc malum quod in
se est vel quod cito fieret et hoc tamquam in alio suspicatur. Eccli. xi multos enim sub-
plantauit suspicio eorum quod aliud ingerebat quam suspicabatur Et dicitur Mat-
thei vii Nolite iudicare et non iudicabimini. Vbi enim hoc non videt cito errat
vel sic amputa a me obprobrium id est aufer a me iudicia suspiciosa quia
iudicia tua que infallibilia sunt et etiam sunt iocunda amatoribus qui gaudent
de iusticia exhibita. Psalmus Iudicia domini iustificata etc. Et ideo illis iudiciis
est standum. Ecce concupiui mandata tua in equitate tua viuifica me
Ad litteram Ecce gratum mandata tua scire et operari in equitate tua viuifica me aug-
mentando in me vitam gracie et dicit in equitate tua quia illa equitas iusticie
per quam homo dirigitur in deum imputatur non est nisi per graciam a deo homini data
que iustificat impium. Alia lectio sic hic persuadet ut impetret graciam
et dicit aufer a me iudicia mea que non sunt sicut tua. Ecce concupiui mandata
tua que multa sunt per diuisionem operis sed unum in radice caritatis ut dicit glossa
Caritas autem facit sentire bonum de aliis et non malum. prima ad Cor. xiii Cari-
tas non emulatur non agit perperam etc. Viuifica me id est fac me viuere in anima
per tuam graciam in equitate tua qua iuste iudicas non in suspicione mea qua
iniuste iudico. prima Cor. 2 dominus mortificat premittendo iudicia falsa et
viuificat exhibendo iudicia iusta. Sic ergo petit graciam ad bonum promo-
uentem a vanitate elacione et suspicione detractionem et gulositatem in vita
eorum sua. Et isto textu propter illa verba hec que nuptiarum est vel vnio qui enim
promissa est ille est ille viuit. Et veniat super me misericordia tua domine
salutare tuum secundum eloquium tuum. Ad litteram hic petitur fides non solum ad su-
perandam incredulitatem sed etiam ad eius confessionem et defensionem et et ve. fiat me
misericordia tua domine largiendo fidem meo deo salutare tuum etc. ut spiritus tuus
loquatur in me Mathei x non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur
in vobis. Alia lectio In precedenti octonario tractatum est de abilitate cordis hic
agitur de exemitate extiduy et in ore et in opere et post petit graciam ad confusionem
et dicit Et peto ut veniat misericordia tua super me id est de super a tua gracia me a mi-
seria peccati et dampnacionis liberando et a presentibus et futuris malis protegendo
et sic radiis solaris de super veniens illuminando. Eccli. xviii effundit super
omnes misericordiam suam. salutare tuum id est ihesus saluator a te missus secundum eloquium
tuum vel secundum promissionem tuam hoc loquentem per patriarchas et prophetas Gen. xlix
Salutare tuum domine expectabo dixit Iacob. Ysa. xxvi vrbs fortitudinis
nostre Syon saluator ponetur in ea murus. Et respondebo exprobrantibus
michi verbum quia speraui in sermonibus tuis. Ad litteram et verbo exprobrantibus id est obprobriose
loquentibus mihi contra fidem sic fiam est mater catholica. Verbum scilicet virtutis a spiritu
sancto michi administrandum quia speraui in sermonibus tuis et in sermonibus ex veri-
tate prosequendis. Alia lectio sic hic promittit bonum vsum gracie et datur ad
respondendum infidelibus et dicit et respondebo audacter verbum confessionis fidei et
veritatis exprobrantibus michi Iudeis quod tibi fides vana est in scandalum et gentibus
stulticia. prima ad Cor. primo. Ps. xv scito quod propter te sustinui obprobrium quia
speraui in sermonibus tuis quos promisisti dare ad resistendum aduersariis.
Luce 21 dabo vobis os et sapienciam cui non poterunt resistere omnes aduersarii
vestri. Prover. xxviii Stude sapiencie fili mi ut possis exprobranti respondere.
Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque quia in iudiciis tuis super-
speraui. Ad litteram et ne auferas de ore etc. id est confessionis oris mei verbum veritatis

mig dt & plus significat qz a spu sed no pt egredi fftn qz in iudiciis
tuis sup speraui omnis enim iudicio latet honoribus oculto fuit dei simplicibus
illes illustrando vitat Alit le sic hic petit gram b data conseruarist dt
ut ne auferas gram subtrahendo de corde meo & vbu veritatis vaint confite
do & audact predicando vsqz i in illo loco & in illo tpe vel usqz i ord
vel usqz valde & si ad hora aufas sic petro Mat xxvi in cito restituas
sic fecisti illi Luc 22 Et post xii labiu veritatis firmum erit qz in
iudiciis tuis quia tu es iudicans cogitacionibus cordium no tm extiora quasi
qz homo videt q foris paret deus aut intuetur cor qz i iudiciis tuis qbus
tuos flagellas pmittis & occidi sup speraui i no tm speraui sed sup
hoc maius aliquid expectaui Job viii Etiam si occidit me i ipm sperabo
vino sup condignum speraui Ro viii no sunt condigne passiones huius temporis
ad futura gloriam q reuel in nobis quod dulcia sunt iudicia dei quia dñs
suauis vbu grec & veritatis Et custodia legem tuam sp i sclm & i sclm sclr
Ad l & custo legem tuam sp ope ad implendo Alit le sic hic petit gram
ad exprimendi preemie bonu & dt Et custodia lege tua caritatis sp perseue
rant ope impledo i sclm sclr i quotiens sclo vixi vel quadiu vixero
hec custodia fit p custodia caritatis Cap vi dilectio e custodia legem
supra Ro xiii plenitudo legis e dilectio Et ambulaba in latitudine
qz madata tua exquisiui Ad l & am in latie i caritate que e tamen
latitudinis quia ena se extendit ad inimicos Mat v diligite inimicos vros
qz mandata tua exquisiui no sola speculatiue sed etia practice Alit
le sic hic confitetur se accepisse gram ad operandu bonu & dt Et ambu
labo i duxi vita mea i latitudine i in caritate dei & pxi que e lata
qz etia extendit ad inimicos Mat v diligite inimicos vros Ps dilatasti
gressus meos subtus me qz aut ambulaba i caritate signum e qz manda
ta exquisiui vel scire ea & ope implere Cap viio hic exemplum a iu
uentute mea sapientia s in plenitudine madatorum dei Et loquebar de te
stimoniis tuis i conspectu regu & no confundebar Ad l & loquebar de testi
tuis constanter & intrepide in gsp regu ut de ysraeli misael & abdeme
gado cora nabuchodonosor rege Dan 3 & petro & iohanne cora princibus sa
cerdotu Act iiii & de sca lucia & agnete Alit le sic hic ont qz vin
dei dz predicare intrepide & dt Et loquebar i audacter predicaui p gram
in datam de testimoniis i de scripturis que testimonium phibet de te in gp
regu i cora regibus & principibus vbi maior potat esse timor & no con
fundebar timore vel pudore Mat x ducemini an reges & psides Luce
ix qui me erubuerit & sermones meos & filius hois erubescet eu Et
meditabar i madatis tuis que dilexi Ad l & meditabar i ma e
q d dilectio enim alicuius rei facit de illa re frequenter meditari Alit le sic
hic ont reca ppacom ad docendu & dt & meditabar i cogitaui fre
quenter i madatis tuis i madata tua que dilexi qz dilexi ea i corde
meo ma qui diligit aliqua rem frequenter meditatur de ipa Vel sic Et
meditabar i madatis tuis no qz diffiderem de mea liberalitate dei q
dt Mat x du steteritis an reges & psides nolite cogitare &c q i qz
illa dilexi nimis vbi enim amor ibi oculus Deut vi meditaberis ea
habis i domo tua &c Eccl vi cogitatu tuu habe in lege dei O felix
ergo doctor qz sic loquitur veraciter qz de testimoniis euidenter qz in conspectu
regu audacter qz no confundebar prudenter qz meditabar feruenter
qz diligebam Et leuaui manus meas ad madata tua q dilexi & ex
ercebor i iustificacionibus tuis Ad l & leuaui manus &c ea ope ad im
plendo sine quo no sufficeret meditatio Et subaudi & exercebor i iustifica
tionibus tuis i in operibus madatorum tuorum que iustificant homines Alit le sic

sic ondit se pmptum ad opa madator et dt Et leuaui i ordinaui manus
meas i opa mea no ad trena sed ad madata tua impledu q d infe
ioe surrox manus meas posui ad operandu Tren 3 leuemus corda nra
cu manib ad deu Exo xvii cu leuaret manus moyses vincebat amalech
qe madata dilexi sic viator luce et via ducete ad vita pro vi mada
tu lucerna et lux Math xix si vis vita ingredi srua madata et exercebar sic
queter cogitado et opando i iustificacoibus tuis i i opib madatoru
tuor q iustificat hoiem ul iustificatu ondut et sic iuste Hebr xii
pcatissimum fructu exhibent p ea reddi iusticie Extre qua inuicte pent
sic grac ad osfutandu hostes ad implendu madata dei Sic em pe
tentib adest ipe deus sedo ppe est vero eccia vnam eo mfp ipe ysa Clom
biu invocab dnm et ipe exaudiet Ps cxxi
Memor esto vbi tui suo tuo i quo michi spe dedisti Ad e
hic post sit pmotum i pfice vite actie s spes subleuas ad
expectaco vite bte et sic agt de spe put respiat dimas grutn
et dt Memor esto vbi tui suo tuo i quod dixisti ad suu tuu
i ad abraha cui deus pmisit vita btam et semi Gen xv
Suspice celu et nua stell si potes sic erit seme tuu i quo pmisit abra
he et imitatoribus fidei sue glam celestis prie Vn i officio misse dr
qua olym abrahe pmisisti et sei eius i quo spe m dedisti i i imitati
fide abrahe cui reuelatu fuit misteriu X Jo viii Abraha pr vi
exultauit ut videt die meu Alie lre sic hic agit de osolacoe strenue
opantib et adusa tolantib et ps petit ad implei dimas pmissiones sibi
factas Et dt Memor esto no ad meoriad reducedo sic nos qui obliuiscimr
sed memor esto no ad meoriad reducedo sic nos q obliti sumus te sed me
mor esto ad impledu ut heant te ad modu meorant vbi tui i pmissi
tui quo pmisisti vita etnal suo tuo fide tua suati et madata im
pleti Jo vi vba vite etne habes i vba vita etna tua suagi et ma
data impleti pmittencia ysa permit Ecce sui mei comedent re sngo
vbo michi et cuius opus fidei facien dedisti spez et osolacom magnas
merendi vita etnam Ecc 2 In me ois spes vite et virtut Hec me
osolata e in huilitate mea qr elogum tuu viuificat me Adheras
si spes fuit btitudi osolata e me i huilitate mea In hebr dicitur in
afflictoe mea fideles em a tirannis oppsi et afflicti ex ista spe fuint
i tormtis mtepor osolati ita qr gaudentes sustiebant tormta qr elo
quiu tuu qd pmisisti abrahe et semi eius vita btam viuificat me i ro
boratuit i afflictoe Alie lre sic hic ont spei iunitate s osolacom
in adusitate et dt Hec s spes osolata e me i posuit in osolacom
i huilitate mea quia huiliter gfessus su pctā mea Job 22 q aut huiliatus
fuit erit in gla sed in huilitate i in despectoe et afflictoe mea Act
xiiii p multas tribulacoes oz nos intrare regnu dei qr elogium tuu verax
et infallibile viuificat me qr vita grē et glē tribuit m in spe Jo vi
Vba qe ego loquor spus et vita sut vel sic Elogium tuu qd pmi
sisti fidelibus vita btam viuificat me i ofortauit me in afflictoe
et in tribulatoe Math v Bti q psecucom paciuntur ppr iusticia Supbi
inique agebat usque a lege aut tua no declinaui Ad e qr tiranni
excogitabat tormta ton crudelos ul sub dr Supbi inique agebat usque
frenentes affligere fideles multimode a lege aut tua no declinaui qr
fideles i fidibus osstant steterut Alie lre sic hic ont quat afflicti
os stare fuerunt et dt supbi psecutores mei inique agebat con me usque
i multu et usque valde sn aliam lram Jer xx ut inique agerent labora
uerut a lege aut tua no declinaui i no recessi a fide tua et a lege
ostitucoes me implent ps a iudicys tuis no declinaui qr tu lege re

Eccl x si spiritus potestatem habentis ascenderit super te locum tuum ne dimiseris
legem s. dei. Nota triplex agit caro dimicans contra spiritum alliciens ipsum ad con-
sensum gule z luxurie. Triplex agit mundus contra innectendo turbatione ipsius
negotiationibus avaritie, peccatoribus vanitatis. Triplex agit dyabolus contra hominem
monendo ipsum timore superbie livore invidie. Ysa lvi. dictantes eius triplex
agitur. Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine z consolatus sum. Ad litteram
memor fui [illegible] quibus malos perdidisti z confidentes in te liberasti ut Noe in di-
luvio Loth de subversione Gomorre z tres pueros de camino. z consolatus
sum sperans quod liberabis me. Vnde z si aliquando deus non liberat a morte tempora-
li liberat a morte eterna. Aliter littera sic hic ponitur 2a causa consolationis scilicet memoria
iudiciorum dei z dicit consolatus sum in spe primum memoriam tuorum domine a seculo i. qui
es ante seculum. memor fui iudiciorum tuorum quibus iudiciis malos perdidisti et
confidentes in te liberasti. Vel iudiciorum tuorum quibus bonos affligis in presenti
seculo utiliter z temporaliter z malos in futuro eternaliter z dampnabiliter. Iob xix fugite a
facie gladii quoniam ultor iniquitatum est deus. sed de impiis dicitur [illegible]
impii non cogitant iudicium. z consolatus sum sperans quod etiam liberabis me
Vel sic z consolatus sum cogitans letitiam sanctorum z miseriam iustam dampnatorum
Ps virga tua z baculus tuus ipsa. Ysa xii. confitebor tibi domine quoniam iratus es
michi conversus est etc. Defectio tenuit me pro peccatoribus delinquentibus lege
tua. Ad litteram hic agitur de timore asperi flagelli ne labatur in peccatum ex fra-
gilitate z sic frustretur sua spe z dicit defectio tenuit me i. timor magnus
vel in tristitia. Ha dicitur horror tenuit me pro peccatoribus delinquentibus lege
tua qui sunt michi valde. Eccl po stultorum infinitus est numerus z ideo quilibet iustus
debet timere ne similiter cadat. Aliter littera sic hic ponitur compassio super miseriis spiritua-
libus aliorum z dicit defectio i. afflictio cordis vel tedium tenuit me compa-
tiendo pro peccatoribus delinquentibus i. non observantibus lege tua. Tren 2 defecerunt
pre lacrimis oculi mei conturbata sunt viscera mea super contritione filie populi mei
Cor xi quis infirmatur z ego non infirmor. Cantabiles michi erant iusti-
ficationes tue in loco peregrinationis mee. Ad litteram quod ad litteram casum civitatis
intuitu valet oratio per quam mens a terrenis retrahitur z ad divina sublevatur
ideo subditur cantabiles michi erant iustificationes tue i. laudes divine in loco peregrinationis
mee i. in via presentis vite qua tendimus ad patriam sic peregrini. Aliter littera sic
hic ponitur 3am causam consolationis scilicet meditatio scripturarum z cantus z dicit iustifi-
cationes tue i. scripture sacre que suadent iustitiam prohibent iniustitiam canta-
biles michi erant i. delectabiles sicut cantilene cum illas cogitabam legebam
vel in ecclesia cantabam aut predicabam. Ro xv quecumque scripta sunt ad nostram
doctrinam scripta sunt ut per consolationem scripturarum spem habeamus. in loco peregrinationis i.
in hac vita que est quasi peregrinatio ad patriam. Cor v. quamdiu sumus
in corpore peregrinamur a domino. Hebr xiii non habemus hic manentem civitatem.
Memor fui nocte nominis tui domine z custodivi legem tuam. Ad litteram quod
laudes divine non solum dicende sunt de die sed etiam de nocte ideo subditur
memor fui nocte nominis tui domine z quod orationem debet comitari sancta operatio ideo subditur
z custodivi legem tuam per mandatorum tuorum impletionem. Aliter littera sic hic ponitur alia
causa consolationis iusti quod per nocturnas in oratione seu vigilia z dicit memor
fui nominis meditando z eius devotione laudando in nocte i. de nocte surgendo
vel in nocte i. in adversitate. Ysa xxvi anima mea desiderabit te in nocte. nominis
tui quod est salvator. z custodivi legem tuam opere implendo z aliis predicando
quia scriptum est in die mandavit dominus misericordiam suam z nocte canticum eius. Vel dies
prosperitatis est misericordie largiendum z in nocte adversitatis letanter sustinendum
Ps memor fui tui super stratum meum etc. Hec facta est michi quia iustificationes
tuas exquisivi. Ad litteram quod predicta bona hec habeo a dei gratia ideo subditur hec
facta est michi etc. Mat vii querite z invenietis. Aliter littera sic hic ostendit
causam vigilandi de nocte z dicit hec i. vigilia nocturna vel hec facta est michi

i. per hoc de nocte vigilaui quod iustificationes tuas conquisiui i. diliger
inquisiui ut in operibus efficerem et me statutis iusticie committerem / vel dicit super nox ad
uersitatis fuit michi i. ad utilitatem meam / hoc enim in aduersitate magis
querit iustificationes quam in prosperitate. Quia in hoc octonario ostendit se consolatum
in tribulationibus ex diuinis promissis iudiciis scripturis et orationibus. Io. recte spon-
sa ad hoc exhortatur. sed Rom. quod nisi sentit. uel ducit te quod sentit i. ad si-
lia ducit te sed uis proficere. Portio mea domine dixi custodire legem tuam.
Ad litteram sic. Aug. de spe. pius peruenit ex bono usu liberi arbitrii cum dixit
portio mea i. firmitatis spei quod tu sis pars et portio mea in futura beatitudine.
Vnde surgit ista spes subdit. dixi custodire legem tuam per bonum usum
li. arbitrii cum tua gratia iuuerim. Alia littera sic. In isto octauo octonario agit de
modo quomodo repromissionem in proficiendo et ostendit se sic quae proponi agendi bonum et per-
seuerandi in illo et dicit domine quoniam es portio mea i. pars mea ut alia habent
non quero nisi te et alia propter te. Trenorum 3 pars mea dixit anima mea.
Ideo non me inflammat libido quae est pars gulosi non stimulat auaricia
quae est pars auari non effeminat lasciuia quae est pars dissoluti / non decolo-
rat luxuria quae est pars luxuriosi / non soluit ambitio quae est pars superbi
non maceret inuidia quae est pars iracundi / ut aqua circa rerum sectarum
solicitat quae est pars cupidi / sed tu domine pars mea optima. Luce x. Maria
optimam partem elegit etc. Dixi i. firmiter proposui custodire / legem tuam
i. perseuerare in custodia legis / patet Machab. potius mori diffinierunt quam se
non infringere legem domini. Deprecatus sum faciem tuam in corde meo mi-
serere mei secundum eloquium tuum. Ad litteram quia ad consummationem boni usus facit oratio
deuota ideo subdit deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo i. intellectu et affectu
miserere mei consummando in me bonum usum li. arbitrii cum consummatio procedit
ex gratia dei secundum eloquium tuum quo dixisti petite et accipietis. Alia littera sic
sic ostendit a quo habuit bonum propositum perseuerandi et dicit deprecatus sum discre-
te et deuote faciem tuam i. filium tuum per quem cognosceris sic hic per faciem.
Sed faciem nunc videmus uelatam panno nostre humanitatis sed in futuro
videbimus reuelatam in luce beatitudinis. Iob 33 deprecabitur dominum et placabilis
ei erit et videbit faciem eius in iubilo / in toto corde meo i. intellectu et
affectu / uel in toto corde i. non diuiso. Aug. diuisa mens non impetrat.
Cap. viii adhuc dominum et deprecatus sum illud / et dixi ex totis precordiis
miserere mei veniam parando gratiam perseuerantie infundendo secundum eloquium
tuum i. secundum promissionem per eloquium tuum. Io. petite et accipietis / uel secundum
eloquium tuum quo absoluis a culpa roboras in gratia promittis regna.
Cant. iiii sicut uitta coccinea labia tua et eloquium tuum. Cogita-
ui uias meas et conuerti pedes meos in testimonia tua. Ad litteram cogitaui
meas i. pressi in bono qui sunt tardi ex fragilitate humana sed festinum ex
diuina gratia ideo subdit et conuerti pedes meos in testimonia tua vigoratus ex
tua gratia. Alia littera sic sic ostendit conuersionem actuum suorum in deum et dicit cogi-
taui i. diligenter consideraui uias meas i. operationes meas ut pressi in quibus
et conuerti pedes meos i. affectus cordis mei a uiis prauis in testimonia tua
i. ad mandata et consilia tua quae testificantur de uia recta ut de recto am-
bulandum in illa. Ysa. xxxi conuertimini sicut in profundum recesserant filii israel
exemplo filii prodigi. Paratus sum et non sum turbatus ut custodiam man-
data tua. Ad litteram paratus sum etc. Huius enim facilitat homines ad opus et in
sinistre habitum gratie dispositi sunt ad facile agendum bona opera uite
actiue in quibus aliqui difficultatem patiuntur. Alia littera sic sic ostendit se paratum
perseuerare in aduersitate et dicit paratus sum i. prompta voluntate deo et non sum
turbatus i. non sum motus a ratione sed adhuc deo dirigit me. Ier. xvii
Ego autem non sum turbatus te pastorem sequens / ut custodiam conmaculatus[?]

ad vsitate ingruente mandata tua ne ea transgrediar sed opere implea
Ecc vlt deum time et mandata eius observa hoc est omnis homo Act 20
paratus sum mori in ierusalem pro nomine domini ihesu christi ait paulus Funes peccatorum
circumplexi sunt me et legem tuam non sum oblitus Ad l. quia in iesu bonem
demones intuitur impediens suis temptacionibus vel subdit funes peccatorum
i temptaciones demonum circumplexi sunt me ad impediendum me in bono
opere et legem tuam non sum oblitus tua gratia confortatus Alie lr sic hic
ont sua constantia in temptacionibus et dicit funes peccatorum i temptaciones ad
peccata trahentes vel motus carnales mundi vanitates demonum suggestiones
circumplexi sunt i. circumdederunt me ad impediendum in bono opere et salute
mea 2 Reg 22 circumdederunt me contriciones mortis et torrentes belial con-
turbaverunt me et legem tuam non sum oblitus tua gratia preventus nec sum ea
transgressus Prov 3 fili ne obliviscaris legis mee tue s. ecclesie latore.
Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustitie tue.
Ad l. quia hic de tali gratia debet esse gratus vel subdit media nocte sur-
gebam ad confitendum tibi confessionem laudis super iudicia iustitie tue i. de hoc
quod tu sancto iudicio voluisti me in iustitia custodire Alie lr sic hic ont
vir huius tantam constantiam et dicit media nocte per solitudinem et in tempore quieto
surgebam aliis iacentibus ad confitendum tibi confessionem laudis et gratiarum actionis
Ps In noctibus extollite manus vestras in sancta. Vel sic media nocte
i. in medio tribulationis et adversitatis surgebam i. levavi cor meum ad
confitendum tibi i. ad gratias agendum vel ut beatus laurentius dixit gratias ago
tibi domine quia assatus ianuas tuas non negavi super iudicia iustitie tue i. de hoc quod
tuo sancto iudicio voluisti me in iustitia custodire. vel sic iudicia iustitie
tue iudicantis me dignum miseria et afflictione. hoc est signum quod sum de
domo et de familia tua. Particeps ego sum omnium timentium te et custodi-
entium mandata tua Ad l. preti ego sum ex tua bonitate omnium timentium
te timore filiali qui cavet offensam et custodientium mandata tua per studium
operationum Ps declina a malo et fac bonum Alie lr sic hic ont multu-
dine bonorum et auxilium et dicit particeps ego sum meritorum et bonorum omnium time-
ntium te i. que bona et merita fiunt ab omnibus timentibus te tamquam patrem timo-
re filiali q. d. quia sum membrum corporis mistici seu ecclesie Ps 3 particeps
commissionis in christo ihesu et sum particeps custodie mandata tua i. primum per caritatis
unitate et in futuro per glorie congratulationem Apoc particeps in tribulatione
et regno Felix participacio que ex pluralitate participantium non minuitur sed
augetur glosa exponit de christo Misericordia domini plena est terra iustifi-
cationes tuas doce me Ad l. quia gratia divina confertur omnibus debite se ad
gratiam disponentibus vel subdit misericordia tua domine plena est terra et quia quanto plus
gratiae bona spiritualia tanto magis desiderantur vel subdit iustificationes tuas
doce me bona spiritualia in me augmentando Alie lr sic hic ont
ex quo habetur constantia fiducia quia misericordia dei et terra est plena misericordia domini
i. effectibus misericordie dei quia replevit eam bonis suis frugiferis arboribus operibus
Vel terra i. habitatores terre maxime homines sive boni sive mali plena
sunt misericordia domini quia facit super iustos et iniustos Eccl xviii misericordia domini super
omnem carnem doce me iustificationes tuas et vadit cognoscere et debite
ad implere etiam in adversitate non confusus de suis meritis Joel 2 filii syon
exultate in domino deo vestro qui dedit vobis doctorem iustitie Tercie in
hac octonaria ponit etiam stare in adversitate non confisus de suis meritis
sed magis aliorum et maxime de dei misericordia ad quam confugiens complet
totum in oratione et hoc notat littera prodita hec quod misericordia paucorum non
tamen tiecat recendiware quando tiet vel minus terre de cautela et
solicitudine perseverandi in bono Nonus octonarius S. vii. eth. Bonitatem fecisti

Bonitatem fecisti cum servo tuo domine secundum verbum tuum. Id est hic
ponitur eius promotio in perfectione active vite que est caritas sti-
mulans ad opera boni. 2 Cor. v caritas xpi urget nos et
post postea stimulacio caritatis ex beneficiis ex parte mentis et corporis
est. dicit quod beneficia ex parte mentis sunt duplicia scilicet bona naturalia
et gratuita, et quantum ad hoc dicit Bonitatem fecisti cum servo tuo aliquam
ei conferendo ad ymaginem tuam creatam et bona gratie super addendo quod fuit
quasi creata in statu innocencie et post lapsum datur in baptismo, et ante dabantur
in circumcisione secundum eloquium tuum. Gen. primo faciamus hominem ad ymaginem quan-
tum ad bonum nature et similitudinem nostram quantum ad bona gratie. Aliter legitur sic
postquam docuit quomodo cognoscere debet perficere volens scilicet dei bonitatis equitatis veritatis
varietatis, et hoc ordine sunt omnia ordinata. In hoc primo agitur de profectu in cogni-
cione divine bonitatis et experiencia. 2o orat pro qua amplius sentienda et cogno-
scenda ubi bonitatem et disciplinam, primo dicit sic domine qui es summe bonus fe-
cisti bonitatem cum servo tuo aliquam ei conferendo ad ymaginem tuam creatam et bona
gratie superaddendo, vel sic fecisti bonitatem cum servo tuo peccatore ad penitenciam
expectando penitentem ad profectum promovendo proficientem ad gloriam perducendo.
Ro 2 an divitias bonitatis patiencie et longanimitatis eius contempnis. Hoc
quantum ad peccatores quos expectat ad penitenciam. Ezech. xviii v [illegible] debut leg-
latam ibunt de virtute in virtutem. Ezech. xviii [illegible] Luc. xxi quia dico vobis super omnia
bona sua constituet eum. Primo post servus fidelis bonus et c. secundum verbum tuum. Gen. primo faciamus
hominem et c. vel secundum verbum tuum quo promisisti bona fidelibus. Num. x domini promisit
bona ysrael. 2 Paralip. vi tu autem domine secundum bonitatem tuam promisisti penitenciam et c.
Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me quia mandatis tuis credidi.
Id est bonitatem quantum ad perfectionem appetitus et disciplinam et scientiam quantum
ad perfectionem intellectus doce me illustratione tue gratie ampliori. Et dicit disciplinam
quantum ad cognicionem speculabilium quia mandatis tuis credidi; oportet enim di-
scipulum magistro credere si vult proficere. Hebr. xi oportet accedentem credere.
Ysa. vii si non credideritis non intelligetis. Aliter legitur sic hic petit tria
bonitatem ad operandum utile et disciplinam ad sustinendum penale et scientiam
ad discernendum expediens, et dicit domine doce me cognoscere bonitatem id est deum
qui est bonitas quia nemo bonus nisi solus deus, vel doce me desiderare bonitatem
moralem ut perficiar meus appetitus, vel doce me bonitatem ut intimus eam
cognoscam ut pro illa devocius gratias agam et ut eam perfectius in usu habeam.
Ephes. v fructus lucis est in omni bonitate iusticia et veritate. Et doce me discipli-
nam ut cognoscam speculabilia et doce me scientiam ut perficiatur meus intellectus,
vel sic doce me disciplinam ut habeam plenam voluntatem et posse equanim-
iter pati adversa et honeste me illos conservari, quod est de magisterio boni est.
Prov. xv disciplinam qui abicit infelix est licet in presenti habeatur et videatur
aspera. Hebr. xii omnis quidem disciplina in presenti non videtur esse gaudii sed me-
roris postea autem pacatissimum fructum affert exercitatis per illam. Et doce
me scientiam spiritualem scilicet ad discernendum clare quid expediat saluti.
Prov. xix ubi non est scientia anime non est bonum, quia mandatis tuis credidi
quod iusta et vera et saluti anime. Vnde hec tria docet qui credit veritati. Ysa.
vii nisi credideritis non intelligetis, fides enim est lux mentis qua cogno-
scimus que non videntur corporaliter. Eccl. 33 homo sensatus credit legi et lex
illi fidelis. Priusquam humiliarer ego deliqui propterea eloquium tuum cu-
stodivi. Id est quod inter dei beneficia ad animam pertinentia non solum est collatio
gratie sed etiam correctio culpe. Prov. 3 quem deus diligit hunc corripit, sine
qua non transitur presentis vite cursus sub periculo. Humiliarer per tuam correctionem, ego
deliqui merendo culpam propterea eloquium tuum custodivi, ex divina enim cor-
rectione acquiritur homo quantum bonum sit obedire deo propter quod efficitur magis
sollicitus eius mandata custodire. Aliter legitur sic hic petit secundum intu

scilicet humiliacionem et dicit Ego deliqui obmittendo mandata et committendo culpam
priusquam humiliarer, id est prius quam fui correptus per penam quod dicit prius fuit cul-
pa quam pena. Rom. v. quia in adam omnes peccauerunt. Vel sic post delicta particu-
larem culpam quam humiliarer per voluntariam penam. Prov. xix. scopa hominis
stultitiam. propterea eloquium tuum, id est mandatum tuum custodiui ne iterum
delinquerem et penam subirem. Vel sic propterea ne iterum me humiliari oporteret
eloquium tuum custodiui omnia propter te perficiendo. Deut. xxxiij. qui dixerunt patri
suo et matri sue nescio vos et fratribus ignoro illos et nescierunt filios suos
hii custodierunt eloquium tuum etc. Bonus es tu et in bonitate tua doce me
iustificationes tuas. Ad litteram. Deus es tu quem ego offendi et qui bonum est semper
diffusiuum tui sui et in bonitate tua doce me iustificationes tuas bonitatem tuam imi-
tando. Aliter legitur sic. hic petit doceri de modo fandi bonum et dicit Deus
es tu essentialiter. Luc. xviij. nemo bonus nisi solus deus. Etiam bonus es tu
in te. Thren. iij. bonus dominus sperantibus in eum et in bonitate tua non in austeritate
impossibilitate doce me iustificationes tuas, id est opera iustitie que tua sunt. Ysa. xxvj. omnia
opera nostra operatus es in nobis domine. Ecclesiastici v. iudicabo te homo qui sit bonitas
virtutis fac iudicium et dilige misericordiam quia docet ecclesia suauitatis domina boni-
tas. Liber in quo optime doceri et studere in bonitate dei. Et quia deinceps que
que iustificationes non cursus planetarum. Multiplicata est super me iniquitas
superborum. ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Ad litteram
hic propter retaliationem carnis contra malum quod fit resistendo temptationibus
demonum et dicit multiplicata est etc. id est demonum me incedenter impellere ad peccatum
ego autem caute stimulis in toto corde meo, id est intellectu et affectu scrutabor
mandata tua ad intelligendum et ad operandum ut sic euadam eorum tempta-
tiones. Aliter legitur sic hic ostenditur perfecti intentionem contra aduersariorum multiplicatam
iniquitatis id est malicia superborum qui non sunt humiliati et insurgunt contra me
volentes impellere ad peccatum, multiplicata est quibus intemptant in sua iniquitate ut sunt
carnalia desideria studia negocia. operata temptamenta. Ephes. vlt. non est
nobis colluctacio aduersus carnem et sanguinem tantum sed aduersus principes et
potestates tenebrarum. quia multiplicati sunt super capillos capitis. Ego autem in
toto corde meo scrutabor id est intellectu sine errore affectu sine tepore. effectu sine
corpore ut sic nichil obmittendo de contingentibus eo fuerimus resistam
in aduersitatibus. Psalm. nisi quia lex tua meditatio mea est etc. Coagulatum
est sicut lac cor eorum ego vero legem tuam meditatus sum. Ad litteram. coagulatum
id est in malicia compressum quia maligni spiritus sunt in malicia obstinati.
Ego vero legem tuam meditatus sum ad fallacias eius resistendum. Aliter legitur sic
hic ostenditur malorum coadunationem contra se et dicit cor eorum coagulatum est id est cor-
ruptum et induratum in malicia contra me. sicut lac quod prius corruptum et
corruptum coagulatur. Eph. iiij. non filii eorum cecata sunt et in conualli corde
Ego vero legem tuam meditatus sum quam debeam humiliter resistere. et eorum
maliciae non consentire. Psalm. in lege eius meditabitur die ac nocte etc.
Bonum mihi quia humiliasti me ut discam iustificationes tuas. Ad litteram bonum
mihi quia humiliasti me id est quod per insultus demonum cedisti michi contra fragilitatem
mee ne ex donis tuis tandem in superbiam. ij. Cor. xij. ne magnitudo re-
uelationum extollat me. datus est mihi stimulus carnis etc. angelus sathane.
ut discam iustificationes tuas. experimento enim proprie fragilitatis monetur homo
ad magis addiscendum artem se defendendi contra impugnationem demonis.
Aliter legitur sic hic ostenditur profectum suum in bonitate precepta et dicit quia humiliasti me
humiliando pene et humilitate virtutis vel cognoscendo proprie fragilitatis. Seneca et expertus
sum bonum mihi hoc esse quia sic homines probas et acceptas. Ecc. ij. in humilitate
tua patientiam habe quia in igne probatur aurum. et ideo mihi bonum ut discam
humilitate. mansuetudinem. patientiam. Mat. xj. discite a me quia mitis sum,

ysa xxviii vexacio dat intellectum auditui Bonum michi lex oris tui super
milia auri et argenti Id est quia decem precepta decalogi locutus est deus in mon
te sinai per angelum eius personam representantem et legem evangelicam locutus est nobis
exsilium in carne apparens hebr. primo locutus est nobis in filio quem constituit he
redem universorum super milia auri et argenti quia bona spiritualia excedunt temporalia
quanto anima excedit corporalibus preferuntur Alia littera sic hic commendat legis noti
ciam et dicit lex decem preceptorum et humilitatis et caritatis oris tui id est quam
locutus es per os angeli in monte sinai et per os prophetarum in veteri testamento et
per os christi in novo testamento est michi magnum bonum ad salutem anime mee super om
nia ea super milia auri et argenti id est super omnes auri et argenti quia
notitia auri et argenti parum aut nichil prodest notitia autem et custodia legis
multum prodest prover. et melior est acquisitio eius negotiacione auri et argenti
prover. xix qui custodit legem beatus est Vide quod in hoc octenario quartodecimo
tamen loquitur de bonitate divina nobis exhibita et revelata Ideo recte
pars ista teth dicitur que interpretatur bonum vel exclusio quod est hic agitur de bono
quod omnem tristiciam sua delectacione excludit Manus tue domine fecerunt me
et plasmaverunt me da michi intellectum ut discam mandata tua Id est iam
hic ponitur stimulacio caritatis ex beneficiis receptis ex parte corporis et dicit manus
tue domine et cetera in statura recta ad vivendum recte da michi intellectum hoc est ele
vacionem intellectus ad te cognoscendum et amandum ut discam mandata tua
ut sic possim ea opere adimplere stimulatus tua caritate. Alia littera sic in
isto octenario tractatur de cognitione divine caritatis et primo gracias agit deo
de sua creacione et dicit manus tue domine id est potencia et sapiencia tua et voluntas
tas tua operatur sicut manibus fecerunt me quo ad animam Gen. primo faciamus
hominem et cetera et plasmaverunt me quo ad corpus ysa lxiiii tu pater noster es nos
vero lutum opera manuum tuarum omnes nos Iob x manus tue domine fecerunt me et
plasmaverunt me da michi intellectum id est elevacionem et illuminacionem intellectus ad te cogno
scendum et amandum et de te meditandum ii thi. ii intellige que dico dabit
enim deus tibi in omnibus intellectum ut discam mandata tua ad clarius intelli
gendum sepius meditandum devocius implendum deutero. v discite ea et
opere complete Ex hoc patet quid optat discere propheta quia mandata dei Qui timent
te videbunt me et letabuntur quia in verba tua supersperavi Id est qui timent te
timore filiali amore tanti videbunt me et letabuntur quia caritatis gaudere
facit de bono proximi prima cor. xiii de caritate non gaudet super iniquitate
congaudet autem veritati Alia littera sic omnes quia boni proficiunt videntes aliquem
a deo spiritualiter promoveri et dicit qui timent te timore filiali et reverenciali
videbunt me obedientem tibi et letabuntur de profectu meo spirituali et mo
vebuntur ad similia et non contristabuntur sicut invidi vel non scandalizabuntur
sicut ypocrite mali et cetera et qui timent deum inspiciet quam exemplaria sunt illi sicut
videbunt non tamen exteriora signa certitudinis math. v videant opera vestra bona
et glorificent et cetera sed etiam interiora noticia cognitive sicut radix videtur bo
na fructus bonus sicut math. vii omnis arbor ex fructu suo cognoscitur
quia in verba tua supersperavi id est super omnia terrena super multa speravi quia verba
vite eterne habes Io. vi Cognovi domine quia equitas iudicia tua et in
veritate tua humiliasti me Id est quia homines boni agnoscunt ex fragilitate
humana committuntur aliqua ideo puniuntur Reg. iii. xiii de viro dei qui seductus
a falso propheta in bethel redijt ante quod a leone occisus fuit tamen leo cadaver
eius non tetigit sed magis servavit ad ostendendum penitenciam eius id est pena deletum
et in aliis eius actibus vite sue meritum ideo subditur cognovi domine quia equitas
iudicia tua quamvis pluribus licet aliquando sint occulta et in veritate tua humi
liasti me corripiendo iuste Alia littera sic hic ostendit equitatem dei in iudicando
et dicit domine qui es iustus iudex cognovi quia iudicia tua equitas iudicantis
facientes mandata et non facientes sicut equitas quia ostendit prover. xvi

pondus et statera iudicia domini sunt, et in veritate tua que nec fallit nec fallitur
humiliasti me iuste corripiendo deiciendo in mortem et moriendi necessitate
propter inobedientie superbiam; veritas enim est et equitas ut qui contra deum [illegible] tumidus
qui se humiliat exaltabitur. Fiat misericordia tua ut consoletur me secundum eloquium
tuum servo tuo. Ad litteram: fiat misericordia tua in offensarum mearum deletione, ut consolet
me de spe vite eterne, secundum eloquium tuum servo tuo, id est promissum Abrahe tuum promis-
isti vitam eternam et ego servus tuus sum, dominus est super. Alia littera sic: hic petit misericordiam
ad consolandum et dicit: fiat misericordia tua id est reveletur in tua misericordia ut consoler
me in delectione mea tacto spem vite eterne, vel ut consoletur me in pre-
hendimi in flagellis meis in timore iudicii. Eccli xxxv: speciosa est misericordia dei in tempore
tribulationis quasi nubes pluvie in tempore siccitatis. Secundum eloquium tuum id est secundum promis-
sionem sanctam de tuum eloquium: misericordiam volo et non sacrificium. Math. ix. Servo tuo
qui cupit obedire tuis mandatis. Ysa xli: et nunc serve meus Iacob quem
elegi ne timeas. Veniant mihi miserationes tue et vivam quia lex tua meditatio
mea est. Ad litteram veniant etc. et vivam vita gratie in presenti et post vita glorie
in futuro quia lex tua meditatio mea est, que quidem meditatio est dispositio
ad gratiam obtinendam et obtentam augmentandam. Alia littera sic: hic petit misericordiam
vivificationem a culpa et dicit veniant mihi a te pro te misericordie miserationes tue id est
effusiones misericordie tue quibus tu animam desponsas. Osee ii: Desponsabo te mihi in iustitia
et iudicio et misericordia et miserationibus, et vivam spiritualiter tibi desponsata. Que est vita
Iob x: vitam et misericordiam tribuisti mihi etc. quia lex tua meditatio mea est disponens
me ad vitam per continuam meditationem et cor misericordie infunde et continua ca-
Prov iiii: custodi precepta in medio cordis tui, vita enim sunt invenientibus
ea. Confundantur superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me; ego autem exer-
ceor in mandatis tuis. Ad litteram quia ex proprio bonorum causa confusio demonum
dicitur confundantur superbi id est maligni spiritus qui de celo sunt deiecti propter suam
superbiam quia iniuste iniquitatem fecerunt in me; licet enim iuste a deo permittuntur
nos temptare tamen propter [illegible] ingressa virtutum iniqua voluntate; ego autem exercebor
in mandatis tuis quia quanto homo sentit se a demonibus plus temptari tanto magis
debet se in bonis operibus exercere. Alia littera sic: hic predicit malis se presumentibus
futuram confusionem et dicit confundantur confusione eterna superbi id est maligni spiritus
vel homines superbi qui sub potenti manu dei noluerunt humiliari. Iob xl: Re-
spice cunctos superbos et confunde eos; quia iniuste iniquitatem fecerunt in me
quia propterea a deo ingressa ad temptandum virtutum iniqua voluntate fecerunt in me,
in iniquitate id est iniustum opus fecerunt iniuste id est iniusto modo contra me. Vel sic quia
superbia nec aliis modis contra legem dei; vel sic quia fecerunt cum premeditatione quia ex odio et
sine deliberatione et tales confundentur. Iob: vidi eos qui operantur iniquitatem
et seminant dolores et metunt eos flante deo perisse. [illegible] assignat quia
fecerunt non tamen conati sunt, iniquitatem non meditati, lesionem quia iniuste non
capiant non ex causa aliqua quia in me; ego autem exercebor in mandatis tuis
id est faciam mea mandata tua [illegible] persequentes me pariter sustinebo
eis benefaciendo. Math. v. Luc vi: benefacite his qui vos oderunt etc. Ps.
etenim sederunt principes etc. Convertantur mihi timentes te et qui noverunt
testimonia tua. Ad litteram quia in pugna contra demones indiget homo suffragiis
bonorum ideo subdit convertantur mihi id est ad auxilium meum timentes te timore filiali
et qui noverunt testimonia tua intelligendo et operando. Alia littera sic: hic petit
remedium contra futuram confusionem et dicit timentes te timore filiali convertantur
mihi id est ad auxilium meum, vel convertantur mihi id est sint socii in obediendo pre-
ceptis perseverando. Ier xv: ipsi convertentur ad te et tu non converteris ad eos;
debent enim mali converti ad bonos, boni ad meliores, meliores ad optimos
et non econverso; et qui noverunt testimonia tua intelligendo et operando. Vel sic
convertantur mihi qui noverunt testimonia tua ne noscant ea ad damnationem
suam. Eccli iii: unus edificans et alius destruens; quid prodest nisi

labor ymo obest Luce iiij° studii boni exemplu᷑ etc. tunc dicit in timore dni
fore tamen motiua ad conuersionem exemplum ut dicit in timore dni ibi timentes
notitia boni ubi et qui nouerunt exemplum attrahit timor impellit no
titia dirigit ad bonum faciendum et confirmandum. Fiat cor meum immaculatum
in iustificationibus tuis ut non confundar. Ad. l. etc. pro bonum exitum perui
ficiat cor humanum ideo subditur fiat cor meum etc. i. in exitio mandatorum tuorum
iustificatum ut non confundar in penitentia pro lapsum turpe et in futuro pro lapsum
in seruicia gehenne. Aliter legitur sic hic petit pro seruanda puritate cordis et dicit
fiat cor meum immaculatum i. sine macula peccati Ephes. p° elegit nos ante
constitutionem mundi ut essemus sancti et immaculati. In iustificationibus tuis i. i. operibus
iusticie tue. vel in exitio mandatorum tuorum iustificatum. Unde in operibus
iusticie actor potest committere maculam, p° si opera iusticie sunt committere ut ieiunium
sine elemosina, 2° si negligenter sicut contingit in oratione, 3° si elate ut si gratia
humana laudis, quarto si inconuenienter ut si pro precio temporali Eccl. 31 beatus diues
in operibus iusticie qui inuentus est sine macula, ut non confundar cum superbis con
fusione eterna Iere. 2 quid confundar sunt qui comprehendentur sunt confuse sicut cog
scere. Caph. hic octonarius ponitur littera coph quod interpretatur confusio vel desolatio
sine principatu q. d. In hoc octonario exprimitur desolatio sine spiritu a deo
conficitur a p° timore sancto dum e cogitatus qua in se est expertus etc.
Defecit in salutare tuum anima mea et in verbum tuum supersperaui. Cxxiiij
Ad l. hic agitur de beatitudine presenti est in actibus vite contemplatiue
et p° de eius suauitate 2° de eius sublimitate ibi. in ima leta post
p° dicit defecit ab actu exteriori ab scripta in contemplatione
summi boni anima mea in salutari tuo quod talis defectio est valde
salutaris. Et in verbum tuum supersperaui quod promisisti Abrahe de uita
eterna et eius semine. quanto enim aliquis in contemplatione magis eleuatur, tanto ma
gis de veritate huius promissionis certificatur. Aliter legitur sic hic agitur de nimio pro
ficientium in consummatione diuine veritatis et p° omnium desiderantium deuotionem ex no
titia salutaris veritatis et dicit anima mea pro nimia expectatione pro amoris
magnitudine defecit in salutare tuum i. in Christum quem diu expectaue
runt antiqui patres ut pene defecerint Prov. 13 spes que differtur affligit
animam, Ysa. xxiiij vrinam disrumperes celos et descenderes. Gen. xlix sa
lutare tuum expectabo domine, vel defecit in salutare tuum i. in aspectum visionis
veritatis tue salute promittentis quod estu auit in corde meo, defecit non vi
dens adhuc impletionem et fere non sustinens Ps. concupiscit et defecit ani
ma mea in atria dni sic pauper in atriis diuitis expectans beneficium, et in verbum
i. in promissum sum et verbum sacre illud ad implendum super speraui i. plus quam
dici posset speraui Io. v. verba que ego loquor spiritus et vita sunt. Io. xviij
sermo tuus veritas. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum dicentes quando conso
laberis me. Ad l. quanto oculi mentis anime plus eleuantur in deum tanto
plus percipiunt dignitatem boni etc. et veritatis que in sacra scriptura diuinis eloquiis
exprimuntur et transcendere in infinitum et pro quibus attenduntur eius desiderium ad vi
dendum deum inmediate et eo fruendum ideo subditur quando consolaberis me in presenti
beatitudine. Aliter legitur sic hic omnium intentionem desidiri et dicit oculi cordis mei
i. intellectus et affectus defecerunt propter longam expectationem et deuotionis ardo
rem in eloquium tuum i. propter promissionem eloquium tuum quando id implebitur, vel in
eloquium tuum quod penetrare non possunt usque ad intima veritatis. Unde defici
unt in nimia profunditate articulorum i. nimia luce primorum Ecc. xiiij°
defecerunt oculi eorum eo quod non erat herba in scriptura eis manifesta sed quando
veritas de terra est tunc se manifestat sicut herba cum de terra prodit, dicentes
in cogitationibus et desideriis quando consolaberis me in presenti beatitudine, vel fando
veritatem ortum de terra Ysa. 28 alteram ni sicut oculi mei suspicientes in
excelso Ps. 76 consolatur dominus Ysa. 52 consolabitur dominus in [illegible] defecerunt
oculi iustorum in contemplatione sed oculi stultorum a contemplatione [illegible]

Quia factus sum sicut uter in pruina iustificationes tuas non sum oblitus.
Ad l. quasi ex hac elevatione ad diuina reddatur quod inhibebit circa exteriora
agibilia ideo subdit quasi factus sum sicut uter in p. Uter enim in pruina delictus
videtur non applicabilis ulterius humanis usibus et homines excellentis contemplacionis
reputantur in agibilibus et politicis quasi stolidi In figura cuius facies moi-
si apparuit cornuta ex consortio sermonis domini Exo xxxiiii quasi excellentis
contemplacionis reputantur facti ab hominibus insanis cum tamen secundum veritatem sint
sapientes Quia sapiencia consistit in contemplacione secundum quod prius dictum est Aliter lectio sic
sicut omnis sua ydoneitate ad recipiendum vitalis per bona disposicionem et
deserere omnis mundi expectantes consolacionem quasi factus sum sicut uter in pruina
i. sum animo mortalis quod est in pruina i. quod in fusione celestis roris i.
celestis gratie ad ardorem concupiscentie refrigeratur et sic sum sicut uter in pruina
i. sum sicut pellis mortua parata ad recipiendum liquorem gratie. Vinum
enim utri frigido non calido infunditur et ibi melius servatur. Ecc xxiiii
Nunc ardore refrigerabit vos. Luc v. Nemo mittit vinum novum in
utres veteres. Iustificationes tuas non sum oblitus sed habeo eas in corde
per retencionem seu meditacionem in opere per operacionem sicut uter vinum. Iob
xxvii Iustificacionem quam cepi tenere non dimittam. Vel sic factus sum sicut
uter in pruina i. sum invenit ad negotia secularia sicut uter delictus in
pruina consessus in celesti gratia sicut uter pruina. Iustificationes tuas non sum ob-
litus sed retineo in corde per meditacionem et impleo eas per operacionem etc.
Quot sunt dies servi tui quando facies de persequentibus me iudicium. Ad
l. quasi excellentis contemplationis vita presentis videtur in tedium ideo subdit quot
sunt dies servi tui i. quamdiu retardabor a celsitudine celesti sicut apostolus
cupio resolvi et esse cum Christo. Quando facies de persequentibus me iudicium extre-
mum in quo persecutores humani generis scilicet demones detrudentur in infernum
et tunc vita contemplativa nunc inchoata consummabitur. Unde Augustinus super illud
verbum Io. sic eum volo manere donec veniam i. inchoata contemplacio ma-
neat donec veniam perficiendo cum venio ad iudicium. Aliter lectio sic sicut
omnis loquens expectacionem sue liberacionis a miseria et dicit quot sunt dies
servi tui quos transire oportet per miseriam in qua accipiam partem remuneracionis
q. d. multa sunt expectanda licet in se sint pauci. Gen xlvii dies peregrina-
cionis mee 130 anni pauci et mali. Quando facies de persequentibus me iudicium extre-
mum in quo demones persecutores humani generis mittentur ad infernum. Vel
facies iudicium vindicando iniuriam servis tuis illatam. Apoc vi Usquequo
domine sanctus et verus non vindicas sanguinem nostrum. Narraverunt mihi iniqui
fabulaciones sed non ut lex tua. Ad l. hic ponit impedimentum quod suaviter se
quod est in contemplacione scilicet per falsas suggestiones et dicit narraverunt mihi iniqui fabu-
las heresis et secte continet multa fabulosa et conficta sic eciam suggestiones
demonum sed non ut lex tua que nullam falsitatem continet quia tu sit a prima
veritate dictata. Aliter lectio sic hic omnis affirmans suum odium detestacionem
erroris contra assertio aperte cognoscit veritatem nam iniqui i. demones et homines
infideles narraverunt mihi proponendo ad cogitandum exhortando ad crede-
dum fabulaciones i. suggestiones et diversarum sectarum falsas assertiones. Primo ad Timotheum iiii eo
a veritate quidem auditum avertent ad fabulas autem convertentur. Sed non
sunt ut lex tua que dicitur veritatem in corde. Veritatem in ore. Veritatem in
opere. Ad Ro. xxii quod est mandatum magnum et diliges dominum etc. Ro xiii
plenitudo legis dilectio. De eo Malachie ii lex veritatis fuit in ore eius.
De eo Prov xxix qui custodit legem beatus est. Ps bonum michi lex etc.
Omnia mandata tua veritas iniqui persecuti sunt me adiuva me. Ad
l. omnia mandata tua veritas infallabiles. Iniqui persecuti sunt me. Infideles
enim et heretici illos persecuntur quando invenerint amicos quos non possunt a veri-
tate verbis avertere ideo subdit adiuva me contra eorum deceptiones et persecutores

Aliter legitur sic hic oritur persecutorum est exorta propter veritatem et dicit iniqui narraverunt fa-
bulatores sed omnia mandata tua sunt veritas non vanitas nec fictas Io xvii
Sermo tuus veritas est. iniqui persecuti sunt me propter illam veritatem cui attestor
ad quam hortor et qua delector. ii thi 3. Omnes qui pie volunt vivere in christo
persecutionem patientur sed beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam Math v
adiuva ad sustinendum patienter persecutionem ad consilium constanter vita-
te. Ecclesiastici xxiiii doce adiuva nos Paulominus consummaverunt me in terra
Ego autem non dereliqui mandata tua Id est aliquando enim fuit tanta persecutio
et tanta quod ab aliquibus tenebantur sancti contemplativi defecisse sicut quando Helias fu-
git a facie yesabel prophetas domini interficientis, et quando manasse implevit
iherusalem sanguine prophetarum iiii Regum xxiiii et tempore arrii heretici ecclesiam fuerunt
in magna persecutione ita quod quasi videbantur defecisse tamen in omnibus persecutionibus
aliqui reservati sunt ideo subditur Ego autem non dereliqui mandata tua Aliter
legitur sic hic oritur persecutionis vehementia quod iniqui persecuti sunt me in tan-
tum quod paulominus fere consumaverunt, id est fecerunt me ut perderent me in terra
affligendo et dimisi de temptando Esdre ix iniquitates nostre usque ad
consummacionem. Ego autem quamvis persequerentur me non dereliqui mandata tua
sed ea observavi persecutiones diligens ob remuneracionem Prov iiii donum
bonum tribuam vobis legem meam ne derelinquatis Secundum misericordiam tuam vi-
vifica me et custodiam testimonia oris tui Id est et quia quod aliqui non de-
ficiant in persecucionibus hoc procedit ex bonitate divina ideo subditur secundum misericordiam
tuam vivifica me confortando in persecucione et custodiam testimonia oris tui
id est precepta decalogi et verba eorum que processerunt ex ore dei. Aliter legitur sic
hic petitur vivificatio misericordie et dicit vivifica me suscitando a morte
culpe secundum misericordiam tuam id est per tuam misericordiam vel vivifica me ne languendo
deficiam a vita gracie secundum misericordiam tuam que sunt opera tua Abak 3 opus tuum
vivifica me Act xvii In ipso vivimus movemur et sumus, et custodiam
id est opere implebo testimonia oris tui id est sermones quibus testimonium dedisti de te, id est
quando das testimonium vite et mortis in hiis perseverando Ysa viii liga
testimonium signa preceptum in biblia. signa legem in discipulis, custodiam
etiam testimonia id est misericordiam tuam amando et si oportuit sustinendo illa Vide-
tur assignare istius mutationem ad veritatis [illegible] testificationem ad implecionem
perseverantem ideo vere propter hoc [illegible] ordinatio legis [illegible] quod [illegible] mutatus
In eternum domine permanet verbum tuum in celo Id est hic describitur contem-
platoris stabilitas 2o impedimentum et ibi nisi quod lex tua. primo dicit sic In eternum
domine id est istud verbum quo deus alloquitur cives celestes sunt domine illuminaciones
seu revelaciones angelis facte quarum alique permanebunt usque ad diem iudicii
sca sed ille que sunt de salutis hominum procuracione seu promocione. sed illumina-
tiones quantum ad noticiam divine essencie et personarum durabunt in eternum et
que revelaciones pertinentes ad procuracionem nostre salutis per angelos venerunt
[illegible] hominibus sanctis secundum dispensacionem divine sapiencie ideo subditur in generacionem et
Aliter legitur sic In isto gradu ostenditur de modo perficiendi quantum ad co-
gnicionem divine veritatis ad quam ascenditur per contemplacionem creaturarum et me-
ditacionem scripturarum et post contemplacionem legis eterne in creaturis superiori-
bus angelica et dicit domine deus pater verbum tuum id est filius tuus permanet in celo em-
pireo Io primo In principio erat verbum. In celo Genesis primo In principio creavit
deus celum et terram. in eternum id est sine fine quoniam non potest capi ab illo.
iii Regum viii celum et celi celorum te non capiunt. vel sic verbum tuum id est volun-
tas tua Ysa xl verbum domini manet in eternum. permanet in eternum in celo
id est in cetu angelico Math vi fiat voluntas tua sicut in celo id est in celo
id est in angelis et in terra id est in hominibus vel sic verbum tuum id est statutum tuum
Ps verbo domini celi firmati sunt et in eternum permanet in celo id est in firmamento

et in his que sunt in illo Iob xxv qui facit concordiam in sublimibus vel
sic verbum tuum, i. lex tua et mandatum permanet in celo, i. in viro iusto Ysa.
lxvi celum mihi sedes est. Iere. 21 hoc sensu manet et sapientia sine fine. In genera-
tione et generatione veritas tua fundasti terram et permanet. Ad l. In generatione
veritas tua per angelos sanctis revelata in omnibus generationibus sibi succedentibus
sicut Enoch et Noe in generatione ante diluvium Abrahe et aliis patriarchis
et prophetis in generationibus usque ad Christum et a tempore Christi usque ad iudicium fundasti
terram et permanet quasi diceret ut terra sit stans post conformationem hominum multo fortius
permanebunt tue illustrationes usque ad salutem eorum. Aliter le. sic exponitur tamen
contemplatione legis eterne in creatura rationali insidenti sibi habitualiter et dicit veritas tua
permanet in generatione antiqua que fuit sub veteri testamento et generatione nova
que est sub novo testamento. Vel sic in generatione et generatione, i. in omni gene-
ratione successione a principio mundi quia generationes sibi succedentes succedunt
et sic sunt in illis aliqui amatores veritatis. Ipse confirmat esse firma ergo
et veritas domini manet in eternum. Fundasti terram et permanet. Sicut est fundata et
stat in eternum quantum ad substantiam licet sit transitus quantum ad figuram. Eccles.
i generatio preterit et generatio advenit, terra autem in eternum stat, sed transit quantum
ad figuram. i. Cor. vii preterit figura huius mundi. Vel potest dici terra, i. ecclesia
permanet que licet concutiatur tamen permanet in Christo fundata. Ordinatione tua
perseverant dies quoniam omnia serviunt tibi. Ad l. Exponitur autem hoc idem aliquo
exemplo et dicit quod tu ipse dies constituisti quoniam omnia serviunt tibi subiecta ad
nutum suo creatori quasi diceret multo fortius perseverabunt dies intellectuales, i. re-
velationes tue veritatis necessaria ad directionem nostre salutis. Aliter le. sic exponitur contra
contemplationem legis eterne in creatura rationali superiori sibi. Sole et dicit lex
tua Domine permanet in angelis veritas in hominibus in terra in fundatione ecclesie dies
quando causatur ex latione solis super emisperium perseverant continua successione
et ordinatione tua, i. tua dispositione et tuo statuto. Iere. xxxi qui dat solem
in lumen diei, quoniam omnia creatura serviunt per debita servitute subiecta. Eccles. ult.
Omnis creatura deserviet est propter tuus. Iudith. Deo serviat omnis creatura tua.
Nisi quod lex tua meditatio mea est tunc forte perissem in humilitate mea. Ad l.
Hic ponit impedimentum contra peccata que corpus aggravat animam. Sap. ix quod magis pre-
stat omnia illustrationem et quod contra talem impedimentum valet omne legis
scripture meditatio. Unde Ioh. ama scripturarum sacrarum studia et carnis vi-
tia non amabis. Et dicit nisi quod lex tua meditatio mea est, i. nisi fuisset occu-
patus in tua meditatione tunc forte perissem per lapsum in culpa gravi in
humilitate mea, i. impulso corruptionis mee carnis que ex sua voluntate
est causa mee humiliationis. Ezechiel xvi humiliatio tua in medio tui. Aliter
le. sic a primo huius octonarii tractatur de contemplatione legis eterne in futuro
hic autem de meditatione in scriptura ostendens quam sit utilis. Et primo utilitatem
meditationis scripturalis dicit nisi quod lex tua meditatio mea est, i. si non fuisset
occupatus meditatione legis tue et tuorum mandatorum, vel si lex tua, i.
fides operans per dilectionem non fuisset in frequenti meditatione mea. Deut. viii
si vero oblitus domini dei tui secutus fueris deos alienos predico tibi quod omnino
dispereas, tunc forte quasi diceret hoc erat in libertate mea, perissem cadendo in
peccatum mortale et tandem in foveam gehenne in humilitate mea, i. impulso
temptationis carnis que ex sua vilitate est causa mee humiliationis et deiectionis
vel in humilitate mea, i. in mea afflictione sicut amplius humilitas. Eccli. 2 in humi-
litate tua patientiam habe. Eccli. xiv beatus vir qui in sapientia morabitur
et in iustitia meditabitur. In eternum non obliviscar iustificationes tuas
quia in ipsis vivificasti me. Ad l. quia hic conservationem dicit diligenter custodi-
tamquam valde utilem hoc subdit. In eternum non ... que continentur in lege tua
quia in ipsis vivificasti me per eorum meditationem preservando me a morte
peccati. Aliter le. sic exponitur permittit se servare legem utilem et dicit In eternum

i. quamdiu vixero non obliviscar iustificationes tuas i. precepta et sacramenta quibus
iustificas me. Prover. iiii°. Fili mi ne obliviscaris legis mee et precepta mea
cor tuum custodiat. Quia in ipsis iustificationibus vivificasti me vita spiritualem
conferendo collatam conservando. Deutero. xviii. que faciens homo vivet in eis. Luc. x.
hoc fac et vives. Tuus sum ego salvum me fac quoniam iustificationes tuas
exquisivi. Ad litteram hic ostendit quod tuus sum ego eo quod vitam servasti. Ideo modo
salvum me fac de futuro sicut fecisti de preterito quoniam iustificationes tuas i. legem
conservans exquisivi intellectu et affectu. Aliter legitur sic. Hic ponitur tertium in quo petit
se salvari et dicit tuus sum ego servus tuus corde et ore et in vita conversatione
et non alterius servus. Luc. vi. Nemo potest duobus dominis servire. Salvum me fac
conserva me in tua gratia in presenti et in futuro in gloria. Ier. xvii. Salvum me fac et
salvus ero. Quoniam iustificationes tuas i. precepta et consilia tua quibus iustificas
homines exquisivi i. diligenter quesivi intellectu et affectu ut intelligerem et facerem
ea. Luc. viii. Qui querit et inveniet. Me expectaverunt peccatores ut perderent
me. Testimonia tua dilexi. Ad litteram hic ponitur impedimentum ex parte demonum in-
sidiantium et dicit me expectaverunt peccatores i. maligni spiritus in peccatis obstinati
ut perderent me per lapsum mortalis culpe. Testimonia tua intellexi i. te-
stimonium intra me legi et sic eorum insidias evasi quia sacre scripture devota
meditatio est armatura contra temptationes demonum. Aliter legitur sic. Hic ostendit
quod custodia mandatorum munita est contra pugnam adversariorum et dicit peccatores
i. demones et mali homines expectaverunt me i. consensum meum ut traherent
ad culpam et consequenter precipitarent in gehennam. Prover. xii. Draco stabat ante
mulierem mansuram parituram ut devoraret fetum. Iterum quia mali agunt insi-
diose quia expectant consensum. Perniciose quia ut perdant. Iniuriose quia me iustum
et in nullo perdiderunt. Testimonia tua intellexi i. scripturarum virtutum tue atte-
stationibus intellectum finxi que promittit coronam propter te patientibus. Iacob. pri-
mo. Beatus vir qui suffert temptationem. Omnis consummationis vidi finem latum manda-
tum tuum nimis. Ad litteram et quia ex tali meditatione intellexi finis perfectionis
quare. Ideo subditur omnis consummationis i. cuiuslibet perfectionis vidi finem et quibus sit ille
finis. Ostenditur cum subditur latum mandatum tuum nimis. Istud est mandatum caritatis
quod est tante latitudinis quod se etiam extendit ad inimicos. Quod autem sit perfectionis
consummatio. Prima ad Thimotheum primo. Finis precepti est caritas. Deutero. Quid petit a te
dominus deus tuus nisi ut diligas eum ex toto corde tuo. Mat. xxii. In hiis
duobus mandatis pendet lex et prophete. Aliter legitur sic. Hic agit de ista consideratione
caritatis et dicit lex tua est in circuitu meditatione mea in scriptura et sic per
creaturas et per scripturas vidi i. cognovi finem i. Christum omnis consummationis a quo
et ad quem est omnis perfectio. Ro. x. Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti.
Hunc finem vidit david revelatione spirituali sicut abraham. Io. viii. Abraham
exultavit ut videret diem meum et cetera. Vel sic vidi i. cognovi finem omnis
consummationis i. perfectionis et quis est ille finis perfectionis. Est mandatum tuum latum
nimis i. mandatum de caritate quod est latum et extendit se usque ad inimicos di-
ligendos. Mat. v. Diligite inimicos vestros. Hic enim finis intendi ab operatione
sic caritas dei et proximi intendi a quolibet iusto. Vel tertio dicitur caritas finis
consummationis. Prima Thi. primo. Finis precepti est caritas. Vel latum nimis i. leve
et facile est michi ad implendum. Mat. xi. Iugum meum suave est et cetera. Vel sic
vidi finem i. terminum et diffinitionem omnis consummationis i. omnis rei consumptibilis,
sed mandatum tuum de caritate non est consumptibile, sed latum nimis quia
numquam excidit. Prima Corin. xiii. Propter predicta recte ponitur hic octoria littera lamech
quod interpretatur cor sumens quia considerans legem dei eternam in creaturis utilem in scriptura
latitudinem caritatis et totum cor occupat servitio dei. Psalmus cxviii

Quomodo dilexi legem tuam domine tota die meditatio mea est. Ad litteram
hic ostenditur bonitas vite contemplative ex parte modi contemplandi
que contemplatio est per sacram scripturam virtute spiritus sancti propter quod non

pt ibi felicitas inveniri et ego tuus modus contemplandi est melior quam philoso-
phi pt felicitas ministerii et ego dicit quomodo dilexi legem tuam domine que in sacra
scriptura continetur et maxime legem evangelicam que dicitur lex amoris. tota die medi-
tacio mea est quia oculus mentis dirigitur ad illud quod intense diligit. Aliter legitur
sic omnes potest que diligenda est divina lex si pregustatur divine dulcedinis que
sentitur in lege et dicit quomodo i. quam fortiter quam vehementer quod valde ardenter
dilexi legem tuam domine que est de dilectione quia lux est optima ad videndum
et dux ambulanti ad recte incedendum. Prov vi mandatum lucerna et lex lux.
Malach 2 lex veritatis fuit in ore eius iniquitas non est inventa in labiis eius
fons sitienti ad potandum. Prov xiii lex sapientis fons vite. tota die
naturali que comprehendit diem artificialem et noctem meditatio mea est. quia
oculus mentis fertur ad id dirigitur quod intime diligit. Ps In lege eius meditabitur
die ac nocte. Eccl 21 In medio cogitatuum lege assiduus esto. Super
inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo quia in eternum michi est.
Ad le. sic subditur causa dilectionis quantum ad peccatores intelligitur et dicit super inimicos
meos i. super infideles quilibet quantum ad nos sunt inimici. sunt tamen quantum
ad infidelitatem inimici. prudentem me fecisti i. cognoscentem quod non habent
sacram scripturam. sed tamen equaliter imperitum quantum ad gentiles. vel si habent
non tamen intelligunt eam prout est, sed prout sunt ut iudei et heretici. mandato
tuo i. per mandatum tuum a me vere intellectum ex tua illustratione. quia in eternum
michi est. i. michi impressum interius. Aliter legitur sic sicut prius causa dilectionis
super preceptis divine bonitatis et dicit fecisti me prudentem ad cavendum malum
et faciendum bonum. mandato tuo i. per tuum mandatum. super inimicos meos i.
plures sunt prudentes mundi tamen quia non habent intellectum sacre scripture sicut
iudei signa querentes. vel pagani querentes prudentiam et scientiam humanam
inventam. Baruch 3 filii agar qui exquisierunt prudentiam que de terra est. et illi
sunt quasi prudentes in tenebris. Luc xvi ego tamen sum prudens super illos
mandato tuo quia in eternum est infixum cordi meo tuum mandatum. Baruch
iiii hic liber mandatorum dei et lex que est in eternum omnis qui tenet eam. Super
omnes docentes me intellexi quia testimonia tua meditatio mea est. Ad le.
super omnes docentes me. de sacra autem scriptura docent hoc dupliciter. Uno modo ab homine
recto intellectu sacre scripture et in ea nova disputatio aliquid tradendum
lingua quia est clarius ingenium et diligencius exercitium sic contingit in pluribus
fidelibus et in persona tua dicit super omnes docentes me intellexi sacre scripture
veritatem, cuius causa subditur quia testimonia tua meditatio mea est. i. meditatio
mea circa testimonia tua continue versatur quantum quam fragilitas patitur.
Alio modo donum a deo sic docti fuerunt apostoli de quibus dicit Iero in epistola ad
Paulinum de omnibus sacre scripture libris. quidquid alii exercitatio et cottidiana
in lege meditatio tribuere solet hic illis spiritus sanctus suggerebat. et iste modus
sciendi est excellentior quam primus. Aliter legitur sic sicut prius super preceptum divine
bonitatis quantum ad subtilitatem in contemplando et dicit intellexi veritatem rerum
et spiritualem sensum scripture super omnes docentes me i. plures omnes qui me do-
cuerunt sensum literalem tamen scripture et non spiritualem et qui docebant et non fa-
ciebant sicut scribe et pharisei. Math xxiii super kathedram moysi sederunt scribe
et pharisei quecumque dixerint vobis etc. dicunt enim et non faciunt. Eccl 32 anima
viri iusti aliquando magis enunciat vera quam septem circumspectores sedentes in
excelso ad speculandum. quia meditatio i. diligens inquisitio mea est testimonia
tua i. de tuis testimoniis spiritualis intelligentie et ex caritate ad implendum
clausis quia caritas igne verbi dei ardenter. et ideo dicit se ex meditatione verbi
profecisse. Super senes intellexi quia mandata tua quesivi. Ad le. super
senes i. peritiores longi temporis notitia sacre scripture habentes intellectum cuius
causa subditur quia mandata tua quesivi i. intellectum verborum tuorum ante in frequenti
et devota oratione et dedisti michi. Sap 7 invocavi et venit in me spiritus sapientie.

Aliter legitur sic: hic tamen perfectio divine bonitatis quantum ad intelligentiam agendorum
et dicit super senes, id est plus quam senes qui multa experti sunt in agendis per cursum longi
temporis intellexi, quia multi senes per multam experientiam perversi facti sunt. Danielis
xiii Egressa est iniquitas a senioribus. Quia mandata tua quesivi ut ea adim-
plerem in quibus consistit vita eterna. Ecc. 2 hoc toto in gestu suo dedit decus
sapientiam et scientiam et intellectum. Ab omni via mala prohibui pedes meos
ut custodiam verba tua. Id est hic ponit bonitatis contemplacionis pertinet dignitas
fiunt ad vitandum malum et prosequendum bonum, et dicit ab omni via mala que ducit
ad perditionem, prohibui pedes meos directos per consideracionem legis tue ut custo-
diam verba tua id est mandata tua que prohibent malum. Aliter legitur sic: hic est
et pars prima huius octonarii scilicet preceptio boni et divine per legem suam et hoc in
fugiendo malum et operando bonum, et dicit prohibui pedes meos id est affectiones
meas ab omni via mala que ducit ad perditionem scilicet a concupiscentia carnis, a con-
cupiscentia oculorum et a superbia vite. Prima Johannis 2 Omne quod est in mundo aut est concupiscentia
carnis id est vita molli et lubrica, aut concupiscentia oculorum hoc est vita avara,
aut superbia vite. Ecclesiastici xviii Post concupiscentias non eas et a voluntate tua avertere.
Vel ab omni via mala id est malorum spirituum, perversorum doctorum, seniorum impiorum.
Proverbiorum primo Fili mi ne ambules cum eis, ut custodiam verba tua id est mandata
tua que prohibent malum, quia peccatum et mandata dei non compatiuntur se. Prima Johannis 2
Qui in deo manet non peccat, qui servat viam eius in illo manet et ipse in illo.
A iudiciis tuis non declinavi quia tu legem posuisti michi. Id est a iudiciis
tuis in lege divina contentis non declinavi ad [illegible] sinistram timoris, [illegible]
favore, quia tu legem posuisti michi quam teneor semper absque declinatione.
Aliter legitur sic: hic ostendit se prepositum bonitate dei per legem et hoc faciendo bonum,
et dicit a iudiciis tuis id est a decretis tue voluntatis vel a mandatis et institutis
regularibus vite bone non declinavi id est non recessi ab eis per inobedientiam.
Deuteronomii xxiiii legat illud omnibus diebus vite sue ne declinet ad dexteram vel
sinistram. Sicut dicitur Job xxx si declinavit gressus meus de via. Nota declinat qui
cadit a recto in obliquum et ab obliquo uno in aliud. Sic qui cadit a gratia in
culpam ab una culpa in aliam. Sic non declinavi quia tu legem posuisti id est michi
tradidisti quam non debeo transgredi sed semper absque declinatione tanquam scriptam in
corde meo. Jeremie 31 Dabo legem meam in visceribus eorum et in cordibus eorum eam
scribam. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. Id
est quia ex exercicio mandatorum legis experitur consciencia retribucionem dele-
ctabilem animi, id subdit quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Nota et fauces accipi-
untur hic metaphorice pro viribus superioribus anime quibus celestium in presenti aliquid
sentitur et pregustatur et per quod primum quod est huius dulcedinis impeditur. Aliter
legitur sic: primo ostendit se prepositum per legem bonum et divina in intellectu et in affectu,
hic in affectu, et ostendit divinorum eloquiorum saporem et dicit eloquia tua facta sunt quam
dulcia id est valde dulcia et delectabilia faucibus meis interioribus id est affectibus et
desideriis cordis. Ezechielis 3 dicitur de libro comesto factum est in ore meo quasi mel dul-
ce. Super mel ori meo id est plus quam mel male ori meo exteriori. Prov. xxiiii Fili co-
mede mel quia bonum est, id est eloquium dei quia bonum est et si cortex exterior videatur
insipidus medulla tamen interior id est sensus spiritualis est dulcis. Ecclesiastici 24 spiritus meus
super mel dulcis. A mandatis tuis intellexi propterea odivi omnem viam
iniquitatis. Id est quia dulcedo divina pregustata commovet primum id subdit
a mandatis tuis intellexi dulcedinem tue retribucionis. Ysaie lxiiii Oculus
non vidit, auris non audivit que preparasti diligentibus te. Propterea odivi omnem
viam iniquitatis quia impedit consecucionem istius dulcedinis et suavitatis. Aliter legitur
sic: ostendit per quod ducitur ad dulcedinem eloquiorum et dicit intellexi eloquia tua
et sacram scripturam a mandatis tuis id est per impletionem tuorum mandatorum. Vel
intellexi quam dulcia sunt eloquia tua a mandatis tuis michi in corde
dulcescentibus et maiorem intelligentiam habui sicut ex gustu intelligit homo.

pro concupiscentias tuas

– sapor
– vitatur

de vino quale est Eccli po Fili concupiscis sapientiam serva iustitiam et
deus prebebit illam tibi. Eccli et imposuit deus sermoni i. obediencie nostrum
petrus quod mihi agnoscens. sic ergo semper dulcedinem et virtutem agnoscens
mandatorum dei. propterea odivi omnem viam i. omnes adinventiones ut mos
ducentes ad iniquitatem contra mandata dei. Quasi gustatis spiritu de spiri-
tu suo. Amos v odite malum diligite bonum. In hoc ergo ostendo
scire se bonitatem mandatorum dei sensisse et intellexisse et in effectu et in affectu
locavit propter legem meum quod mihi visa vel ex operibus quod ex operibus divina-
tis mea visa sunt repleta. Lucerna pedibus meis verbum tuum et
lumen semitis meis. Ad l. hic post dicta contemplacionis prosecucione
boni et dicit lucerna pedibus meis i. progressui i. operibus bonis verbum tuum a
me diligenter consideratum et lumen semitis meis. repeticio est eiusdem sine
sub aliis verbis ad maiorem expressionem. vel hoc addit quod verbum dei non
solum dirigit i. ad implendum preceptis divinis sed etiam consiliis evangelicis
que dicit scire qui sunt strictiores vie et magis perfectiores. Aliter legitur sic hic per
legis divine commendacionem quantum ad vetus et novum testamentum et dicit dilexi
legem tuam domine propter dulcedinem spiritualem quam in ea sensi. et verbum tuum per
moysen et alios prophetas ad nos delatum est. lucerna i. lux in testamento
et vitas figura. pedibus meis i. affectibus et rationi mee ad te dirigendis
2 pe. po habemus certiorem propheticum sermonem cui bene facitis attendentes tamquam
lucerne in caliginoso loco. et verbum tuum evangelium est lumen semitis meis i.
processui vite mee. Magis enim scire filiorum dei pervenit sed lucernam
[illegible] venit evangelium. Ysa lx ambulabunt gentes in lumine tuo. de verbo prophetico
mandatum lucerna et lex lux. vel verbum i. filius qui est lucerna i. lux in testa-
assumpte humanitatis sed lumen ratione sue divinitatis que illuminat pedes i. affectus
interiores et semitas i. actus exteriores. Aliter possem dicere hic qui in [illegible]
Iuravi et statui custodire iudicia iustitie tue. Ad l. et quod hic prius
verbum est bonum id diligenter custodiendum id subdit iuravi et statui i. firmiter
et sine mutabilitate disposui custodire iudicia iustitie tue per quam iustitia
ergo pervenit ad salutem. Aliter legitur sic hic ostendit firmam adhesionem ad custo-
diam legis dei et dicit iuravi exterius ore et statui interius in corde et firmiter
sine mutabilitate disposui custodire iudicia iustitie tue i. que iudicia facies
secundum iustitiam tuam quando bonis dabis premia vite eterne et reprobis condempnacionem
pene eterne. Vel sic iudicia iustitie tue i. leges tuas a tua iustitia
tamquam quedam iudicia emanentes. Oportet ergo custodire quod licite iuratum
est. Ysa lvi custodite iudicium et facite iustitiam. Unde Ezech xviiio
Iudicantur ergo spiritus et fecit quod prevaricatus est ponam in capite eius.
Humiliatus sum usquequaque domine vivifica me secundum verbum tuum. Ad l.
hic ponit impedimentum remotum primo a carne corrupta que impugnat animam
impediens ipsam a prosecutione mali et dicit humiliatus sum usquequaque i. in
inclinatus et afflictatus a carne que est causa humiliacionis vel debilitatis
sue vivifica me fortificando contra [illegible] secundum verbum tuum i. ut facilius
possum exequi lege tua. Aliter legitur sic hic ponitur multiplex [illegible] signis ex
legis dilectione et ponit sex gradus. primus est voluntarie humiliacio et dicit
humiliatus sum i. inclinatus ad amorem terrenorum et conculcatus a propria carne
usque i. valde. vel sic humiliatus sum per lege tua usque i. valde i. toto cor-
de meo et in omni opere. i pe v. humiliamini sub potenti manu dei. Se-
cunda est humiliacio iniqui Eccli xix est qui nequiter se humiliat et interiora
eius sunt plena dolo. vivifica me per tuam graciam vita spirituali seu actus
ab amore carnis et terrenorum relevando secundum verbum tuum i. secundum promissum
verbi tui ut facilius possim exequi legem tuam. vel ut secundum viam tuam vivam
[illegible] ratione curando et districtione Levit xviii bona lex est observari vere
secundum verbum tuum i. promissum tuum Ysa lvii in sermone humilitas et cum contrito et

humili spu ut vivificet spm humiliu et vivificet cor contritor. Iaco iiii o
Deus superbis resistit humilibus aut dat graciam. Voluntaria oris mei bnepla
cita fac dne et iudicia tua doce me. Ad l ad impetrandu gras vivifi
cantes facit oro devota qd subdit voluntaria oris mei i peramina volutate
et devote ex ore meo ad te directa bneplacita fac dne i lata accepta sint
coram te et iudicia tua doce me intelligere et ope ad imple. Alit le sic
ct petit ut ore locutus et oro deo placeat et dt dne voluntaria oris mei
i vba cordium peticionu et laudativa volutaria i spontanee et volunte
tibi oblata fac bneplacita i accepta maiestati tue taqua sacrificia ob
lata. Sed quedam aliqn sut extorta ut i demoniis luc xiiii Exibat demo
nia a multis clamantia et dicentia aliqn sut simulatoria ysa xxix populus
hic ore me laudat cor aut eoru longe e a me aliqn voluntaria et
hec placet deo ps voluntarie sacrificabo tibi et iudicia tua i decreta
voluntatis tue ut sciam que bneplacita sint tibi doce me intelligere et fa
cere qr alit no possem ea imple Ro xi quam incomprehensibilia sut iudicia
eius qr noticia iudicior dei facit homines humiles et devotu ps Iudicia
dni vera iustificata i semetipsa. Anima mea i manibus meis semp
et legem tuam no sum oblitus Ad l aia mea i manibus meis e i sum i pericl
aie mee p lapsu ex carnis agilitate q[illegible] pp quod indigeo auxilio
divino subdit et lege tua no sum oblitus meditans ea i corde et exequens
ope Alit le sic sic ont diligentia qua habuit in corde et in ope et dt
aia mea i cogitatio mea et diligencia e i manibus meis i opa corporis exe
cutoribus ne esse in vacuo Sic de david dr pri Reg xix posuit aut suam
i manu sua et percussit philisteum Iob diag mea porto i manibus
meis usq ad impleverit id psi cu timore et tremore salutem vram operam
Vel sic aia mea est i manibus meis i in ptate ad salvandum ea ut et ad
dampnandum Ecc an hoie vita et mors Vel sic alia lra aia mea
e in manibus tuis ubi sut aie iustor Sap iii Iustor aie i manu dei sunt
et legem tuam no sum oblitus i madata legis habui i memoria ne facerem
opus contra legem dei i periculu aie mee sed iugi meditacione ad tenui
ut regulam operacionis mee Prov iii fili ne obliviscaris legis mee et ma
precepta cor tuum custodiat. Posuerunt peccatores laqueum michi et de mandatis
tuis no erravi Ad lram hic ponit impedimentum sibi ab hostibus q intu
lerunt operi impedire et dt po peccatores i demones laqueum mi i deceptiones
seu temptaciones ad impediendum me a perfectione boni et de madatis tuis
no erravi i eis no offendi p graciam tua me psvadente Alit le e hic
ont negligentia malor i temptando et discrecionem iusti i evadendo et dicit
peccatores i demones et mali homines posuerunt i sub ordinaverunt laqueum
mi i temptaciones ad capiendum me. Ier v inventi sut i plo meo viri impii
insidiantes qi aucupes ponentes laqueos et pedicas ad capiendas aiasque
ecce oia vituperalia efficiunt qr peccatores et forma qr posuerunt et ma
qr laqueus et finis qr mi et de madatis tuis no erravi i no recessi a
tuis madatis et sic laqueos evasi Prov i frustra iacit rethe an oculos
pennatorum i qui dum cum avibus volat i celestibus no illaqueatur sic qui offert
ut elevet cor ad obediendum deo Ecc xxxv Sacrificium salutare attendere
madatis Hereditate acquisivi testimonia tua i eternum qr exultacio cordis
mei sunt Ad l hereditate sc i immobile quasi ex desiderio meo sic hec
e immobile possio qr exultacio cordis mei sunt Mt xiii simile est
thezauro abscondito i agro quem qui homo invenit etc. Alit le sic hic
quintus gradus sc affectus perfecti p deo exultacio in tribulacione et dicit
acquisivi desiderio et corde hereditate i p iure hereditario ut p hereditate
eterna testimonia tua i precepta tua testificatia vitam et mortem ut testi
monia tua i intria p hec ut veniret super me Iob sic tribulati fuerunt
sicut precedentes Iudith viii Abraham pr me temptatus est et p multas tribu:

Iacob autem dei filius est. Sic Iacob. Sic moyses et omnes qui placuerunt
deo per multas tribulaciones transierunt. Vel hereditas sunt eorum dei. In eternum
id est in eternum gaudium propter eius premium eternum quod hereditabit. Eccl. xlvi. Fortis in bello
ihesus nave exurgere inimicos et hostes ut consequeretur hereditatem israhel
et propter hoc ut iniquitas quam acceptum ponere sit exultacio cordis mei. Act. v.
Ibant apostoli gaudentes a conspectu consilii quod digni sunt pro nomine ihesu contumeliam pati.
Vel apostolus ad Gal. vi. Castigo corpus meum in corpore meo porto. Inclina-
vi cor meum ad faciendas iustificaciones tuas in eternum propter retribucionem. Ad Ro.
inclinavi cor id est non tantum ad audiendas quia non auditores legis sed factores
iustificabuntur. Ro. ii. cap. In eternum id est perseverantur quia qui perseveraverit usque in
finem hic salvus erit. Math. x. Et subdit propter retribucionem que est salus eterna.
Aliter legitur sic. Hic est sextus gradus et ultimus scilicet promptitudo perseverancie et di.
Inclinavi humiliter cor meum libenter et ferventer ad faciendas id est ad compren-
dendas non ad cognoscendas vel docendas tantum iustificaciones tuas id est tua pre-
cepta et consilia in eternum id est semper et perseveranter propter retribucionem id est propter premium
vite eterne quod desidero. Prov. xiii. Iustis retribuentur bona. In hoc octo-
nario continetur sermo dei quia est lumen cum humilitate cordis devocionem
lectionis diligenciam operis prudenciam in temptacionibus leticiam in tribulacione
et timore perseveranciam in bono opere in spe refectionis eterne. Ideo recte premitur
littera nun quod interpretatur unitas vel pascua quia dei sermo dei est [illegible] Sic ergo
est et unitas adiutor iustorum et pastor. Dominica die ad unam vel adiuva me

Iniquos odio habui et legem tuam dilexi. Ad litteram ostensa bonitate
conversacionis sine scripture hic excludit omnem scilicet maliciam de-
ceptionis et erroneae doctrine. Et Ro. ii. Detestabilis Ro. for-
midabilis ubi feci iudicium. Postquam dixit in persona cuiuslibet fidelis
Iniquos odio habui quorum non est diligenda sed detesta-
nda infidelitas et propter oppositum veritas fidei diligenda. Ideo subdit
et legem tuam dilexi. Aliter legitur sic. Hic orat qui odit malos et legem im-
pugnantes et dicit Iniquos id est demones et homines iniqua agentes contra
legem tuam odio habui et habeo. Licet eorum naturam non iniquitatem sed homines
diligo. Osee vi. Exosos habui sicut et tu. Eccl. xii. Altissimus odio habet
peccatores. Et legem tuam per quam venit ad vitam dilexi in corde meo et
opere implevi. Ps. Quomodo dilexi legem tuam domine. Adiutor et susceptor
meus es tu et in verbo tuo supersperavi. Ad litteram quia ad predicta requiritur auxilium
dei. Ideo subdit Adiutor in evitacione falsitatis et susceptor meus in fide veritatis
es tu qui es veritas infallibilis et propter hoc in verbum tuum supersperavi quo
vitam promisisti abrahe et semini eius in omni fide eius imitanti. Gen. xv. Quo
super deum. Aliter legitur sic. Hic fidelis petit deum sibi adiutorem et dicit tu esto ad-
iutor meus ad benefaciendum et susceptor meus ad malum evadendum. Eccl.
vi. Fidelis adiutor et protector sicut es mihi et liberasti corpus meum a perdicione et in verbo
tuo supersperavi id est plus speravi quam merui super verbo tuo id est super promissa verbi
tui quibus promittis protectionem et vitam sperantibus in te et qui credis quod promit-
tis. Eccl. ii. Nemo speravit in domino et confusus est. Et ita omnia tua gratuita
sperem. Eccl. xxiiii. In me omnis spes vite et virtutis. Declinate a me ma-
ligni et scrutabor mandata dei mei. Ad litteram quia infideles non impediunt
non solum sunt odiendi sed etiam fugiendi propter periculum corrupcionis. Ideo subdit de-
clinate a me maligni ideo scrutabor mandata dei mei sinceriter sine admixtione
erroris veri. Aliter legitur sic. Hic petit ne impediatur circa mandata dei a ma-
lignis et dicit declinate id est recedite a me maligni id est demones vel mali homines
qui estis male igniti contra veritatem et ne impediatis me vestris temptacionibus
et ne faciatis me ad vos declinare. Eccl. xiii. Qui tetigerit picem inquinabitur
ab ea. Eccl. 27. Complacitum est domino recedere ab iniquitate et scrutabor me-
ditando ostendo non impeditus a vobis impugnantibus mandata dei mei que
ducunt ad vitam. Math. 19. Si vis vitam ingredi serva mandata. Ideo scrutari

scripturas in quibus putatis vos vitam habere. Unde quia malum consuetum frequenter
impedit bonum studium. Suscipe me secundum eloquium tuum et vivam et non confun-
das me ab expectatione mea. Id est et quia deus assumit quos mandata servant
et recedunt a malis. 2 Cor. vi^o Exite de medio eorum et separamini dicit dominus
et ego recipiam vos et ero vobis in patrem. Ideo subditur Suscipe me etc. Iam allega-
tum et vivam vita gratie, et non confundas me id est confundi permittas in frustratione
spei mee propter quod subditur ab expectatione mea. Spes enim est etiam expectatio futu-
rorum. Aliter legitur sic. Hic petit auxilium gratie sine quo non potest proficere in bono
et dicit suscipe me ad te confugientem tuam doctrinam cupientem et auxilium a
malorum impugnationibus liberando secundum eloquium tuum id est secundum promissum verbi tui se
Exite de medio eorum et ego recipiam vos. Ysa. xxxiii^o Unde fugimus
suscipiam eum et vivam mihi vita gratie post hoc vita glorie, vel vivam tibi
[illegible] qui es vita. Jo. xiiii Ego sum via veritas et vita. Et non confundas
me id est confundi permittas ab expectatione mea id est a premio quod expecto frustrando
spe mea. Vel sic et non confundas id est eloga me a culpa que est causa con-
fusionis. ab expectatione mea id est a gratia quam spero in vite eius infundi. Eccl. ii
stes non confunditur. Ps. Universi qui te expectant non confundentur. Adiuva
me et salvus ero et meditabor in iustificationibus tuis semper. Id est tractare
et quia hoc non potest bene contra [illegible] ideo subditur adiuva me et salvus
ero. [illegible] nullo modo possum sine tuo auxilio et meditabor in iustificationibus tuis se-
per. xxxii iusto iustificato adiutor. Aliter legitur sic. Hic petit adiutorium
contra temptationem et dicit adiuva me contra temptationes quascumque insurgentes
Hester ult. adiuva me nullum habentem auxilium nisi in te. Et salvus ero
per tuum adiutorium ab omni temptatione. Sophonie ult. dominus deus tuus in medio
tui fortis ipse salvabit et gaudebit super te in letitia. Et meditabor
[illegible] in continue pro loco et tempore in iustificationibus tuis que iustificant homines
credentes te solum esse iustificatorem. Ad Thi. iiii^o Hec meditare in hiis
esto ut profectus sit. Felix qui sic orat sapienter: adiuva, sic sperat
confidenter: et salvus ero, sic cogitat utiliter: et meditabor in iustificationibus
tuis, sic continuat perseverant quia semper. Sprevisti omnes discedentes a iu-
dicibus tuis quia iniusta est cogitatio eorum. Id est et quia peccatores a spe divine
[illegible] desperandi sunt ideo subditur sprevisti omnes discedentes a iudiciis tuis quod dicit a
deo sunt quia non sunt ad gratiam suam admissi nec per consequens ad gloriam
et causa subditur quia iniusta est cogitatio eorum id est recedentes a rectitudine vi-
ad malum operandum. Aliter legitur sic. Hic post abiectionem eorum qui non meditantur
in mandatis dei et dicit sprevisti id est abiecisti omnes discedentes per iniquitatem
a iudiciis tuis iustis et sanctis tamquam non amantes et non
[illegible] a iudiciis tuis. [illegible] timentes ea nec meditantes in illis. Jeb. 3 [illegible] qui non
amat iudicium salvari potest [illegible]. Ecci. xiii senes non sunt
recordati iudiciorum iustorum et ideo abiecti sunt a deo. Ezech. v iudicia mea
proiecerunt et in preceptis meis non ambulaverunt. Quia iniusta est cogitatio eorum id est recedentium
a iudiciis tuis quia voluntarie recedunt a iustitia. Math. xv de corde exeunt
cogitationes male et iste separant a deo. Sap. primo perverse cogitationes separant
a deo. cogitationes de affectu mali et consensu. Prima cogitavit homines
iudicia dei superbi ruina supplicium angelorum. Invidi reprobationem [illegible]
eorum iudeorum [illegible] suffocationem Datan et Abiron contra Moise insur-
gentium. avari sepultura divitis epulonis. [illegible] Sodomitarum [illegible] per diluvium generalis. gulosi [illegible]
[illegible] luxuriosi inundationem
[illegible]. Prevaricantes reputavi omnes peccatores terre ideo dilexi
testimonia tua. Id est prevaricantes id est a lege dei variantes in [illegible]
[illegible] variatione et idem quod transgressores ut dicit Honorius. Reputavi omnes peccatores
terre etc. que terre faciunt [illegible] per via veritatis et iustitie. Aliter legitur

hic ostendit se diligere legem dei ex detestatione prevaricatorum et dicit prevaricantes
id est transgredientes legem tuam deputavi id est iudicavi esse omnes peccatores terre
id est habitantes in terra et terrena amantes. et si non omnes habeant legem scriptam
in tradicione habent tamen legem naturalem in corde. et sic omnes peccatores sunt prevarica-
tores Ysa. 2. c. Prevaricatores prevaricati sunt omnia cavenda. et quia inobediencia
ad deum et infamia ad proximum. quia reputavi et maxima ad seipsum quia omnes
peccatores terre. ideo dilexi testimonia tua. Confige timore tuo carnes meas
a iudiciis enim tuis timui. Ideo hoc quia carnis petulancia frequenter impedit
in hac vita. et dicit confige timore tuo carnes meas id est motus carnales mor-
tifica. a iudiciis enim tuis et quibus totum mundum submersisti aquis diluvii
aliquas quatuor civitates subvertisti propter enormitatem luxurie. Gen. vi. et sodoma et
iudicorum considerans confige carne timore motus eius illicitos reprime
Alia lectio sic hic post supplicationem pro confirmacione sui in amore legis dei
timore et dicit confige id est mortifica carnes meas id est carnales motus vel corporis
meum. timore tuo id est per timorem tuum me ad hoc sustinendum firmaret
a iudiciis enim tuis id est a decretis tuis. timui id est expavesco ne deviare
et discederem a mandatis tuis. Feci iudicium et iusticiam non tradas me
a calumpniantibus me. Ideo hoc hic ostendit malicia deceptionis errorem fortem
in diabolus quia demones nos invisibiles maxime conantur hominem inducere
ad errorem in fide. ideo contra hoc innititur hoc peccatum maxime non persuet
per divinum auxilium ad quod impetrandum multum facit quod quis cum proximo
iuste vixit de peccato ideo hoc allegat cum dicitur Feci iudicium et iusticiam
non tradas me id est non permittas tradi calumpniantibus me id est demonibus
michi nocere querentibus. Alia lectio sic hic petit auxilium contra leges
destruentes et dicit Feci iudicium id est correctionem et iusticiam id est executionem sine
Vel sic feci iudicium id est veritatem et iusticiam id est equitatem proximis reddendo
unicuique quod suum est. Vel sic feci iudicium inter diligentes quod bonum est
discernendo. quod est prudencie et iusticiam exterius quod iudicatum est opere
adimplendo. quod est iusticie. Nota iudicium debet precedere sic cognitio Prov. xii.
cogitationes iustorum iudicia et iusticia debet sequi sic cognitio
ad mortem etiam pro iusticia. permittet autem debet facere iudicium de se id est confessione
sed hodie multi confitentur sed non satius faciunt iudicium sed non iusticiam
Ysa. xxv. iusticia non fecit in terra. non tradas id est tradi non permittas me
in confusione et in morte. a calumpniantibus id est a demonibus et ab aliis lege
impugnantibus et me ad culpam trahentibus Osee xii. Canaan id est mauvcus
statera dolosa calumpniam dilexit. Canaan interpretatur commutatus et hereticus
hereticum a veritate fidei ad errorem commutatum id est eius malicie traditur. alias statera
dimittet et possidet terrena Osee v. calumpniam passus est Effraym. Iusticia
per servum tuum id est bonum non calumpnientur me superbi. Ideo hoc quia obsequium
deo prestitum valet ad impetrandum obsequium ideo subdit Suscipe servum tuum id est
bonum operatoris tue non calumpnientur me superbi id est mali spiritus quorum dux
superbi Job xli. Ipse est rex super omnes filios superbie. Alia lectio sic hic petit
a calumpniantibus non supprimi et dicit Suscipe id est ad te accipe servum tuum id est me
qui tibi servio mandata tua implendo in bonum id est mihi ad bonum gracie
et tandem ad bonum glorie quem tamen illi impellunt ad malum Ieremie impulsit
sed eius ut tandem et deus suscepit me superbi id est demones et Iudei
heretici Pharisei qui dicitur quod nos calumpniatus mortuus Ysa. 3. In captivum
descendit populus id est in tenebras errorum et assuerunt angli. Iudei heretici
perfecti. absque ulla causa calumpniatus est eum. non calumpnientur me
id est non imponant michi iniqua tamen id est calumpniando me supprimant.

Job xxxv pre multitudine calumpniatorum clamabunt s. iusti ad dominum
Oculi mei defecerunt in salutare tuum et in eloquium iustitie tue. Ad
l. q. d. non possum quin salutare assequi virtute propria quia transcendit me
nostre facultatis et defecerunt in eloquium iustitie tue quia transcendit virtute naturalis
intelligentie. Alle. le. sic hic ostendit affectum quem est ad salvatorem et ad
cognitionem eius eloquiorum et dicit oculi mei id est intellectus et affectus defecerunt
id est defecit intellectus cogitando et ardenter desiderando et tendendo in salu-
tare tuum id est per expectationem salvatoris tui qui veniet. Ysa. 38 attenuati
sunt oculi mei suspicientes in excelsum id est qui veniet excelsis. isti oculi de-
ficiunt ad istius insidiis ut intueantur superna. et etiam defecerunt in eloquium
iustitie tue id est expectantes iustitiam tuam que est Christus secundum promissiones eloquiorum
tuorum. vel in eloquium iustitie tue id est ad cognoscendum clarius eloquium eius quod
est iustitia. Ysa. Ad Cor. primo quod factus est nobis a deo pro iustitia et sanctificatio.
vel nisi mei [illegible] defecerunt per dulcedinem et spiritualiter eloquium quia in illo sic ho
locutus est. Jo. vi. Jo. vi. verba que ego loquor spiritus et vita sunt. ad quem
ibimus verba vite habes. Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam et iustifica-
tiones tuas doce me. Ad l. Fac cum servo id est supplendo defectum humane na-
ture tuam gratiam et iustificationes tuas doce me ut possim eas intellectu capere
et opere adimplere. Alle. le. sic hic petit adventum salvatoris et cognitionem
veritatis et dicit fac cum servo tuo id est veni in carne et operare cum servis tuis
auxilium prestando. Sap. ix da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam ut mecum
sit et mecum laboret. Baruch iii post hec in terris visus est et cum hominibus
conversatus. Iste est qui bene omnia fecit. Luc. vii. et secundum misericordiam tuam id est propter tuam
misericordiam non propter merita mea. Tit. 3 non ex operibus iustitie que fecimus nos sed secundum
suam misericordiam salvos nos fecit. Vel sic fac mecum id est libera debitis meis condo-
nando secundum misericordiam tuam. Eccl. vii modo fui in operationibus tue et cooperationis
tue que a Christo sunt. et doce me iustificationes tuas id est opera per que iustificantur
peccatores. vel iustificationes tuas quo et per quid iustificas quia omnia iu-
stificans et non alius. Sap. viii sobrietatem enim et prudentiam tuam et
iustitiam et virtutes quibus utilius nihil est in vita est utilius hominibus. Jo. xiiii Ego sum
via ducens vitas eternas. Servus tuus sum ego da mihi intellectum ut di-
scam sciam testimonia tua. Ad l. servus tuus et id est teneor mandatum tuum implere
quod non possum nisi intelligam quomodo id subdit da mihi intellectum ut sciam testimonia
tua et sic ad implendum valeam quomodo. vel ipsa. Alle. le. sic hic petit insti-
tui in utili scientia s. ad intelligendum testimonia dei et dicit servus tuus sum ego man-
datis tuis obediendo. da mihi intellectum verum ut intelligam spiritualia que
accepimus est rei misterii intelligendos. Prov. xiiii et ut sciam testimonia tua
id est opera que testificantur. vel sunt secundum voluntatem tuam. vel iustificationes tuas
id est scripturas que utiles et que docent facere voluntatem tuam vel mala pro te
sustinenda. Sap. ix ut sciam quid acceptum sit coram te. Tempus faciendi
domine dissipaverunt legem tuam. Ad l. q. d. non differas intellectum mihi dare
quia tempus est faciendi eius ratio subdit quia dissipaverunt legem tuam heretici
et doctores perversi pervertentes eius verum intellectum id est tempus est ut servis tuis
doceas et gustes verum eius intellectum. Alle. le. sic hic postulat remedium contra
destruentes legem et dicit domine tempus permittendi et faciendi bonum secundum legem tuam
dissipaverunt id est in peccatis expenderunt. 2 Cor. vi Ecce nunc tempus acceptabile
ecce nunc dies salutis. dissipaverunt id est transgressi sunt legem tuam ipsam contempne-
ndo. Ysa. xxiiii° transgressi sunt leges dissipaverunt fedus sempiternum. Ideo
dilexi mandata tua super aurum et topazion. Ad l. Ideo dilexi man-
data id est mensura super aurum et topazion id est lapidem preciosum. Job xxviii non
comparabitur illi lapis preciosus quem de aurum in comparatione eius dicenda est exi-
gua. s. in comparatione scripture que consistit in vero intellectu mandatorum

dei Alit lr sic hic ondit vehementem amore et affcm ad lege dei et dt
qr iniqui dissipant legem tuam ideo ego dilexi vero et intenso affectu mandata
tua quibus venitur ad vita Joh xiiij qui habet mandata mea et servat ea hic
est qui diligit me et diligetur a me Prov viij Ego diligentes me diligo
super aurum et thopasion i plusquam aurum et plus quam topasion que lapis vide
preciosus habetur et super omne lucrum sive artificiale qd per aurum significatur
sive naturale qd per topasion significatur Unde topasion est lapis a quadam insula
qua gignitur et habet virtutes inmalos sanat emorroidas luna minuta mutat
et vindas maris compescit et tamen super hoc diligunt mandata et non propter quod sic judi
et ypocrite qui propter terrena commoda servant illa Prov 3 melior est negociacio
eius argenti et auri et argenti Propterea ad omnia mandata tua dirigebar
omnem viam iniquam odio habui Jo x propterea ad omnia etc dirigebar toto cona-
ad statum. David enim habuit tres inimicos siue tria genera inimicorum et nos similiter demones contra quos orauit spiritualiter in illo psalmo Domine clamaui, et saule qui incepit petitionem et significat mundum contra quem spiritualiter orat in illo psalmo Voce mea ad dominum clamaui, et absalone filium suum qui significat carnem ad oppositum laniatur et ait in psalmo isto. Causa istius psalmi est temptatio a carne inferens commotionem ad orationem et premissis. Et diuiditur: primo dirigit ad deum lamentabilem petitionem 2o adiungit pro certitudine impetrandi leta conclusio ibi Confitentur tibi. psalmo dicit Domine qui potens es exaudi orationem meam quia fragilis sum. 2 Reg xviii Respice ad orationem serui tui et ad preces eius domine deus meus. auribus clementie tue percipe obsecrationem meam. i. orationem cum attestatione sacerdotali tibi fiat velut sacrificium. prouerb. iiii. In omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud deum. in veritate tua. i. propter veritatem tuam remedium de qua Ier xxix Adorabitis me et ego exaudiam vos. Etiam exaudi me in tua iustitia que est iustitia fidei qua iustificasti me quia frustra sperabo si non exaudiar. Ii paralip v deum inuocauerunt cum preliarentur exaudiuit eos eo quod credidissent in ipsum. ysa xlv mee sunt iustitie et imperium. Et non intres in iudicium cum seruo tuo quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Ad l. Et non intres id est in meum. Sciebat enim David quod illa persecutio ex permissione diuina erat mota contra eum propter peccatum adulterii et homicidii commissi ut dixerat Nathan 2 Reg xii. Ideo dicit Non intres in iudicium cum seruo tuo quod non punias me secundum rigorem iustitie tue secundum quod David meruerat mortem quia secundum legem diuinam vterque virum plectitur morte. Et ad hanc allegat fragilitatem humanam qua peccauit dicens quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis i. nullus homo viuens iustificabitur quia continue se caueat tamen frequenter labitur saltem venialiter peccando. prouerb xxiiii Septies in die cadit iustus. Et in hoc allegat David quod deberet deus rigorem iustitie temperare propter humanam fragilitatem. Alia lectura sic. hic petit non iudicari in comparatione ad diuinam puritatem et dicit Et non intres in iudicium cum seruo tuo i. noli me iudicare in comparatione tua et tue puritatis. Iere. x. Quid vultis mecum in iudicio contendere. quia omnis viuens vita ista non iustificabitur in conspectu tuo i. tibi comparatus tum propter originalis peccati necessitatem. Ephes 2 omnes nascimur filii ire. Etiam baptizati retinemus fomitem. Ro vii. Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee. Tum propter actualium peccatorum additionem. Prima Io primo. Si dixerimus quod peccatum non habemus nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est. Tum propter peccandi possibilitatem. Iob iiii Numquid homo iustificabitur comparatione dei. Iob xxv Numquid iustificari potest homo comparatus deo luna non splendet et stelle non sunt munde in conspectu eius. Quia persecutus est inimicus animam meam humiliauit in terra vitam meam. Ad l. hic ponit predicte petitionis rationem et dicit quod persecutus est inimicus i. absalon et architofel eius consiliarius animam meam i. vitam meam, querebat enim eum occidere. humiliauit in terra vitam meam, tunc enim fugit David peditando flens et operto capite incedens 2 Reg xv. Iniurias etiam semei valde humiliter sustinuit. 2 Reg xvi. Alia lectura sic. hic ostendit necessitatem petendi scilicet tribulationem et dicit quia inimicus i. carnalis affectus vel diabolus persecutus est animam meam i. vitam meam hic animam meam que est nobilior pars hominis. 2 Reg xvii dixit architofel ad absalon i. diabolus ad carnalem affectum eligam mihi xii milia virorum et persequar David et percutiam eum et animam eius. Gen xiiii Da mihi animas cetera tolle tibi. humiliauit in terra i. inclinat ad terrena ut conuertit a virtutibus in vitia. ysa xxix humiliaberis de terra loqueris. Collocauit me

in obscuris sicut mortuos sec. et anxiatus est in me spiritus meus
in me turbatum est cor meum Ad litteram quia david fuit compulsus abscondere
se in locis desertis et cavernis sicut mortuos sec. qui ponuntur in foveis sub
terraneis Et anxiatus est in me spiritus meus ex nimia afflictione quam
doluit super meum interitum in me turbatum est cor meum propter maliciam
filii mei me persequentis Alle. le. sic hic ostendit suam generacionem Et dicit sensus
spiritualis vel carnalis collocavit me quantum potuit in obscuris id est in ignoranciis
et in peccatis sicut mortuos seculi qui inde exire non possunt Trenorum iii In tene-
bris collocavit me quasi mortuos sempiternos. Omnis enim malus excecat se
in eligendo, quia enim eligit malum et respuit bonum bonum videre esse in obscuro
Proverbiorum iiii via impiorum tenebrosa Jo. iii qui male agit odit lucem.
Et spiritus meus in angustiis positus anxiatus est et turbatus est in me, et
secundum aliam litteram super me elevatus, hic est sinderesis que super omnes vires
anime elevatur. Ezechielis primo facies aquile desuper ipsorum quatuor, pro homine
vis racionalis, pro bove vis concupiscibilis, pro leone irascibilis, pro aquila
sinderesis. Baruch iii anima in angustiis posita et spiritus anxius clamat ad
te, cor meum turbatum est in me in merore et tristicia penitencie de peccato
Mor. viii tristicia que secundum deum est primam stabilem in salutem operatur.
In iii sensus cordis mei conturbati sunt in me et de iuste viii Sed iustum
est cum in se merorem inveniat qui relicto vero gaudio in se gaudia querebat
Memor fui dierum antiquorum meditatus sum in omnibus operibus tuis
et in factis manuum tuarum meditabar Ad litteram memor fui id est dierum noe
in quo mundum submersisti diluvio pro peccato luxurie et in quibus pro noe dampnum
tuum maledixisti chanaan pro patris derisione Genesis ix quod dicit existens vel
secundum quod cum mortuum valde luxit et dampnator filii mei primo propter
in omnibus operibus tuis in quibus se confert iusticia, et in factis manuum tuarum me-
ditabar Repetitio est eiusdem sine ad maiorem expressionem Aliter le. sic
hic ostendit anxietatem et tamen habet consolacionem et dicit turbatum est cor meum
quia memor fui dierum antiquorum in quibus demones peccantes precipitasti
primos parentes punivisti propter superbiam, diluvium induxisti propter luxuriam
iudaicum populum concremasti propter invidiam dathan et abiron, terra absorbuit propter
incredulitatem, divitem epulonem dampnasti propter avariciam, filium inutilem
incarcerasti propter accidiam, populum murmurantem consumpsisti propter gulam Ecclesiastici
memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine, meditatus sum in omnibus operibus
tuis in quantum creatoris que fecisti propter hominem in operibus recreacionis
que fecisti propter hominem, in operibus glorificacionis ad que fecisti hominem
Ecclesiastici xlii memor ero operum domini Sed heu dicitur ysa v opus domini non
respiciebatis et opera manuum eius non considerastis, in factis manuum tuarum
meditabar quia meditacio ducit in cognicionem creatoris que est valde
delectabilis Ro. primo Invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur
Expandi manus meas ad te anima mea sicut terra sine aqua tibi
Ad litteram quia divina iusticia est formidanda subdit Expandi manus
meas ad te scilicet humiliter deprecando, anima mea sicut terra sine aqua tibi in
hebreo sicut terra lassata et est eadem sentencia quia terra sine aqua in plateis
resoluitur et quasi res lassata dissipatur, et de hoc designat david
quia erat totus dissolutus timore divine iusticie Alle. le. sic hic ostendit
modum petendi et dandi Et dicit expandi id est levavi manus meas ad
te orando tuis pauperibus subveniendo Esdre ix expandi manus

meas ad dnm deu meu et aia mea tibi adheret desiderans i. sitiens
grãz tua gra. sic tra que est sine aqua i. sic tra sicca Mat. xi aia
mea arida est Job viii nunquid pt viuere corpus sine humore aut crescere
pt carectu sine aq Ysa lv ymber s. gre descendit de celo et inebriat tram
et infundit ea Velociter exaudi me dne quia defecit spus meus Ad l.
velocit exaudi quia defecit spus meus i. prope defectu est sic de hoie ad mor
tem appropinquante dr iam e mortuus Alit le. sic hic petit se velocit
exaudiri et dr dne deus exaudi me velocit i. sine tardatione dando
veniam peccatorum vel dando quod peto Ysa 30 ad vocem clamoris tui
statim ut audierit respondebit tibi quia defecit spus meus i. egredit de
corpore meo et ita prope sum morti vel sic defecit spus meus i. non ele
uatur p superbiam quia tendit ad huius vite finem Ec. p° Apoc v beati pau
peres spu de 2° Job xvii spus meus attenuabitur dies mei breuiabuntur
Non auertas faciem tuam a me et similis ero descendentibus in lacum
Ad l. non auertas tanquam offensus contra me et loqr de deo ad modum hominis
qui indignanter auertit faciem suam ab eo contra quem est offensus et similis
ero descendentibus in lacum si auertis faciem tuam a me in odio perfecto Alit le.
hic formatur sua peticio d. non auertas faciem tuam a me tanquam in
dignans et irato nolens ut te videam Exo 33 si inveni graciam in conspectu
tuo ostende mihi faciem tuam facies tua plena e graciarum Hester ultimo
et si auertis faciem tuam a me et non dederis mihi veniam peccatorum vel non
ostendas mihi tuam imaginem ero sicut descendentibus i. lacum i. in foueam
vehemens vel in lacum i. in peccati profundum quia sine gra tua non possum
esse sine peccato Exo xv descenderunt in profundum quasi lapis et sunt in
durati Tren 3 lapsa e in lacum vita mea posuerunt lapidem super me
Auditam fac mihi mane misericordiam tuam quia in te speravi Ad l. audi
i. feliciter sine tardatione misericordiam tuam p effectum euidentem quia in te speravi
non in propria virtute Alit le. sic hic petit a deo doceri viam rectam et
dr dne fac mihi mane i. cito qui dicit C tempus gre tue et tempus miseri
auditam i. manifeste cognitam misericordiam tuam in hoc quia das veniam et re
missionem peccatorum meorum Vel sic fac mihi auditam in aure cordis interiori
misericordiam tuam que me dirigat quia vniuerse vie dni misericordia et veritas et hoc
mane i. cito vel in ortu gre tue in corde meo Exo xiiii factum est
vigilia matutina respexit deus super castra egipciorum quia in te speravi
i. speravi vera peccatorum p tuam graciam quia inuictus es Eccl. 2 nullus sperauit
in dno et confusus est Notam fac mihi viam in qua ambulem quia ad te
levavi animam meam Ad l. notam fac et ut sic ad locum securitatis
perueniam Hoc dixit dauid quia fugiebat vagabundus p desertum quia ad
te levavi animam meam de auxilio tuo sperando Alit le. sic hic petit
doceri viam rectam et notam et dr notam fac mihi viam i. fac me cogno
scere tuam voluntatem et viam tuorum mandatorum i. qua ambulem i. ut scam
tuam voluntatem et scam tua mandata viuam et faciam et vitam meam regam
quia animam meam ad te levavi desiderando ut ipsa aia mea viuat et
faciat iuxta voluntatem tuam implendo mandata tua Vel fac mihi
viam notam in qua ambulem ad te deum beatitudinis obiectum Eccl. 36 dirige
nos in via iusticie Ysa 2 docebit nos vias suas et ambulabimus
in semitis eius Math. enim currit sicut vias p quas incedit ambulat
ut eas considerent omnibus eos rectas et scias viarum dei noluerunt de quibus
Greg. in offenso pede iter agitur si deus et proximus diligatur quia

ad te animam meam leuaui per desiderium Job vij suspendium elegit anima mea / sic peregrinus eleuat oculos ad querendam viam. Ps. ad te leuaui oculos. Eripe me de inimicis meis ad te confugi doce me facere voluntatem tuam quia deus meus es tu. Id est eripe me de inimicis meis scilicet absalon et sibi adherentibus / doce me facere voluntatem tuam. Honores enim conturbati iungunt videt et ideo tunc maxime indiget a deo erudiri. Aliter legitur sic hic petit ab hostibus liberari et dicit Eripe me de inimicis id est a demone et eius exercitu ne impediar in via recta. 2 Re xxij liberauit me ab inimico meo potentissimo et cetera sustinentes te domine / quia ad te confugi id est tu omnibus meis fugi / quoniam et tu corpore et anima. Vn corpus subdidi discipline tue corpora dedi familie tue animam commendaui custodie tue. Ps xvj Refugium meum in die tribulationis / doce me facere id est imple / voluntatem tuam id est mandata et consilia que prescripsisti a voluntate tua / uel sic doce me ambulare imitari voluntatem facere voluntatem tuam exterioris operis quia deus meus es tu et non alius / et dicit facere non tantum scire quia dicitur Luce xij Seruus sciens voluntatem domini sui et non faciens vapulabit multis. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam propter nomen tuum viuificabis me in equitate tua. Id est hic post exaudicionem propheta Sciuit enim dauid Christum et omnia reuelatione se fore liberandum a persecutione absalon et restitui ad regnum et dicit spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam id est in ierusalem vbi erat tabernaculum et archa domini propter nomen tuum viuificabis me de periculo mortis imminente in equitate tua et non in mea. Aliter legitur sic hic post conclusionem ... obtinendi petita et ad collocacionem boni et amocionem mali et dicit Spiritus tuus bonus id est spiritus non meus malus Sap xij o quam bonus et suauis est spiritus tuus domine in nobis / deducet me via omnino in patria adiuuando in terram rectam id est in celestem patriam ubi omnes sunt recti Jeremie 3 spiritum domini ... ducet. Sap x iustum deduxit per vias rectas et cetera propter nomen tuum id est propter nominabilem magnitudinem tuam Ps. ... nomen eius in excelso / uel propter nomen tuum quod est ihesus et quod est nomen salutis Iste felix viator et recte ductor quia spiritus tuus bonus est ... deducit id est de virtute in virtutem ducet et recte ... quia in terram me vita gratie per eam virtutem veniam ad vitam glorie Ps 38 ... me et viuificabis me quod est ... tue clemencia Ephe 3 propter nimiam caritatem suam conuiuificauit nos Christo. Educes de tribulacione animam meam et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos ... Id est educes de ... ad ... dauid fuit dispersus ad ... Ps 2 Re xviij ... Aliter legitur sic hic post ... Educes id est saluabis de tribulacione ... visibilibus et inuisibilibus animam meam ut in te sit leta et quieta Ps xlij ut educas de conclusione vinctum de domo carceris sedentem in tenebris et in misericordia tua id est propter magnitudinem tuam qua ... disperdes omnes inimicos meos spirituales et corporales ne mi nocere valeant Zach ... Et perdes omnes qui tribulant animam meam quoniam ego seruus tuus sum. Id est et perdes omnes et cetera quia achitofel se suspendit 2 Re xvij et absalon interfectus est et multi de populo cum eo et siba filius ... mouens contra dauid sedicionem decapitatus fuit 2 Re xx. Moraliter

iste ps exponitur de quolibet fideli existente in seruitute tirani a qua liberatur
petit diuinis fideli primo quod meruit gaudium exaudiri. Aliter legitur sic hic orat
de damnacione aliquorum inimicorum et dicit disperges omnes inimicos meos in presenti et in
futuro, perdes omnes qui tribulant animam meam cum temptacionibus molestando uel in
iniuriis affligendo Job xxi ad diem perdicionis malus seruatur et ad diem furoris
ducetur qui dicetur Math xxv ite maledicti, quoniam ego seruus tuus sum quem ipsi
tribulant et quem persequuntur. Ps. cxv o domine quia ego seruus tuus ego sum et filius ancille tue. hic. tibi
enim seruire est regnare modo in presenti per graciam tandem in re per gloriam, quam
nobis prestare dignetur deus ihesus xpistus. l. l. 39

l. l. 39 Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prelium
et digitos meos ad bellum. Ad literam Titulus in hebreo Dauid
sine aliqua addicione, et fecit dauid hunc psalmum cum debuit pu-
gnare cum golia gethei j regum xvii et dixit tu uenis
ad me cum gladio hasta et clipeo. ego autem uenio ad te
in nomine domini. Et diuiditur in duo primo confitetur se accepisse diuinum
adiutorium secundo pollicetur deum laudare ibi deus canticum. Circa primum sciendum
quod dauid processit ad pugnam contra goliath inermis excepto baculo
et funda ut habetur j regum xvii ut per hoc in eius victoria magis eluceret
uirtus diuina, ipse autem in baculo pugnat cum manibus et quantum ad hoc dicit
Benedictus dominus meus qui docet manus meas ad prelium, pugnando uero in funda
uirtus magis patet digitis et quantum ad hoc dicit et digitos meos ad bellum.
Aliter legitur sic superius petiuit liberari ab inimicis scilicet mundo carne et dyabolo
et hoc in quibus psalmis precedentibus, hic petit figuratam liberacionem ad implendum
gracias agens pro figurata, quia per victoriam qua dauid deuicit goliam
figuratam intellexerit victoriam de dyabolo per xpistum futuram. Titulus psalmi
dauid ad goliam et est sensus iste psalmus est dauid uel auctoris ad goliam
in contra goliam editus. Tangit enim deiectionem carnalis golie et carnali dauid
et spiritualis a spirituali deiectionem petit quia primo de victoria dauid de golia
intendit cum mone ad graciarum actionem et ea Et diuiditur primo pro victoria carnali
gratias agit, secundo victoriam spiritualem per illa figuratam petit ibi domine inclina
celos tuos, et dicit Benedictus deus qui potest, deus qui scit, meus qui uult. Aliter
psalmus Benedictus deus deus iste qui docet per sanctum spiritum et per scripturas a sanctis tra-
ditas, manus meas id est intellectum et affectum, et opera mea ad prelium quod fit de
propinquo id est contra temptacionem proprie carnis, et digitos meos id est sensus
et cogitaciones ad bellum quod fit a remotis id est contra temptacionem mundi et de-
monis Vnde 2 Cor 22 docet manus meas ad prelium et digitos ad bellum
quod fit a remotis ubi crudius agitur et xvi 2 l. cum dispositione in ...
bellum prelium de propinquo est manifestacio proprie carnis, bellum a remotis
est impugnacio demonis. In prima docet fugere per paulum j Cor vi fugite
fornicacionem. In alio docet resistere per iacobum Jacobi iiii resistite dyabolo
et fugiet a vobis vnde 2 Jo 2 vincite docebit vos de omnibus. Misericordia
mea et refugium meum susceptor meus et liberator meus. Ad literam misericordia mea
quod ipse est causa dei pro re et misericordia uel dauid vocat eum mea in abstracto
id est causa mea in bonis in confidendis, et refugium meum in periculis euitan-
dis, susceptor meus secundum magnitudinem et liberator meus in extremis
periculis. Aliter legitur sic hic ondet quod uero deo sunt gracie agende quod omnia
bona concedendo sibi fecit et dicit Benedictus deus ipse est misericordia mea dando
ueniam de peccatis et beneficia conferendo quia misit me ... me in
regem eligendo j regum xvi, et refugium meum dando uictoriam contra goliam
j regum xvii, uel refugium meum in periculis euitandis, et maxime cum

fugio a pcto / z susceptor meus a pctis ad pmaz reuertente tanqua
pr' matri / vel susceptor meus in grem dando ut crem filia regis
in vxore ps xviij libator meus ab inimicis meis z piculis immi-
nentibus z pcipue ab ira saulis me psequentis usqz ad morte / ps'
xv Opuat aut su i statu penitentis aut pficientis aut pfi-
ciue penitentis sue incipiet sic oz de venia qfide' z tuc deus est
una ma Ecc xij Altissimus hic odio peccatores z misitus e penitentibus
Optentz a pcto fuge' sic deus e refugium meu hest' xiiij qfugit
ad dnm pauens piculo qd imminebat ps petra refugiu erinacijs
Ctio oz ad media venia venie sic e susceptor meus Ecc mio susce-
pit xsentes se i sue iusta pficientis aut pacem pena sic e libe-
rator meus dan vi ipe est saluator z liberator aut pugno qt culpa
sic e ptector meus Protector meus z in ipo spaui qui subdis
pplm meu sub me ad litaz ptector meus cotra golie insultus et in
ipo spaui de victoria obtinenda q subdis pplm sub me In hebr
hetur q subdis pplos m' i philisteos extinctos i mag multitudine
ppx qd diu pati in ptu / p hor em qp dauid golia interfecit fuit
oms philistei debellati ut hetur ps xvij Ad hue aut intelligz
reduci ba omib q subdis pplm meu i pplm ysrl sub me i sub
obia mea / p hor em qp dauid golia deiecit hnit magnu nome
in ysrl z fuit positus sup viros belli cotra adusarios regni / z p hac
eum pplus desidabat ppm in rege / vn cu venisset ad eu ut eu
vngerent i regem dixerut ei 2 R v. cu eet saul rex sup nos tu
eras educens z reducens ysrl Alie le sic hic ont ptectorem ab
aliorum impugnatoe z dt ptector meus cotra impugnator aliorum ps pro
tector e omibus xsentibus se in virtute / z in ipo spaui de victoria
obtinenda z de bonorum largicoe z de mea salute ps xxij sicut
e om spemu i se / q subdis ppm meu sub me me i regem
cofirmando sup ppm / ut motus z passioes meas sub me ut ratio
dnet i regno aut mee Gen 3 Subtus te erit appetitus tuus z tu
dnaberis illius q.d. si su in statu pfecti z qsidero primo in pctis
ppli mei z motus z passiones / si qsidero corpus meu in subiectum tue subdit
aut filius hois qr reputas eu Dne quid e homo qr motuisti ei
bonitati z dt / dne quid e ho i ipe dauid / qr motuisti ei victoriaz
ysrl ps xiio qr reputas eu facta victoria dignu q.d. hic puer
ex tua bonitate Alie le sic hic por admiracio de tanta bonitate
largitoris z dt dne quid e ho i eius e pty qui mihi te dignatus
qr motuisti i molestie ec ei noluisti q.d. mihil e adhuc Ecc
xviij quid e ho z que gra eius / Et vas quoddam luteum fragile ex
Gen 2 formauit deus hoiem de limo tre / Innotuisti aut ei p valez
rem p creaturaz qsidaton p scripturaz inspectom / p miraculorum
opatoz / p pnia corpalez qd notu e deo manifestu e in illis /
deus em illis reuelauit ps notu fecit deus salutare suu zc / aut
alium tn dt Job xxv ho putredo z filius hois vmis / Et in Jo 3 dt
si deus dilexit mundu ut filiu suu vnigenitu daret Job viij
quid e ho qr magnifi eu Homo vanitati silis factus e dies

eius sic umbra pretereunt Ad l. homo i. david vastati filius similis est
i. nullius momenti i se et in sua reputatione ppt quod dixi Re vi vilior
fiam plusquam factus sum Alit lr sic hic ponitur actus admirationis et dicit
hoc facta e filius vastati ppt peccatum Job xi ipse novit hominis vanitatem
Re iiº elongaverit se a me preces vestre et abiecit post tergum sermones i. ps peccatum
et vanum feci sum i. peccatum enim facit vanum hominem quia non prebet fulcimentum
intellectui nec fructum operanti nec quietem diligenti Eccl xvi quid prodest
hoc si universum mundum lucretur etc. dies vite eius pretereunt valde cito
sic umbra que perit absente obiecto Job xiiii homo natus de muliere brevi vivens
tempore quid Dominus nisi exire ad mortem Domine inclina celos tuos
et descende tange montes et fumigabunt Ad litteram domine inclina idest descen-
de non per loci mutationem sed pietatis condescensionem tange montes i. phili-
steos superbos et fumigabunt i. vita eius extincta deficiet Alit leg sic
ps gratias egit pro beneficio figuratione hic supplicat pro ad implenda
veritate figurata et dicit digendo petitionem ut filius dei carnem assumat
et dicit domine peto inclina i. humilia celos tuos i. divinitatem tuam i. qua
veritas sit in carne Celum enim dicitur cetera celos i. solus pater tuus non luce
habitat inaccessibile Ysa lxiiiº utinam disrumperes celos et descenderes
unum quem quendam disruptio celorum facta est quam una persona incarnata est
et alia non et descende carnem assumendo Jo iii nemo ascendit in celum
nisi qui descendit de celo tange montes i. superbos et elatos gratia
tua intus pr Re xviii Abiit cum eo pars exercitus quorum tetigit deus corda
et fumigabunt calefacti et commoti compunctione delictorum suorum Exo xix totus
mons fumigabat igne gratie cum operatione eo quod descendisset deus super eum
Fulgura chorruscationem et dissipabis eos emitte sagittas tuas et
conturbabis eos Ad l. fulgura chorruscationem i. ostende tue virtutis evide-
tiam et dissipabis eos i. acies eorum emitte sagittas tuas i. dirige lapi-
des tuos qui dicuntur hic sagitte eo quod emittuntur a longe de funda sic
sagitte de arcu et conturbabis eos quia prostrato golia ictu lapidis phi-
listei conturbati et stupefacti fuerunt et filii ipse eos insequentes occiderunt
pr Re xvii Alit lr sic hic ponitur operatorum cumulatio et hoc per miracula
operationem et per predicatorum et dicit fulgura alias fulgurat i. declara et demonstra
coruscationem i. miracula que sicut quedam coruscatio vel sic ponendo
fulgura i. acto casu fulgura i. miracula coruscationem i. quasi sicut quedam
coruscationes i. ostende et declara Eccli 36 innova signa muta mirabilia
et sic factum est Mr ult illi autem profecti predicaverunt ubique domino cooperante
Job 36 si voluit extendere nubes quasi tentorium suum et fulgurare lumine
suo desuper cardines quoque maris operiet et dissipabis eos i. separabis eos qui
prius erant contra te colligati Job v qui dissipat cogitationes malignorum
vel dissipabis eos i. separabis filium a patre ut ego veni emitte sagittas
tuas i. sermones et predicatores penetrantes corda de facere scripture
et conturbabis eos i. superbos ad penitentiam Ysa xiii sagittis parvulos interficiet
Abac iii in luce sagittarum tuarum ibunt ut sagittas i. predicatores Ysa
xlix posuit me quasi sagittam electam Emitte manum tuam de alto
eripe me et libera me de aquis multis et de manu filiorum alienorum
Ad l. emitte manum tuam et eripe me de manu golie et libera me
de aquis multis i. de philisteis eo modo loquendi quo dicitur Apoc xvii
aque quas vidisti populi sunt et gentes et de manu filiorum alienorum
et id est philisteorum qui dicuntur filii alieni eo quod erant ydolatrie
dediti Alit lr sic ps petivit ut filius descenderet hic petit ut

xpm pr̄ premittat et dicit deus pr̄ emitte i. extra mitte manum tuam i. filium
tuum de alto i. de celo ut appareat in mundo Esay ix mitte illam de celis
sedis tuus et magnitudinis tue. hec est manus eius sunt quinque digiti
pollex primissionis pollex dicitur a pollicendo Math iiii primus agite ap-
pinquabit vobis regnum. index demonstrator Joh. Jo. pr̄o filius qui est in sinu
patris ipse enarrabit nobis. Medius dei et hominum pa. Tim. pro media-
tor dei et hominum homo xpus ihesus. medicus infirmitatum Math ix non opus
valentibus medico sed auricularis consiliorum. ysa xxxv tunc aperientur
oculi cecorum et aures surdorum patebunt. eripe me per filium tuum ne pre-
valeant et libera me ne molestent. de aquis multis de temptationibus
et miseriis. per filium enim vera est liberatio Jo viii si filius vos liberabit vere
liberi eritis. pe. ii novit deus suos de temptationibus eripere. etiam libera
me per manum tuam de manu filiorum alienorum i. de potestate demonum. ut
filiorum aliorum eorum qui multos malos generant i. hoc modo tribulantes
et affligentes bonos Joh. viii vos ex patre dyabolo estis viii. post vo-
catur nec des alienis laborem tuum et annos tuos crudeli i. dyabolo qui est
filius per creationem sed alienus per superbiam crudelis per invidiam Quorum
os locutum est vanitatem et dextera eorum dextera iniquitatis Ad litteram
quorum os idem est quod goliath nomine omnium philistiorum exprobrabat agminibus
israel iactanter dicens Ego exprobravi agminibus israel hodie pri. reg. xvii et
dextera eorum i. virtus ad bellandum dextera iniquitatis quia contra israel gerebat
iniusta bella Aliter le. sic hic describit impugnatores suos a vana locu-
tione et iniqua operatione et dicit quorum filiorum alienorum os iniquum et ad men-
dacia promptum. locutum est vanitatem i. vana loquitur pa. Tim. pro quia sunt
sunt in vanum loquuntur et dextera eorum i. opera que videntur eorum videntur
dextera sunt et dextera iniquitatis quia iniqua operantur Job. i quorum manus iniqui-
tates sunt. Sed ex quo dextera est iniqua quid est de sinistra ysa pro
manus vestre plene sunt sanguine. Deus canticum novum cantabo tibi in
psalterio decacordo psallam tibi Ad litteram hic promittit deum laudare pro
beneficiis predictis et dicit deus canticum novum idest in regeneratione beneficiis novi
in psalterio decacordo i. decem cordarum psallam tibi. tunc enim huius psalmi
magis apparatur huic instrumento quia alii quos cantabat david non solum
voce sua sed etiam musico instrumento Aliter le. sic hic iam promittit lau-
des devotas et dicit deus cantabo tibi te devote laudando et gratias agendo
canticum novum per tua nova miracula et per mea per gratiam renovatione
per nova de bono liberatione ysa xlii cantate domino canticum novum largiter
in psalterio decacordo psallam tibi i. in operibus legis per decem precepta dicitur
Vnde hic bene psallit qui decem precepta in concordia caritatis adimplendo
custodit Luc. xvi dne mna tua decem mnas acquisivit quod caritas
quia dedisti nos precepta decem adimplet Rom. xiii plenitudo legis est dilectio
Qui das salutem regibus qui redemisti david servum tuum de gladio
maligno eripe me Ad litteram quis salutem das regibus i. mihi et sauli. vocat enim
se regem eo quod erat inunctus per samuelem et saulem similiter eo quod actu
adhuc tenebat regnum et utique tunc fuit salvatus quia david occidit victo-
riam de golia. et saul de exercitu philistiorum quia tunc fuit oppressus ex victoria
david tamen subdit quod redemisti david servum tuum de gladio maligno i. de gladio
golie eo quod suspicabatur ut liberatorium rexerunt et ferream sex certos victos
Rege. i. reg. xvii eripe me. Aliter le. sic hic ostendit quare
laudandus est deus quia salvat reges et dicit qui das de tua gratia salutem
regibus et corporis regibus i. omnibus bene se regentibus. sed magestas tua prov.
xxi cor regis in manu dei Hebr. v. factus est omnibus obtemperantibus causa salutis

gere. qui redemisti david servum tuum. vel david i. quemlibet fidelem et mandatis tuis obedientem sicut tibi ps. Dedisti me domine deus virtutis. vel
s. christo david i. totum christum s. caput cum corpore. Redemit quod scriptum a pena
sed corpus suum a culpa. pe. pe. pro non corruptibilibus auro vel argento etc.
Eripe me de gladio maligno. i. maligni s. demonis sive hominis. Job xxvii
si multiplicati fuerint filii eius in gladio erunt. Et dicit maligno ad differentiam
gladii benigni qui est caritas. Math. x. non veni pacem mittere sed gladium
scilicet ad differentiam sancti qui est virtus. Ephes. vi. Et gladium spiritus quod est verbum dei.
scilicet ad differentiam iusti quod est castitas. Job xix. fugite a facie gladii quoniam
ultor iniquitatum est gladius. Sed de gladio maligno quod est iniquitas dicitur
Eccl. xxi. quasi romphea bis acuta omnis iniquitas eius. Et erue me de manu
filiorum alienorum quorum os locutum est vanitatem et dextera eorum dextera iniquitatis. Ad lit. Et erue me etc. quod sic supra quod est repetitio eiusdem
sicut frequenter fit in canticis. Aliter le. sic Et erue me de manu id est de potestate
et societate filiorum alienorum qui sunt filii dei per naturam sed alieni a deo
per culpam, et a me per notitiam quia si essent familiares forte perirent. le. xv.
Eruam te et liberabo te dicit deus de manu pessimorum. Osee v. prevaricati sunt
in me quia etc. quorum os locutum est vanitatem. Hic describit eos a vanitate
locutionis a pravitate operis et a periculo prosperitatis et dicit et erue me de
manu filiorum alienorum. Exponatur sic supra. Quorum filii sicut novelle
plantationes a iuventute sua. Ad litteram hic david describit prosperitatem ipsorum
sicut sonat littera hebraica et translatio Ieronimi que sic ponitur ut sint filii nostri i. filii
ipsorum iuvenes qui plantationum crescentes in adolescentia sua proficiant in virtute
corporis et mentis. Aliter le. sic. hic describit eorum prosperitatem in prole de inde
in possessione et dicit Erue me de manu eorum quorum dextera operatur iniquitatem
quorum filii sunt sicut novelle plantationes i. florentes in pulcritudine naturali et corporali
in iuventute. vel sic sunt sicut novelle plantationes inrigate multe stabilitate
in iuventute sua. Job xxi. Egrediuntur sicut greges parvuli eorum et infantes eorum
exultant lusibus. vel sic quorum filii sunt in iuventute sua sicut novelle plantationes
que cito exradicantur. Sap. iiii. adulterine plantationes non dabunt radices altas nec stabile firmamentum collocabunt. Filie eorum composite circumornate ut similitudo templi. Ad l. filie mee que angulis ornate ad similitudinem
templi ornantur. quoque filii etc. sunt constructe superficietenus usque ad illum locum
ubi dixerunt ibi incepit constructio. Aliter le. sic. hic ondit prosperitatem
eorum quantum ad sexum femininum et dicit filie eorum i. quamvis iniquitatem
sunt composite i. ornate ornatu naturali in corpore et artificiali. et circumornate
i. in omnibus partibus corporis ornate s. in capite in corpore in pedibus sicut
Iezabel que depinxit stibio oculos suos et ornavit caput suum. iiii Re. ix.
ut similitudo templi i. auro scaturit et gemmis preciosis sicut solet ornari templum
pa. sic 2. ornantes se in terte crinibus et auro aut margaritis vel veste
preciosa talis composita alia ondit. Promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Ad litteram incipiendo constructionem ibi ubi dixerunt
ubi ne que certe i. preciosum ipsorum cui certe sunt s. quorum filii sicut novelle
plantationes et quorum habundant i. prole masculina et feminina et in terra nascentibus
ipsorum quod subdit promptuaria eorum plena. i. eructantia ex magna habundantia
ex hoc in illud. per diversas species terre nascentium habundantes. Aliter le. sic.
Hic ondit habundantiam in temporali possessione quantum ad mobilia et immobilia
et dicit promptuaria i. ad loca ad reponendum victualia. Unde promptuaria
sunt ysidori Ethimologiarum dicitur eo quod inde iura victui promantur eorum i. quamvis
iniquitatem sunt plena tritico vino oleo et consimilibus. Job xii. habundant
tabernacula predonum et audacter provocant iram dei. eructantia per nimiam

plenitudine, ex hoc in illud, i. ex uno loco in alium locum habundantes diuersis
rebus terre nascentibus. Luc. xii destruam horrea mea et cetera. Vel ex hac terra in aliud
tempus, vel in comutacionem pecuniarum, vel aliarum rerum. Ier. v domus eorum plene
sunt dolo, i. acquisitis et retentis in dolo. Oues eorum fetose habundantes
in egressibus suis boues eorum crasse. Ad literam hic ostenditur habundancia in animalibus
et dicit oues eorum fetose i. fecunde et cetera. Alle. le. sic hic ostenditur habundantiam
mobilium exteriorum et dicit oues eorum non steriles sed fetose i. plene fetibus
seu plene habundantes in copia fetuum in egressibus suis i. de lacte lana
et huiusmodi que dicuntur exitus vulgariter seu prouentus. Iob xxi bos eorum concepit
et non abhortiuit et vacca non est priuata fetu suo. Boues eorum sunt
crasse i. pingues sic ille quas videat pharao ascendentes de flumine
Gen. xli ascendebant septem boues pulcre et crasse nimis. Non est
ruina materie neque transitus neque clamor in plateis eorum. Ad literam
hic ostenditur prosperitatem eorum in fortibus ciuitatibus murorum maceriei. Et dicit
non est ruina macerie neque transitus vbi hostes possent facilius intrare
et per consequens neque clamor in plateis eorum ex subito incursu hostium. Alle.
le. sic hic ostenditur prosperitatem conuictuum ad inmobilia que sunt firma secura
et tranquilla et dicit non est ruina i. aliquis casus vel tecto dissolucio materie
rie in munimentis murorum vel sepium neque transitus, i. aspectus per huiusmodi
muratos a quo sustinere destruatur neque clamor inquietans in plateis
eorum sed pax et tranquillitas Iob xxi domus eorum secure sunt et pa-
cate. Beatum dixerunt populum cui hec sunt, beatus populus cuius dominus deus eius.
Ad literam hic ostenditur quod debet deum dare talia populo ipse et dicit beatus populus cuius
dominus deus est quod dicitur solus est populus iudaicus in quo prius vigebat fides
vnius dei et eius cultus et ideo tamen ex hoc sit beatus primitus decet ut habeat
habundantia bonorum temporalium quod in hominibus bonis facit adiutorium virtutis. Tro-
pologice iste psalmus potest exponi de quolibet fideli qui habita victoria de hoste
visibili seu inuisibili quod maior est malignus spiritus exemplo dauid insurgit
ad laudem dei. Alle. le. sic hic ostenditur prosperitate malorum ex plenitudine
vulgari opinione et dicit dixerunt i. dicunt homines vulgares terrena amantes
et spiritualia despicientes populum in huiusmodi bonis habundantem, cui hec sunt i.
quod est bona temporalia in magna habundancia beatum et felicem a deo. Ysa. 3 populus
meus qui te beatum dicunt ipsi te deceperunt. Augustinus nichil infelicius felicitate
peccancium, sed ille populus est vere beatus cuius est dominus pater eius eos de familia
sua per gratie adopcionem et cuius est dominus per creacionem. 3 Re. x beati serui tui
et beati viri qui stant coram te semper. Hec beatitudo perfecta habetur in patria. Cxliiii9

Exaltabo te deus meus rex et benedicam nomini tuo in seculum
in seculum seculi. Ad literam titulus in hebreo ympnus dauid. Et
ympnus dicitur laus diuina cum cantico seu exultacione et ideo si non
est laus dei sed alterius persone non est ympnus. Et si fiat cum
exultacione, similiter si sit laus diuina et non fiat cum cantico
seu exultacione sed magis cum fletu. Sic Tren. le. non
est proprie ympnus. Ex hoc patet quod dauid fecit hunc psalmum ad dei laudem
cum cantico. Et diuiditur quia primo dauid deum laudat 2o alios ad huiusmodi
laudem excitat ibi generacio. Primo dicit Exaltabo te deus per creacionem, meus
per fidem et spiritualem deuocionem, rex per omnem gubernacionem. Rex enim
dicitur a regendo, et benedicam nomini tuo non benediccione consecracionis
que a maiore impenditur minori. Hebr. vii sine vlla contradictione

q3 mīg est a melioē bndicit' sed bndictōe grarū actōis 7 laudis q
a pmōe exhibetur maior i sehitē 7 i setz stli pudit em dauid q
ps iste 7 alij ab eo fcti ecnt cātandi i futuro gnatoīb3 ad laude
dei Aliē le' sic In pmi ps pcept incarnacōm filij dei hic ad ipm
taquā incarnatū dirigens smone pmittit deuota laude 7 hoc in
scpte ps stmtibz tui osonat titulo laudacō illi dauid i lau
dacō i subō ps expssa cpetit ipi dauid i xpo qui ē de stirpe
dauid s carne Aia vbi est mod' 7 debitū laudādi xpm Inte
rio ē mone alios 7 vbo 7 exeplo ad laudādū deū Et dauid q
pmittit se cū alijs laudatur 2o de dilatōe laudis suū exprimit
desideriu ibi ostitam' tibi orate 7 dt deus meus p creacōm 7 fidē
7 spalem deuocōē rex p gubnacōm exaltabo i magnificabo te
pdicādo 7 laudando honorifice Exo xv Iste deus meus 7 exaltabo
te Matt 2 vbi ē qui natus ē rex iudeorū 7 bndicā i gras agā
cū laude nōi tuo i glose notitie tue qua sciam 7 hoc i setz pūs
7 in s'c' ostitutū i in futūo Dan in bndicat iste deus vsq Et ecce
spm̄ in laudabit pexultacōe cordis P er singlos dies bndicā
tibi 7 laudabo nom tuū in s' setz Ad lram p singlos dies q dauid
singulis dieb3 aliq hora uel plurib3 intendebat oīb3 laudibus
Aliē le' sic hic pmittit laudis frequentiā 7 dt p singlos dies
i quolibz die bndicā i gras agā cū laude tibi te adorando te p
dicādo Eccl xiiij pticula diei bone nō te ptereat qui laudes dn
Rōt nō cessemus gras agere qz deus nō cessat bnfacere Gl qm
q3 hic nō incepit i futūo finietr erit 7 laudabo iocūdissime
7 dulcissime nom tuū glosū 7 laudabile in sctm sctm 7 i sctlo
sectorum setz i i etnū Eccl vlt laudabo nom tuū assidue Ps bti
q habitant i domo tua dne M agnus deus 7 laudabilis nimis et
magnitudīs eius nō est finis Ad lram hic subdit racōe laudandi
deū 7 dt magnus deus nō magne molis sed vtutis 7 laudabilis nimis
i plusqz a creatura possit laudari Eccl xliij bndicentes dnm exal
tate eū qntū potestis maior ē oī laude 7 magnitudīs eius nō ē
qz ptās eius nō est determinata ad aliquē effcū sed oē fcto pt
ptr maiora facere Aliē le' sic hic ps' debita mā laudis s' insupabil's
maiestas 7 dt magnus deus i potencia 7 vtute uel magnus deus ppt
insupabilē eius maiestatē uel magnus deus qz incopabilis bonitatis
ppt quā ē laudabilis nimis uel laudabilis ppt eius excellenciam
in bonitate 7 bnficijs Ps' psalmus xvi magnus deus 7 laudabilis nimis
7 magnitudīs i ptās eius nō est finis qz est etna Dan vij ptās
eius ptās etna G natio 7 gnatio laudabit opa tua 7 potm̄ tua
pnūciabit Ad lram hic excitat alios ad dei laudē 7 dt gnacō
gnacōi laudabit opa tua i laudet Hebr em p ceptatōe vtutis futuro inoi
cati inoi p hoc aūt q dt gnacō 7 gnacō intelligit gnacō fideliu ve
teris testamenti que pressit captiuitate babilonicā 7 gnacō
secuta ē usqz ad xpm 7 potm̄ tuā pnūciabit qz eduxisti he
breos potenter de egipto 7 etiā de captiuitate babilonica Hebr ps
Aliē le' sic hic pmittit alios qnter laudaturos deū 7 tangit
noue que sunt mā laudis dnice P ponit 7 q s' ps opatō et ma
gnificēa glie opacō em indicat potm̄ potentia opacōis magnificā
gtam P dt gnacō ptita 7 gnacō futura uel gnacō iudaica

et generatio generatius laudabit opa tua ut pote altitudinem celi profun
ditate abyssi stellarum multitudinem terre latitudinem refluxum aquarum
impetum ventorum sapientiam hominum simplicitatem angelorum Ecc. 31 In ma
artificis opa laudabuntur. Et potentiam tuam insuperabilem et mirabilem pronunc
tiabunt i manifestabunt Ecc. 2 mirabilis potentia ipsius. Magnificentiam
glorie sanctitatis tue loquentur et mirabilia tua narrabunt Ad hebr.
Magnificentia glorie etc. quia ostendisti i datione sancte legis et mirabilia tua
narrabunt que tue virtutis dextera apparuerunt Exo xix. Alia littera sic. Sic
commendat laudes dei de generatione et generatio loquentur predicando laudando
ipsa in cantico domino quoniam magnifice fecit Ecc. 8 et mirabilia magnificentie
eius narrabunt magnificentiam et gloriam dicentes in operibus suis loquetur magnificen
tiam sanctitatis tue quia non est sanctus ut est deus noster pri. Re. 2 et magnificum
in sanctitate Exo xv mirabilia opera tua que super nos apparuerunt narra
bunt dicentes mirabilia opera altissimi solius Ecc. xi Psalmus xvi narra
te omnia mirabilia eius. Et virtutem terribilium tuorum dicent et magnitu
dinem tuam narrabunt Ad hebr. et virtutem terribilem i iudicia tua terribilia
in apertione terre et devoratione chore et aliorum qui adheserunt i rebellione
Num. xvi et in aliis punitionibus terribilibus et magnitudinem tuam narra
bunt quam ostendisti in debellatione regis basan et seon regis amorreorum
Alia littera sic et dicent i predicabunt virtutem terribilium tuorum i terribilem
virtutem tuam que malis incutit terrorem Exo xv terribilis atque mirabilis
Job xv sonitus terroris semper i auribus eius sunt imperii. Et magnitudinem tuam
i magnam potentiam tuam vel magnitudinem tue virtutis narrabunt Psalmus
magnitudinis eius non est finis id est terminus Ecc. xviii virtutem autem magnitudinis
quis enarrabit Ber. in se quidem inenarrabilis sed i aliquibus effectibus
est enarrabilis. Memoriam habundantie suavitatis tue eructabunt
et iustitia tua exultabunt Ad litteram memoriam etc. quia pavisti eos i dese
rto manna et potasti eos aquis productis de saxo durissimo. Eru
ctabunt i de corde devote proferent et narrabunt et iustitia tua quia
chananeos de terra promissionis eiecisti et filios israel ibi collocare fe
cisti exultabunt i cum exultatione devota referent gratias et predicta
opa Alia littera sic. Memoriam i memorialem habundantie suavitatis
tue eructabunt i ex habundanti devotione cordis narrabunt
laudando. Quoniam tu domine suavis et mitis Sap viii attingit a fine
usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter Psalmus gustate et videte
quoniam suavis est deus etc. Ista suavitas habundantissime gustabitur i gloria
i. q. d. habundantie suavitatis tue quam gustabunt i gloria modico eru
ctabunt i ex corde pleno devotione laudabunt. Et iustitia i de tua iu
stitia gratia quam eis infundis ut quia sunt munita rebus exultabunt i cordo
et corpore letabuntur Ro viii quos vocavit hos et iustificavit Matt.
xx Ite et vos in vineam et quod iustum fuerit dabo vobis Psalmus letamini
iusti in domino etc. Et felix predicatio cum docet opera dei ut moneat
ad gratiam attentam potentia ut incutiat timorem. Magnificentia glorie
ut provocet ad reverentiam sanctitatem ut alliciat ad imitationem mira
bilia ut inducat ad fidem. Terribilia ut incutiat ad penitentiam mag
nitudinem ut inducat ad eius honorem. Suavitatem ut eliciat ad amoris
desiderium. Iustitiam ut moneat ad perseverandum in bono. Miserator
et misericors deus patiens et multum misericors Ad hebr. miserator clemens
ad effectum et misericors deus clemens ad affectum patiens quia non statim ferit

puitentium pro peccatis sed aliquando differt per totam vitam peccatoris quod hominibus
videtur nimis differre ideo subdit et multum miserationes eius id est totum beneficium secundum or-
dinem sue sapientie. Aliter legitur sic. hic affirmat laudationem debitum quod est boni-
tas potentia et sapientia prout dicit miserator actu misericordiam exhibendo ysa. xlix. ex
misericordia eorum reget eos et miseratores in tempore et in affectu a quo fluit misericordia.
Exo. 22. si clamaverit ad me exaudiam eum quia misericors sum. deus patiens
expectando et tandem retribuendo, postea enim sive patientia furor est. Ecc. v.
altissimus patiens redditor est. Ecce nescius quod patientia eius ad penitentiam te
adduxit, et multum misericors condonando peccata, donando premia etiam quod est
potentie magne. Sap. xi. misereris omnium quia omnia potes. Suavis dominus
in universis et miserationes eius super omnia opera eius. Ad literam quod omnibus creaturis
dat esse quod est et sedatissimum omnibus secundum se, licet aliquem esse mali adiuncti
efficiatur aliquibus tediosum et cum hoc aliquibus dat vivere ut vegetabilibus
et ultra hoc sentire animalibus et ultra predicta intelligere hominibus et angelis
et miserationes eius super omnia opera eius quia diffusio sue bonitatis ad dei
creaturam modis predictis non procedit ex aliqua obligatione seu debito
ex parte dei sed ex mera bonitate et pietate ipsius. Aliter legitur sic affirmat
dei sapientiam et dicit suavis dominus in universis id est universa sua mire disponens
Sap. viii. et miserationes eius que multe sunt secundum multos effectus, super omnia
opera eius id est super opera nature quia omnia de nichilo creavit, super opera gratie quia ex
gratuita dat. Ubi opera iustitie quia circa condignum puniunt, super opera glorie
quia supra condignum premiat et tolerat. Ecc. [illegible] deus non delinquit misericordiam et
non corrigit neque delebit opera sua. Confiteantur tibi domine omnia opera
tua et sancti tui benedicant tibi. Ad literam hic david invitat fideles novi
testamenti ad laudem dei dicens confiteantur tibi domine etc. id est laudent te secundum suum
modum quia et si irrationabilia non laudent deum ipse eo quod careant intellectu
homo tamen qui habet respectum in deum tamen laudat deum in ministerio suo et in ea domine
laudem intelligibilem creaturis et sancti tui id est fideles novi testamenti tibi
consecrati per sacra novi testamenti que sunt efficacia ad sanctificationem,
non sic autem erant sacra legalia quae apostolus affirmat infirma et egena
ad Galat. iiii. benedicant tibi quia promissa veteris testamenti completa sunt in tempore
et completum misterium Christi. Aliter legitur sic hic super dilatione laudis dominice
sui exprimit desiderium et post exprimit causas debitas in laude divina et
dicit omnia opera tua id est omnes creature tue tam rationales quam irrationales, confi-
teantur tibi id est laudent te domine secundum rationales creature ut magis laudent prout
sunt creature irrationales et insensibiles. Demum et benedicant omnia opera domini domino,
et sancti tui tam homines quam angeli benedicant tibi. Demum et benedicite sancti et
humiles corde domino. Gloriam regni tui dicent et potentiam tuam loquentur.
Ad literam gloriam regni tui dicent id est predicabunt gloriam regni celestis quod fecerunt
apostoli et alii Christi discipuli. Aliter legitur sic hic ostenditur materia laudis secundum gloriam
status superioris et dicit gloriam regni celestis ut gloriam quam gravitas sanctis
tuis in eterna vita ubi est omnis gloria sine miseria. Sap. v. accipient
regnum decoris et diadema speciei de manu domini. [illegible] post adventum
fecit gaudium cunctis principibus ut ostendet divitias glorie regni sui,
dicent id est predicabunt et potentiam tuam qua regis et ordinas omnia non
tantum superiora sed etiam inferiora, loquentur id est narrabunt. Eccl. quis
loquetur potentias domini. Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam
et gloriam magnificentie regni tui. Ad literam ut nota fiat per comparationem vir-
tutis nec tamen sufficienter et gloriam magnificentie regni tui, gloria est
clara notitia cum laude. In regno autem celesti de quo est sermo

est clara dei visio et iugis laudatio id est regnum illud dicitur gloriosum. Aliter
legitur sic hic unde finis laudandi quod notificatur domini dominium et digni-
tatis regni tui id est virtutis tue ne tantum per spacium existentibus et negligen-
tiam quia misso quoniam potentes fuerint currunt in inferno. Sap. vi.
potentes potenter tormenta patientur. Luc. xii. Timete eum qui postquam occiderit
corpus etc. / Et gloriam magnificentie regni tui id est claram notitiam cum laude et
visionem dei in regno celesti / vel gloriam qua quantitas sanctis. In paradiso
omnia sunt appetibilia que gloria in quo claritas que est in visione summe virtutis
et magnificentie in quo dignitas que est in adhesione divine maiestatis
et regnum in quo est securitas que est in habitatione superne civitatis et
tandem que tuus quantitatis in quo caritas que est in amplexu summe boni-
tatis. Eccl. xliiii. gloria domini plenum est opus eius. Sap. x. iustum deduxit dominus.
Regnum tuum regnum omnium seculorum et dominatio tua in omni generatione et generatione.
Ad literam ostendit quod regnum dei est eternum et dicit regnum tuum etc. Luc. i.
et regni eius non erit finis. Aliter legitur sic hic ostendit regnum dei a
perpetua stabilitate et dominatione et dicit regnum tuum quo tu regnas est
regnum omnium seculorum id est eternum. Dan. vii. potestas eius potestas eterna et regnum
eius quod non corrumpetur / quoniam in eternum regnabit dominus et ultra. Exo. xv.
et dominatio tua non in una generatione tantum sed in omni generatione et generatione
id est super omnes generationes seculorum / Ps. et regnum eius omnibus dominabitur. / Quod
gloriosum est regnum et per tantam dignitatem et societatem. Fidelis dominus
in omnibus verbis suis et sanctus in omnibus operibus suis. Ad literam. Toto isto
versu vide hic appositum ab aliquo translatore / vel expositore quod non est
in hebreo nec in translatione Jeronimi. / Ps. hic sic exponitur fidelis dominus etc. quod semper
non prohibit a lege donec omnia fiant. Math. v. Iota unum aut unus apex
enim dicitur quod est ad dei laudem ordinatio et gloriam propter res mirabiles
ut salus et vestes et hodie dicitur sanctus et quod sunt ad divinum cultum ordi-
nate / omnia autem opera dei sunt ad dei gloriam ordinata. Prov. xvi. Universa
propter semetipsum operatus est dominus et ideo dicitur sanctus in omnibus operibus suis.
Aliter legitur sic hic describit regem laudabilem ab operibus gratie et prudentie
et dicit fidelis dominus in omnibus verbis suis quod ipse implet quod promittit. Deut. 32.
fidelis deus et absque ulla iniquitate. Num. 23 non est deus ut homo ut men-
tiatur / et sanctus non tantum in se sed in omnibus operibus suis id est omnia opera divina
sunt ad dei gloriam ordinata. Jeronimus. Sanctus est et nos sanctificans. Levit. xi
Sancti estote quoniam sanctus sum deus dominus vester. Exo. 31 ego dominus qui sanctifico vos.
Allevat dominus omnes qui corruunt et erigit omnes elisos. Ad literam
ista inducit omnes generationes ad laudem dei ex beneficiis exhibitis. Et dicit
allevat dominus etc. quod corruentes in culpam per gratiam relevat. Grati-
est in se hic adam relevat. Prov. Pd. extendi manum meam et non fuit
qui aspiceret / et ex hoc patet quod peccatis relevat a pena gehenne que
culpe mortali debetur / Corruentes autem in penam temporalem aliquando rele-
vat. Sicut patet de Manasse rege Juda. Gen. 37. quem de captivitate
relevavit et miseriis et etiam allevat melius transferendo de miseria presen-
ti ad gloriam celestem / et erigit omnes elisos eosdem modo quo predictum est i[llegible]
tis eius sine sub aliis verbis. Aliter legitur sic hic ostendit opera iusti-
ficationis in speciali et dicit dominus allevat omnes tollendo ab eis culpam
qui corruunt id est inciderunt in culpam / quod nullus levatur a ruina culpe.

nisi per dominum. Jone ii° Sublevabis de corrupcione animam meam. Ps. cum ceciderit
non collidetur quia dominus supponit manum suam et erigit et a culpa vel a tem-
ptacione eripit omnes elisos et omnes lapsos in peccatum sanando eciam, sicut legitur
hic est samaritanus qui alligavit vulnera sauciati. Luce x. Et Job v. Ponit
humiles in sublimi et merentes erigit sospitate sua elisione erigit sufficienciam. Ut eciam
legitur de miseria pene usque sanguinem omnia gratia, post gratiam cadere ingredientes
quos allevat. 2° gratia diu tribulacioni pacientes quos liberat ibi et
erigit. Iam ruebat in miseriam Tobias qui excecatus vilipendebatur ab
uxore. Filium in bonum et possessionem habebat. Sic elisus erat Job qui et pos-
sessiones et filios et filias et alios et sanitatem perdidit ammisit et compulsus
Job 30 qui super ventum ponens allisisti me valde. Oculi omnium in te
sperant et tu das escam illorum in tempore oportuno. Ad literam hic tangit divina
beneficia in bonis providendis. Dicit: oculi omnium in te sperant. Hic autem qui dicitur
imples omne animal benediccione, patet quod hec scriptura non loquitur generaliter de quacumque ca-
tiva ut exponunt aliquimodi, sed tantum de creatura animata anima sensibili cuius
modi est homo et animal brutum preter hominem. Sensus dicit: ego oculi omnium in te sperant
domine quia a deo expectant provisionem victualium non solum homines sed
eciam bestie et aves. Math. vi. Considerate volatilia celi etc. et pater celestis
vester pascit ea. Et tu das illis escam in tempore optimo, aliqua enim animalia pro
quo per longum tempus spacium non comedunt secundum condicionem suam, sed de in-
crementis post recepto vivunt sic [illegible] non comedunt in yeme
sed vivunt de alimento recepto in estate ut dicit Albertus super [illegible]
et de pluribus aliis ponit exempla. Aliter legitur sic. Hic ostendit opera divine
providencie et dicit: oculi in aspectu omnium generaliter in te sperant expectantes
beneficia temporalem et spiritualem. Vi oculos dirigimus ad illum unde
aliquid speramus. Johel: Pro omnis bestie agri qui aresfacientes suffe-
cerit ad te. Et tu das libenter et sufficienter escam illorum in indigencia in tempore
oportuna in tempore indigencie non passim et dicit: Math. vi. Respicite
volatilia celi. Jo. x. Ego sum pastor bonus. Aperis tu manum
tuam et imples omne animal benediccione. Ad litteram aperis manum tuam per bonitatem
tue diffusionem et imples omne animal bonis in quemcumque refectionem etc.
Aliter legitur sic. Hic ostendit prudenter liberalitatem in dando facilitate et dan-
do copiositate. Et dicit: aperis manum tuam in potenciam tue largitate ad dandum
et imples omne animal benediccione in omnem animam viventem quemcumque refectionem
sed bonis temporalibus. Prov. ulti. Manum suam aperuit inopi. Ego benedicendo
deus post experiencie. Ps. Manum tuam omnia implebuntur bonitate. Prov. ix. quod sciat
in benediccionibus de benediccionibus et metet. Ut dicitur bonum o quia qui bonum de deo vi-
detur pervenire. Gen. xxvii. Ecce odor filii mei sicut odor agri re-
pleni cui benedixit dominus. Gen. xxix. Cognovi quod benedixit mihi deus ad
introitum tuum dixit Laban ad Jacob. Justus dominus in omnibus viis suis
et sanctus in omnibus operibus suis. Ad litteram viis suis a processibus suis cum sit
ipse regula iusticie et virtutis et sanctus in omnibus operibus suis. Exponitur sic.
Aliter legitur sic. Hic subdit de operibus iusticie dei et dicit: Justus dominus
in omnibus viis suis in dispositionibus et voluntatibus suis. Dan. 3. Justus es domine
in omnibus que fecisti nobis. Et sanctus non solum in se sed in omnibus suis quia
bonum et sic facit omnia opera. Ut sanctis operibus nos corrigit et sanctos fa-
cit. Ysa. vi. Sanctus sanctus dominus sabaoth. Vel in nos sanctificamus a peccato cor-
dis oris et operis. Prope est dominus omnibus invocantibus eum, omnibus in-
vocantibus eum in veritate. Ad litteram prope est etc. Sed quia hoc est intelligendum
de fidelibus invocantibus, tamen ideo subdit: omnibus invocantibus eum in veritate.

-qz invocantes eu pie i de pertinentibus ad salutem pro se et perseveranter ab eo exaudiuntur tempore tamen debito Aliter le sic Hic subdit de quibus iustitie
diuine respectu bonitatis et dicit. prope est i paratus est ad exaudiendum omnibus invo-
cantibus eum i. omnibus tam pauperes quam divites tam sapientes quam simplices
sine personarum acceptione. Invocantibus eum in veritate i. recta intentione et
in veritate operie quam est xpus ysa lv Invocate eum dum prope est Jaco iiii°
Appropinquate deo per devotam orationem et appropinquabit vobis per piam exaudition(em)
Omnibus invocantibus eum non tamen superficialiter ore sicut illi de quibus ysa xxix
prope est tu domine ori meo, longe autem a renibus eorum, sed in veritate devo-
ti cordis et sincere fidei Johelis .ii. et erit omnis quicumque invocaverit nomen domini
salvus erit. Voluntatem timentium se faciet et deprecationem eorum exau-
diet et salvos faciet eos. Ad literam voluntatem timentium se timore filia-
li quae est amoris caritatis faciet quia talis supponit voluntatem suam volun-
tati divine, et per hoc sic voluntas divina implet[ur] i. etiam et sua. et deprecationem eorum
exaudiet quantum sit pro se et perseveranter, et salvos faciet eos salute eterna
et etiam aliquando temporali ut dictum est. Aliter le sic Hic ponit divine exaudi-
tionis fructum s. ad implectionem iustorum desideriorum et dicit deus faciet i.
implebit voluntatem timentium se timore filiali prov 23. In timore domini esto
tota die et habebis spem in novissimo et expectatio tua non auferetur
, et deprecationem eorum exaudiet per malis presentibus amovendis Eccl 2 Qui
estis domini sustinete timentes eum, et salvos faciet eos a malis futuris Eccl 31
spiritus [illegible] iacob et ex [illegible] salvabitur. Custodit deus omnes
diligentes se et omnes peccatores disperdet Ad li. Custodit sic sic actos
[illegible] in vita celesti collocandos et omnes peccatores in peccato mortali
decedentes disperdet perditione vehementi. Aliter le sic Hic ponit perseveran-
tia in bonis et dicit Custodit deus omnes diligentes se ne ab eo per peccatum
alienentur et ne per hostes pereant. prov iiii° dilige eum et custodiet te
Item quippe quia diligimus custodimus, et ipse deus dicit prov viii°
ego diligentes me diligo, et omnes peccatores disperdet i. mittet ad
perditionem in anima et corpore pena sensus et pena dampni, pena sem-
piterna prov x° impii de terra peribunt, prov po[ster] perversitas stul-
torum perdet eos. Laudationem domini loquetur os meum et benedicat omnis
caro nomini sancto eius in seculum et in seculum seculi. Ad li. Hic concludit deum esse
laudandum ab omnibus incipiens a se et dicit laudationem domini loquetur os meum
20 alios ad idem invitat, et benedicat omnis caro i. omnis homo, quia homo fre-
quenter in scriptura caro nominatur ps recordatus est quia caro sunt spiritus
nomini sancto eius i. dei a quo omnis sanctitas dilatatur, in seculum seculi i. eternaliter
Ubicumque sit replicatio huius dictionis seculum designat eternitatis salute
[illegible] per secundum doctores hebre. Aliter le sic Hic recolligit in summa
laudem divinam et dicit laudationem i. laudem domini loquetur evidenter cantando
predicando, os meum apertum ex devotione cordis. ps domine labia mea ap(e)r(ies)
et benedicat hac desiderio omnis caro i. omnis [illegible], nomini sancto eius i. nomini be-
nedictum eius in seculum presens et in futurum eternitatem i. in perpetuum dan 3 no
men glorie tue laudabile et gloriosum et superexaltatum in secula, 1 Cor

Lauda anima mea dominum laudabo dominum in vita mea psal- Cxlv9
lam deo meo quamdiu fuero Ad li Titulus alleluia laudate
dominum Ad li. quod non de hominibus sed de deo est confidendum, quia
quamdiu fuerit confidentia in deo bene habebant, sed quando
in hominibus tunc fuerunt captivati occisi sicut rex sedechias

confidens in rege egipti fuit captiuatus et expoliatus Et diuiditur in duo
primo laudat deum . secundo descendit ad propositum ibi Nolite Primo dicit lauda
anima mea dominum quasi dicat non laudet eum labia mea tantum sicut illi de quibus ysa xxix co
git populus labiis me honorat et laudabo dominum in vita mea .i. in vita presenti
quamdiu fuero .i. quamdiu durabit . psallam deo meo quamdiu fuero .i. etiam in futuro
quia laus diuina non tollitur a sanctis per mortem sed magis perficitur Aliter legitur
In isto psalmo inuitat psalmista superior omnis inferiorem ad laudandum deum lau
dat autem inferior psalmista infide anime deum qui in agendis inferioribus consilium inten
dit in solo deo spem ponit vnde Zach. propheta Tamquam allo ac si dicat ego
superior viribus inferioribus ego tendens in deum et eius dulcedine iam pre
gustans vos moneo inferiorem laudare deum ut totum quod meum est laudet
deum et intendat in eum quia psalmi est tristitiam totius hominis in solum deum
intendere est monere ad laudandum ipsum Et diuiditur quod exhortatio inferio
ris anime a superiori . secundo inferioribus rebus inferior consentit superiori Et dicit
anima mea non tantum labia sed anima inferioribus rebus intenta lauda dominum
Tob. 13 benedic anima mea dominum Glossa Classis vox ista qua semper inuitat
anima cum musica salutaris armonia celeste quod non solum homines sed
angelos delectat . laudabo dominum in vita presenti et in vita gratie non in morte
re culpe quia non mortuum laudabit te domine sed viuens presenti vita nunc et vita
gratie vita . viues viues ipse confitebitur tibi Luc. 15 gloria in vita mea .i.
in vita eterna que vere vita est et mea est quia finis meus est et tue ve
re visionis videns te perfecte laudabo te Jo. xvii hec est vita ut cogno
scant te deum verum . psallam deo meo quamdiu fuero .i. exaltabor ad honorem
dei in quamdiu vixero Judith v ego sum qui domino canam . psallam deo
meo ipse Eccli. vult laudabit usque ad mortem anima mea dominum Nolite
confidere in principibus in filiis hominum in quibus non est salus Ad litteram hic ostendit
quod non est confidendum in hominibus et dicit Nolite confidere in principibus qui sunt prin
cipales et potentiores pre aliis . et ideo si non est ponenda confidentia
in talibus multominus in aliis ideo subdit in filiis hominum in quibus non est salus
.i. non possunt seipsos saluare Aliter legitur sic hic monet ne ipse spem in
homine et dicit Nolite confidere in spem ponere in principibus .i. in maioribus
hic licet sint potentes Jeremie vii nolite confidere in duce quia gratia ma
gnatum nescit esse statum . neque confidatis in filiis hominum ne sitis
maledicti Jer. xvii maledictus qui confidit in homine . quia corda filiorum hominum
implentur malitia et contemptu . in quibus non est salus quia in illis non est
salus .i. non possunt seipsos saluare ps. da nobis domine auxilium de tribu
latione quia vana est salus hominis Exibit spiritus eius et reuertetur in terram
suam in illa die peribunt omnes cogitationes eorum Ad litteram Exibit spiritus
.i. anima talis hominis egrediens de corpore in terram suam vnde sumit originem
Gen. 3 donec reuertaris in terram de qua sumptus es quia puluis es et
in puluerem reuerteris In illa die .i. separationis anime a corpore . peribunt
omnes cogitationes eorum quia non poterunt exequi quod facere proposuerunt Sed di
cunt quod hic non dicit prohiberi confidere in homine diffidendo de diuino adiutorio
de quo presumit et confidere dicit sed quod consequitur in homine ingratitudo est infidelitas
et coadiutor ipsius dei Aliter legitur sic hic ostendit adiutorium humanum esse
uitandum quia cito inhibit et dicit Exibit spiritus eius .i. anima egrediens de cor
pore ab unione corporis velit nolit et reuertetur corpus in terram
de qua sumptum est Gen. xviii cum exierit spiritus non reuertetur Eccli. vult
Redeat spiritus ad deum qui dedit illum et reuertetur puluis in terram suam
unde erat In illa die qua spiritus exibit a corpore peribunt eius cogitationes

eorum quia inutiles erunt ad adiuvandum. Ysa lix cogitationes eorum cogitationes
inutiles, et quod modo utile esset cogitare de se et de aliis non post mortem
quia dicitur Ier x In tempore visitationis sue peribunt. Beatus cuius deus Iacob adiutor
eius spes eius in domino deo ipsius qui fecit celum et terram mare et omnia que in
eis sunt. Ad litteram hic ostendit quis primo et est de deo confidendum et dicit beatus est ille
magis notatur hic deus Iacob contra aliquos prudentie quia se lapsu de confidentia
in deo qui dixit ad Iacob ut haberet confidentiam in eo Gen xlvi noli
timere descendere in Egyptum ego descendam tecum et ego adducam te inde
revertentem; spes eius in domino deo ipsius tamquam in suo protectore et salvatore
qui fecit celum etc. et sic potest utrumque salvare quia potestas eius attingit utrumque.
Aliter legitur sic hic secundum in domino beatificat et dicit beatus homo iam in spe sed etiam
in re cuius deus Iacob est adiutor et est cuius supplevit et per
more hebraico. Deut 3 beatus es tu Israel quis similis tui populo qui sal-
varis in domino. Deut 33 ascensor celi auxiliator tuus. Beatus homo cuius
spes est in domino deo ipsius, in domino qui potens est in deo qui sapiens est
spiritus quia clemens. Prov xvi qui sperat in domino beatus est quia sperat in bono
et in beatificante. Ier xvii benedictus vir qui confidit in domino et erit dominus
fiducia eius. Qui, id est quia ille in quem sperat fecit celum et terram mare etc.
Gen primo In principio creavit deus celum et terram, congregationes quoque aquarum
appellavit maria; et omnia que in eis sunt, id est que celi ambitu continentur.
Hest xiii tu fecisti celum et terram et omnia que celi ambitu continentur. Qui
custodit veritatem in seculum facit iudicium iniuriam patientibus dat escam
esurientibus. Ad litteram hic ponit rationes ex divina veritate que adimplet pro-
missa, et qui custodit veritatem in seculum, et ostendit eius equitatem quia facit
iudicium iniuriam patientibus eos vindicando, et dat escam esurientibus
supplens ex sua pietate defectum nutrimenti. Aliter legitur sic hic ostendit
opera iustitia et veritas et dicit deus fecit celum et terram qui custodit ve-
ritatem promissorum in seculum, id est in eternum, et vult ut omnes loquantur veritatem
quia facit iustum iudicium plenum veritate patientibus iniuriam, id est vindicando
eos de iniuriantibus et vicem compatientibus. Rom deus mentiri non potest
Num xxiii quia ipse est veritas Io xiiii Ego sum via veritas et vita. Prov
22 non facias violentiam pauperi quia pauper est neque conteras egenum
in porta quia deus iudicabit causam eius. Sap vi iudicium durissimum his
qui presunt fiet. Et dat escam corporalem ad minus esurientibus, id est defectum
escarum patientibus et appetentibus supplens defectum nutrimenti. Ysa lviii
frange esurienti panem, dat etiam escam spiritualem scilicet corpus Christi.
Sap xvi paratum panem de celo dedisti eis. esurientibus iustitiam, Mat v
beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam etc. Dominus solvit compeditos dominus
illuminat cecos. Ad litteram deus solvit scilicet a carceribus liberando, deus illuminat
cecos visum restituendo. Aliter legitur sic hic ostenditur solutio ligatorum et dicit
deus solvit compeditos a carceribus et a vinculis liberando sicut tres pueros
Dan 3 video quatuor viros solutos in medio ignis, deus solvit a
compeditibus culpe in presenti per gratiam et a compeditibus pene in futuro per gloriam
i Cor xv mortale hoc oportet induere immortalitatem; deus illuminat cecos
sapientiam cordibus infundendo. Eccl 24 ego illuminabo omnes sperantes in
domino. Io primo illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Dominus
erigit elisos dominus diligit iustos. Ad litteram deus erigit elisos claudos
erigendo, In hebreo habetur erigit curvos, et per istam subintelligitur
remotio cuiuslibet alterius impedimenti et tunc adiungit ro ex divina veritate

cu dicat dns diligit iustos qr ipe est regula iustitie et filii dei est q
dilectois Aliter le sic hic ponit aliud bnficiu dei d. dns erigit ad
celestia appetenda velut tremis elisos i tepidos ad terrena Naum 3
puuli eor elisi sut i capite om platearu hos erigit dns ad ce
lestia faciens eos relinque terrena Job v humiles ponit in sublime et
merentes erigit sospit Apoc 29 Rex iustus erigit terra dns tamquam
regula iustitie dirigit et diligit iustos ut cant de virtute i virtutem
et de hac iustitia ad beatitudinem prov 8 ipse rectos faciet gressus tuos
Dominus custodit aduenas pupillum et viduam suscipiet et vias
pctorum disperdet Ad litteram dns custodit aduenas extra terram natiuitatis
sue existens pupillum i infantem iam carentem et viduam orbatam marito
suscipiet i sua cura spali et vias pctorum i pctis iniquorum disperdet
sic sicut scriptum est ex dono bnficio spali Aliter le sic hic ondit
dei misericordiam extraneorum et pupillorum et dt dns no tm diligit iustos
cognatos iudeos et vicinos templo suo sed sine psonarum acceptione
custodit etiam aduenas i extraneos iudeis licet non sibi extraneos
Act x In veritate coperi qr no est acceptor psonarum dns Beati 3 no
est iudeus neque grecus neque huius neque liber pupillum et viduam su
scipiet i psonas pauperes et auxilio destitutas suscipiet i sursum
de se capiet sed iustis sustinuit diuites et delinquit pauperes Ysa
xlix Relinque pupillos tuos et ego eos viuere faciam vidue tue
i me sperabunt Vn dt ysa po Iudicate pupillo defendite viduam
et omnes peccatores disperdet i dulcissimode perdet qr i anima et corpore pecca
tores et pena dampni prov 3 impii de terra perdentur Regnabit
dns in secla dns tuus syon in gnatione et gnationem ad l. qr potestas
dei est eterna lo in fine concludit d. Regnabit dns in secla deus tuus
syon licet sit dns omni locorum in spali d dns syon qr ibi fuit
templum suo cultui dedicatum ibi etiam misit spiritum sanctum sup aplos
in signo visibili in die penthecostes in gnatione et gnatione alla i lau
date deum in ombus gnationibus succedentibus Aliter le sic vn dns facit
iudicium iniuriam patientibus qr iudex pascit famelicos qr panis
soluit ligatos qr victor illuminat cecos qr lux erigit elisos qr vita
diligit iustos qr via custodit aduenas qr pastor suscipit orphanos
qr agnus disperdit peccatores qr leo Regnabit dns etc hic subdit tercia
causa beatitudinis sperantium in deum scilicet eternitas glorie et dt syon i anima
fidelis et pro ecclesia katolica dns tuus que diligit et in que reddidit dns
que times ut filius premium regebit i dnabitur no ad modicum sic
reges mundi sed in secla i in eternum Exo 3 Regnabit dns illorum
in ppetuum in oi gnatione no vna tm sed precedente in gnationem qr regnum
eius omnibus dnabitur sit i omni gnatione iudeorum gentilium qe erunt in
regno celi Jo x Alias oues habeo que no sunt ex hoc ouili etc

.Cxlvi. Laudate dnm qm bonus est psalmus deo nostro sit iocunda
decoraque laudatio Ad l. Iste ps in hebreo est sine titulo
nisi dicatur qr alla potius i primo hu psi sit eius titulus
vn enim nos habemus laudate dnm qm bonus e ps in hebreo
habetur alla qm bonus e ps et pro dici iste ps allaticus
qr incipit ab alla sic Ben Verba in hebreo bresit qr
significat in principio qr incipit ab id dicitur In pncipio Et dicitur duos
istos psos ad dei laudes inducit 1o ad hoc racionis adducit dei ex
ercitationes po dt Laudate dnm qm bonus e ps i bonum e psallere ad

honorem dominum nominis id subdit deo nostro sit iocunda decoraque laudatio
i· prodiens ex mentis et corporis iocunditate ps· Ador meum et caro mea
exultaverunt in deum vivum per devocionem et ex decore congruencie seu pulchri-
tudinis non est speciosa laus in ore peccatoris eccl· xv Aliter le· sic In isto ps·
invitat omnes ad laudandum deum Titulus alla· i· laudate invisibilem
Una est allegacio racionum laudis divine Intencio est ad laudem dei movere
et dividitur psalmus inmittit ad laudem dei debitam ro· excitat mentem propriam
instruens de modo laudandi Et dicitur laudate dominum omnis creatura sicut ps·
xlix laudate celi et exulta terra Jubilate montes laudem celi angeli ipsa
montes plani terra subditi quoniam bonus est psalmus i· bonum est psallere et operari
ad honorem domini cultus· ut quoniam bonus est psalmus i· bona psalmodia de laude
dei et est psalmus bonus psalmus seu psalmodia que est dulcedine annexa
et meretur beatitudinem eternam Jo· dicitur Cor· xiiii psallam spiritu psallam et mente
hoc enim est opus beatorum ps· beati qui sciunt iubilacionem deo nostro sit
iocunda laudacio ut sit ex devocione animi et decora i· sine deformitate
peccati ut iocunda ut deus gratificetur decora propter maturitatem Can· ii ostende
mihi faciem tuam i· in confessione et sic sonet vox in auribus meis i· laude
et elogium· Edificans ierusalem dominus dispersiones israel congregabit Jo-
hannes hic adducit racionem divine laudis sumptam ex eius beneficiis ps· Hic loquitur psalmus
ipse de liberacione a captivitate babilonica et dicitur edificans ierusalem i· per neemiam
rei docet prayer et voluntatem reedificandi velud dispersiones israel congregabit
per zorobabel et ihesum filium iosedech ps· pro primo per esdram et neemiam
Aliter le· sic hic post devotam laudem excitationem ps· ostendit opera dei commitans
que vocat homines ad fidem hec est qui dicitur deus edificans i· edificat ierusalem
i· ecclesiam militantem et triumphantem pub· ix sapientia edificavit sibi domum
edificat autem ex vivis lapidibus ordinatis super fundamentum apostolorum et
prophetarum ipso summo angulari lapide Christo in quo superedificati super fundamentum
apostolorum sed heu quamvis edificatur ex una parte aliis destruitur ex alia Eccli·
xxxiiii unus edificans et unus destruens quid prodest nisi labor dispersiones
israel populi ad fidem convertendi congregabit in unitatem fidei Ezech· xi con-
gregabo vos de populis et adunabo de terris in quibus dispersi estis Qui
sanat contritos corde et alligat contriciones eorum Ad literam cum sanat ps·
filios israel qui erant in amaritudine animi in babilone et alligat
contriciones eorum reducendo eos cum leticia ad terram nativitatis eorum Aliter
le· sic hic ostendit vocacionem peccatorum per primam et sanacionem penitencium
et dicitur qui sanat gratiam infundendo ab infirmitate peccatorum contritos corde
i· dolentes de peccatorum perpetracione et hoc propter quoniam ad fidem sunt conversi
aliter non convertentur ysa· lxi ad evangelizandum pauperibus misit me
ut mederer contritos corde Osee xiiii sanabo contriciones eorum et alligat
per primam salutarem contriciones eorum i· peccata pro quibus dolent et sunt contriti
vel alligat sacramenta apponendo contriciones eorum Eccli· vi vincula illius
alligatura salutaris Eze· xxxiiii quod fractum fuerat alligabo hic est sama-
ritanus de quo Luc· x Qui numerat multitudinem stellarum et omnibus eis nomina
vocat Ad literam hic ostendit divinam sapientiam dicitur qui numerat id est que scit eas
in certo numero et omnibus eis nomina vocat i· imponit eis nomina a proprie-
tatibus eorum ipse autem cognoscit usque ad primam omnium futuros et preteritos
stellarum eo subdit et sapiencie eius non est numerus quia infinita est quantum ad cogita-
que non solum cognoscit facta et facienda sed etiam possibilia ps· Aliter le· sic
hic ostendit distinctionem fidelium et iusta et dicitur qui numerat distinguendo

et distinendo multitudinem stellarum vel sanctorum ex quibus fundata est ecclesia
Ysa xl. educit in numero militiam eorum et omnes ex nomine vocat. Et loquitur
de stellis patet Cor xv stella autem differt a stella in claritate. Scilicet distin-
ctionem novit ille cui soli cognitus est electorum numerus. hebr. iiii. discretor
cogitationum et intentionum cordis. Et omnibus eis nomina vocat vel ascribit
in celestibus. Ysa. nomine vocatum est super eum aspectum in celestibus sicut x gaudete
quia nomina vestra scripta sunt in celis. phil. iiii. quorum nomina sunt in libro
vite. Magnus dominus noster et magna virtus eius et sapientie eius non est numerus.
Ad literam magnus opus quia virtus eius est infinita quantum ad modum
cognoscendi quia claritas sue cognitionis est infinita qua comprehendit se
et omnia alia. Alle. lectio sic. Hic ostenditur dei potentia. Et dicit magnus dominus in potestate
et potentia quo in se patre quem nos colimus. Et magna virtus eius in operatione
quia non potest tot quin plura. Eccl. xliii. Magnus vehementer et mirabilis
potentia eius. Et sapientie eius non est numerus ut possit dici tantum scit et non plus
scit. non tamen ea que sunt sed etiam ea que esse possunt. Et ideo scientia
est prout sapientiam dei potest. Ier. omnia que investigabit. Ysa. lo. non est
investigatio sapientie eius. Suscipiens mansuetos dominus humilians autem
peccatores usque ad terram. Ad literam hic ostendit dei potentiam et dicit suscipiens scilicet
filios Israel de babilone educens qui inter babilonios erant humiles
et mansueti non reddentes iniurias pro iniuriis. humilians autem peccatores
usque ad terram. babilonios in petris suis obstinatos usque ad terram
per Cyrum et Darium qui pro magna parte primum occiderunt babiloniorum
et babilonem destruxerunt ita quod terra est inhabitabilis hominibus. Alle.
lectio sic. Hic ostenditur dei iustitia et bonorum quos exaltat et malorum
quos humiliat. Et dicit magnus dominus suscipiens a sursum ut ad se trahens
ad mitem et premium mittenes mansuetos dando eis gratiam ad humilia ad
...in die iudicii. Prov. iii. mansuetis dabit gratiam. Ysa. xi.
Arguet in equitate pro mansuetis terre. Vel aliter ad sibi similia conuertentur
ipse autem est mansuetus. Matt. xxi. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus.
Humilians autem peccatores vel superbos et iniquos usque ad terram in presenti ut
qui non curant in eterna. Ysa. xxix. humiliaberis de terra loqueris et de
humo inuisitabit eloquium tuum. Et humilians in futuro usque ad terram ob-
livionis et abyssum vehemens. Ysa. 37. humiliabuntur et detrahentur usque
ad terram. Precinite domino in confessione psallite deo nostro in cythara.
Ad literam hic invitat ad dei laudem ex beneficiis conductis collatis. Et dicit
precinite domino in confessione vel in laude eius. psallite deo nostro in cythara
vel non solum cum laudantibus vocibus cantantibus sed etiam musicis instrumentis
quibus quondam utebantur cantores. Alle. lectio sic. hic docetur modum laudandi
excitando mentes peccatorum. Et dicit precinite domino ipsum laudando in confessione
peccati deinde in confessione laudis. Iudic. primo quis ascendet ante nos contra
cananeum. Et Iudas vel confitens ascendet. Prov. xviii. iustus in primo
est accusator sui ipsius. psallite deo nostro vel bene operamini ad honorem
dei nostri in cythara vel in decem mandatorum implendo. Lex enim decem
mandatorum est quasi cythara in decem cordis. Ysa. xxiii. sume cytharam.
Alle. dulcis deo cantat qui se inducit in confessione non vacat a bona opera-
tione non deviat a veritate interpretatione non declinat ab aliis mandatis im-
plendis. Qui operit celum nubibus et parat terre pluviam. Ad literam
operit celum et ad fructum et parat terre pluviam ut fructificetur ad esse
nascentium producendum. Alle. lectio sic. hic ostenditur exhibitio multorum beneficiorum
a deo. Et dicit spiritualis pro constructe psallite deo qui operit celum, i.

sacre scripture veritatem in qua latet deus tamquam in celo nubibus id est simili-
tudinibus et figuris sacramentorum ut psalmus Induas celum tenebris Job 36 In
manibus suis abscondit lucem et precepit ei ut rursus adveniat Apocalypsis
v de libro signato. Et patet hic pluviam id est doctrinam celum sacre scripture. Sicut enim
difficile esset nobis videre solem in rota propter debilitatem visus sed obum-
bratum nubibus interpositis videmus sic scripturas nisi similitudinibus velatas
aspicere non possemus Job 38 Quis est pluvie pater et stillas roris quis genuit
ille qui in similitudinibus loquitur. Qui producit in montibus fenum et herbam
servituti hominum Ad litteram qui producit etc ut deserviat ad escam aliorum Allegorice
hic ostenditur predicatorum sustentacio corporalis et dicit qui producit in montibus id est in
magnis hominibus mundi et divitibus fenum et herbam id est quidam annone equalium
secundum sufficienciam Job xxvii apparuerit herbe virentes et collecta sunt fena
de montibus servituti hominum id est ut divites serviant in istis predicatoribus
et familia dei qui dicunt esse homines sapientes et mansueti ut impleatur
illud Gen 27 maior serviet minori diviti quod est maior in corporalibus et aliis
minori egeno in spiritualibus prima Cor ix Si nos vobis spiritualia seminavimus
magnum est si carnalia vestra metamus. Qui dat iumentis escam
ipsorum et pullis corvorum invocantibus eum Ad litteram iumenta dicuntur omnia
inerta ut equi muli cameli et huiusmodi alia quibus utitur homo in vecture
et agri cultura et huiusmodi et sic hic nasteria que sunt esca istorum aliorum
reddunt in servitute hominum et deus producit aliis non dicitur et pullis corvorum
invocantibus eum dicit ysidorus quod corvi non ministrant cibum pullis suis donec
videt eos nigrescere plumis quia tunc recognoscunt eos tamquam suos
sed antequam habeant plumas nigras nutriuntur rore celesti et ne dicatur
a deo nutriri Et per hoc autem quod dicit invocantibus eum non est intelligendum
quod ista invocacio sit per aliquam recognicionem in pullis corvorum sed quia
unaqueque res per appetitum naturalem tendit ad suam perfectionem sic dicitur invo-
care deum a quo recipit gratis perfectionem et omne bonum Aliter legitur sic hic ostenditur
fructuosa predicacio exhibita simplicibus et peccatoribus et dicit qui dat per
predicatores iumentis id est simplicibus in ecclesia escam ipsorum spiritualem scilicet doctrinam
Mat xi Abscondisti hec a sapientibus et revelasti ea parvulis Jone vlt
non parcam ninive in qua sunt plusquam centum xx milia hominum et parvuli qui
nesciunt quid est inter dextram et sinistram et iumenta multa et pullis
corvorum id est filiis gentilium peccatis nigris et horribilibus dat escam invocantibus
eum Corvus fuit missus a noe qui inveniens in peccatis idolatrie noluerunt
ad archam redire Gen viii horum filii quidam sunt qui quando tardant
et procrastinant Sophonie 2 vox cantantis in fenestra corvus in superliminari
quia id est cras vel ne tardes converti ad dominum Alii autem sunt filii corvorum
conversi ad dominum et clamantes pro cibo spirituali Job 38 quis preparat corvo
cibum suum quando pulli eius ad deum clamant vagientes eo quod non habeant
Luc xii Considerate corvos quia non seminant neque metunt quibus non
est cellarium neque horreum et deus pascit illos Non in fortitudine
equi voluntatem habebit neque in tibiis viri beneplacitum erit ei Ad litteram
non in fortitudine equi id est hic est in equitibus de sua fortitudine confidentibus
magis quam de deo voluntatem habebit id est non placet sibi neque in tibiis
viri hic est in peditibus in suo robore confidentibus magis quam in deo
beneplacitum erit ei quod illos frequenter debellant et a paucis et male ar-
matis quia victoria est magis a virtute divina quam humana Aliter legitur sic
hic ostendit quibus exhibebit beneficia et quibus non et dicit deus non habebit

voluntatem i non est acceptabile ei nec non placet ei in fortitudine equi
i in robore illius qui est sessor equo forti quales sunt gentiuncules et
superbi prov. fallax equus ad salutem. Iacobi iiii deus superbis resistit et
non beneplacitum erit domino in tibiis viri i in viribus magne et alte
stature audacibus et superbis et impotentibus qui erigunt tibias suas
tanquam sint fortes et grati inuersi enim multorum ostendit corda eorum
Eccli. xix Amictus corporis et risus dentium et incessus hominis annuntiant
de eo. Ysa. 3 pro eo quod ambulaverunt filie syon extento collo. Bene-
placitum est domino super timentes eum et in eis qui sperant super misericordia eius
Ad litteram beneplacitum est ei et ideo non confidit de virtute sua sed divina et
in eis qui sperant super misericordia eius quia non presumunt de sua iusticia sed
de divina et ideo talibus datur secundum victoria licet sint pauci et
inermes patet exempla multa in libris biblie. Aliter sic hic ostenditur
quod timentibus deum exhibentur beneficia spiritualia et dicit beneplacitum est domino
super timentes eum i timentes dominum timore filiali beneplacet ei et non
confidentes in virtute sua sed divina et in eis qui sperant super misericordia eius
i bene placet ei qui non presumunt de sua iusticia sed sperant de divina
misericordia. Ideo sicut non placet deo superbi et gloriosi quia mali sed beneplacitum
est domino super timentes eum i bene placet ei timentes eum sicut filii patrem
quia timor domini expellit illud quod deo displicet scilicet peccatum Eccli. primo et timor
introducit illud quod placet scilicet bonum Eccli. xv qui timet deum faciet bona.
Expositor v. premittit quid sit beneplacitum deo etiam placet ei qui sperant super
misericordia eius aliter timor non placet nisi spes adsit timor enim sine spe mer-
git in desperationem spes sine timore mergit in presumptionem ideo dicit Eccli. 20
qui timetis dominum sperate in illo. Hee sunt due mole de quibus Deut. Gregorius
est spes inferior timor. Sine quibus molitur homo ut fiat cibus beneplacentis
deo et deferatur ad mensam glorie ad quam nos perducat Christus. [1219]

Cxlvii Lauda iherusalem dominum lauda deum tuum syon ad litteram titulus
alleluia Aggei et Zacharie ita quod dicitur quod iste psalmus est
quedam laus pro reedificatione templi et civitatis iherusalem
quod factum fuit tempore Aggei et Zacharie prophetarum sed quia non
fuit facta pax et habundantia bonorum temporalium quanta de qua dicitur
in hoc psalmo ideo videtur quod iste psalmus loquitur de edificatione spiritualis
iherusalem que est ecclesia Apoc. xxi Vidi sanctam civitatem iherusalem descendentem de celo
que edificata est a deo de lapidibus spiritualibus qui sunt fideles adinui-
cem caritate et fide coniuncti. Et dividitur in duas partes primo ecclesia ad dei
laudem invitatur. secundo ad hoc ratio assignatur ibi quoniam confortavit. Circa
primum sciendum quod sicut ecclesia vocatur iherusalem ita etiam vocatur syon eo quod in
monte syon fuit templum divino cultui deputatum et quia in iherusalem ideo sub
utroque nomine invitatur ecclesia ad dei laudem cum dicit lauda iherusalem dominum.
Preterea dicit quod hic invitatur iherusalem et syon ad laudem ad dei laudem
propter hoc quod ibi ecclesia incepit per doctrinam Christi quod in templo quod est in iherusalem
et in monte syon frequenter docuit et doctrinam suam miraculis confirmavit
et in iherusalem passus fuit et surrexit et cetera. Aliter lege sic In isto psalmo invitatur
ad laudem dei spiritualis filius ecclesie et hoc commemorando beneficia prestita ma-
xime ad edificationem ecclesie que figurata in reedificatione templi que fuit
facta tempore Aggei et Zacharie prophetarum et ad illa reedificationem exhortatur.
Huic consonat titulus alleluia Aggei et Zacharie i in hoc psalmo est laus dei
sicut fuit Aggei et Zacharie prophetarum qui dominum laudaverunt pro reedifi-
catione templi figurantis illam quod tota hic agitur. Vel alia primo est reparatio
ecclesie. Intentio est ad laudem dei super hanc monet. Et dividitur

primo invitat filios ecclesie ad exhibenda laudum preconia. 2o assignat
pro causa laudis beneficia multa a deo sue ecclesie exhibita ubi primo
confortavit. Primo invitat ecclesiam triumphantem 2o militantem. Et dicit Ierusalem
superna civitas et triumphans ecclesia que modo es in visione pacis lau-
da dominum devota preconia exhibendo de victoria tibi data. Tho. xiii.
Ierusalem civitas dei castigavit te deus in operibus manuum tuarum. confitere domino
et benedic regem seculorum. Et tu Syon id est ecclesia adhuc in terris militans lau-
da deum tuum adiutorem et tuum protectorem. Zach. ii. Lauda et letare filia
Syon. Syon interpretatur specula et significat ecclesiam militantem que adhuc
de longe speculatur qui in speculo. Prima Ad Cor. xiii. Videmus nunc per speculum
et in enigmate. Quoniam confortavit seras portarum tuarum benedixit filiis
tuis in te. Ad e. hic assignatur causa dicte invitationis. Et dicit lauda deum
tuum quoniam confortavit seras portarum tuarum id est sacramenta nove legis et maxime
sacramentum baptismi per quod est ingressus in ecclesiam. Sere autem portarum
sunt virtutes sacramentorum que dicuntur hic confortate quia sacramenta nove legis
sunt virtutis confortandi quod virtus non erat in sacramentis veteris legis. ideo subdit
benedixit filiis tuis in te benedictione gratie. Aliter legitur sic. hic assignat
multa beneficia exhibita ecclesie triumphanti et militanti. Et dicit lauda Syon
Ierusalem dominum quoniam confortavit id est confirmavit seras id est gratias portarum
angelorum et aliorum sanctorum. Ubi porte [illegible]. Ysa. lx. Occupabit salus
muros tuos et portas tuas laudatio. Ps. Elevamini porte eternales.
Confirmavit itaque sanctos angelos et alios sanctos in gratia ita quod nunquam possunt
recidere a contemplatione et dilectione dei. Benedixit benedictione gratie dando multiplicia
bona eterna filiis tuis spiritualibus in te existentibus. Tob. xiii. Letaberis in
filiis tuis quoniam omnes benedicentur et congregabuntur ad dominum. Dicit autem
Qui posuit fines tuos pacem et adipe frumenti satiat te. Ad sensum
quoniam posuit te pro quo nato [illegible] angeli intonaverunt pacem Luc. ii. Gloria
in excelsis deo et pax hominibus bone voluntatis, que est pax interna per
quam acquiritur pax celestis et eterna, et adipe frumenti satiat te id est pasto-
[illegible] quod consistit in pane de frumento et est spiritualis refectio. Aliter legitur
hic omne beneficium exhibitum super pacem destinatum. Et dicit qui posuit fines tuos
pacem id est posuit in omnibus partibus ecclesie militantis pacem internam cordis per quam
acquiritur pax celestis eterna, sed in finibus ecclesie triumphantis posuit
pacem eternam ita quod nulla [illegible] possit concuti aut turbari. Levit. 26.
dabo pacem in finibus vestris. Ysa. ult. declinabo super eam quasi flumen pacis.
Et satiat te plenissime adipe frumenti id est intima dulcedine [illegible]
Io. xii. Nisi granum frumenti cadens in terram [illegible]. Ysa. xxxii. Sedebit
populus meus in pulchritudine pacis. Qui emittit eloquium suum terre velociter
currit sermo eius. Ad e. qui emittit eloquium id est verbum evangelium quod prius
publicatum per orbem terrarum per apostolos et per alios Christi discipulos ad [illegible]
missos. Aliter. Emittes in mundo predicare Christum et velociter currit
sermo eius quia evangelium in brevi tempore fuit publicatum in tota terra habitabili
vivente adhuc beato Petro. Aliter legitur sic. hic omne beneficium [illegible]
ecclesie exhibita per filium dei incarnatum. Et dicit qui emittit eloquium id est
filium suum per incarnationem et per suam in tempore [illegible] terre id est hominibus
in terra existentibus. Baruch iii. Post hec in terris visus est. Quam emis-
sionem petebat antiquitus modo sub [illegible] manus domine. Ps. Emitte ma-
num tuam de alto, modo sub nomine sapientie. Sap. ix. Emitte illam de celis,
modo sub figura agni. Ysa. xvi. Emitte agnum domine dominatorem terre.

mo sub nomine lucis et veritatis ps. Emitte lucem tuam et veritatem tuam
nec mirum quia xpc ... manus per ... opera ... Sapientia per quam
gubernat opera. Agnus quem obtulit in redemptionem ... Veritas per
quam destruit ignorantiam ... et sermo eius i. eloquium a deo missum currit
velociter sicut sagitta emissa a potente. Hebr. iiii. vivus est sermo efficax
et penetrabilior omni gladio ancipiti. currit enim de reprehensione
ad ammonitionem, de ammonitione ad consolationem, de consolatione ad comminationem
currit enim de vicio in virtutem arguendo, de vicio ad virtutem educendo, de virtu-
te in virtutem promovendo, de virtute in gloriam producendo. Job 38 quis de-
dit vehementissimo ymbri cursum suum ... ut sermo dei currat.
Qui dat nivem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. Ad literam hic
declaratur dominum de velociter publicatione eius et hoc per effectus mirabiles
qui fiunt velociter ex voluntate dei. Et dicit qui dat nivem sicut lanam i. ad
modum lane albam et mollem. Et hoc fit valde velociter cum in dissolutione
nubium pluvia congelata ... descendat ad terram. nebulam sicut
cinerem spargit i. ad modum cineris coloratam colore subalbo et huius spar-
sio nebule etiam fit valde cito. Aliter legitur sic hic ... beneficium
scilicet conversionem peccatorum et modum convertendi ... Emittet ps. ... conversionem
a peccato commisso per infirmitatem, per ignorantiam, per obstinationem. Et dicit qui
dat nivem i. peccatorem frigidum et fragilem ... convertendo ad calorem
gratie ut inde fiat vestis calida et pulcra. per beatum Gregorium. peccatores de fri-
giditate culpe convertit ad calorem et decorem gratie. Ro. v. ubi habundavit
delictum superhabundavit et gratia. Prov. ult. quesivit lanam et linum et operata est
consilio manuum suarum. nebulam i. nebulosum et obscurum peccatorem per ignoran-
ciam spargit sicut cinerem, i. sic vere penitentem quod se humiliat in pulvere
Job xlii ago penitentiam in favilla et cinere. hanc ... dissolvit nebulam
sol iustitie. Ysa. xliv. delevi ut nubem iniquitates tuas et quasi nebulam peccata tua. et huic
pro cinere penitentie dat coronam glorie Ysa. lxi dabo ei coronam. Mittit cristallum
suam sicut buccellas ante faciem frigoris eius quis sustinebit. Ad literam com-
mittit cristallum scilicet In hebreo dicitur mittit glaciem suam et idem est quod cristallus
est glacies longo tempore indurata et est valde mirabilis mutatio cum aqua
tam mollis et tam fluida in glaciem tam duram et solidam ita cito mutatur
ut in una nocte aliquam ... ante faciem frigoris eius quis sus-
tinebit q.d. nullus homo si deus vellet ... quod posset a deo frigus mittendo quod
non possit sustineri. et sic aqua velociter indurata et solidata i. glacies
... cito mollis et fluida eius voluntate efficitur. Aliter legitur sic hic tamen
obstinatorum conversio. Et dicit mittit cristallum i. peccatorem obstinatum et factum
... in malicia congelatum mittit ad reficiendum aliquos panibus vite
et intellectus. Eccl. 43 frigidus ventus aquilo flavit et congelavit cristallos
ab aquis. ... et facit doctores. Et sic mittit cristallum
sicut buccellas i. panis frusta. Talis cristallus fuit Matheus Paulus
Augustinus qui ... in pane missi sunt a xpo ad pascendum
alios. ... fideles me constringit ponens in ministerio qui prius
fui blasphemus et persecutor et contumeliosus sed misericordiam consecutus sum.
Mirabilis artifex qui de nive facit lanam, de nebula cinerem, de
cristallo panem, lana calefacit frigidum, cinis lavat sordidum,
panis reficit esurientem. sic gratia de peccatore ... ante faciem ...
frigore eius a cristallo ... insufficientis ... quis sustine-
bit q.d. nullus ... frigidum ... sustinere. Ille vi. sic ... fri-
gidum facit malicia sua. Emittet verbum suum et liquefaciet ea flabit

spiritus eius et fluent aque. Ad litteram hic ostenditur quod predicta voluntate diuina
efficiuntur fluida et dicit emittet verbum suum etc. Aliter legitur sic hic ostendit
qui sicut modum scilicet per filium dei incarnatum et per spiritum sanctum inspiratum
et dicit deus pater emittet id est exmittet verbum suum id est filium suum et ille faciet
ea id est stulta peccatorum corda. Prima Iohannis iii In hoc apparuit filius dei ut dissoluat
opera diaboli. Ad hoc verbum igneum liquefecit ista et cristallos. Cant v Anima
mea liquefacta est ut dilectus locutus est. Spiritus eius id est spiritus sanctus flabit
intus in cordibus dei corda. Gal iiiio Misit deus spiritum filii sui in corda
vestra. Et fluent aque lacrimarum resolutis cordibus congelatis etc. et sicut
in sereno glacies peccata soluentur. Cant v Surge aquilo veni auster perfla
ortum meum et fluent aromata illius. Non tantum fluent aque lacrimarum
sed et doctrinarum ut et ipsi fiant doctores. Iohel ii Effundam super omnem
carnem de spiritu meo et prophetabunt filii vestri et filie vestre. Ecce tres cau-
se comissionis filii incarnatio, spiritus sancti missio et gratie predicatio. Qui an-
nuntiat verbum suum Iacob iustitias et iudicia sua Israel. Ad litteram hic ponit
rationem decime laudis ex beneficiis veteris legis. Et secundum quod populus erat na-
scitur de populo Israel a Iacob descendit quod ille populus debuit pollere pre ceteris
spirituali scientia propter quod illi populo sunt facte reuelationes prophetice et ipsi data
fuit scripta lex diuina in monte Synai. Ro viii quid ergo amplius iudeo est
et multum per omnem modum, primum quidem quia tradita sunt illis eloquia dei etc.
Et hoc est quod dicit hic qui annuntiat verbum suum Iacob, sicut enim reuelationes
ex verbo de tribu Iuda et dux de femore eius donec veniat qui mittendus est
i verbo vii et in tribu caldaica scriptum donec veniat messias, et iudicia
sua Israel id est in lege populo Israel in qua cum aliis preceptis ponuntur iudicialia.
Aliter legitur sic hic ponit quintum beneficium celestis militie exhibitum scilicet iudeorum
dei reuelatio et dicit qui annuntiat id est reuelat verbum suum id est filium suum incar-
natum, Iacob id est populo hebraico et precipue pastoribus vigilantibus ... de tribu
Iacob, vel Iacob id est minori populo qui est populus pastorum. ... verbum
deus in Iacob vel Iacob id est pastoribus laborantibus et vigilantibus. Luce ii verbum misit
Ecce annuntio vobis gaudium magnum. Iustitias. Ecce verbum quod annuntiat
quod iustitias omnibus exhibet et bonis et malis quod iustum est, iudicia que ipse
dedit, vel iudicia id est leges suas Israel id est populo videnti per fidem
deum. Ysa lxi ad annuntiandum mansuetis misit me. Non fecit taliter
omni nationi, et iudicia sua non manifestauit eis. Ad litteram non fecit taliter
reuelationes enim prophetice non sic sunt facte aliis gentibus quamuis secundum
quosdam ut Iob et aliis(?) aliis valde paucis, et iudicia sua non manifestauit
legem veterem quam solum dedit iudeis licet etiam gentiles admitterentur ad ritum
populi sui. Aliter legitur sic hic attollitur premissum beneficium ex eo quod ab eo alie-
ne omni nationi id est non annuntiauit filium suum nasciturum aliis nationibus vel
non reuelauit eis iustitias et diuinos eventus, et iudicia sua. Deut iiii
que est alia gens sic inclita ut habeat ceremonias iustaque iudicia,
et iudicia sua que faciet in presenti permittere affligendo bonos, prosperando
malos. Rom xi o altitudo diuitiarum
sapientie et scientie dei etc. Iudicia eius que faciet in futuro non manifestauit
eis sed solo deo(?) ... et credenti ei. Daniel iiiio ubi sumus
ipse qui que deo placita sunt manifesta sicut nobis. Mat xi
Abscondisti hec a sapientibus et reuelasti ea paruulis. Sunt etc.

po ottmg(?) pe z

Laudate dnm de celis laudate eu in excelsis. Ad lram
titulus in hebreo alla aggei et zacharie. Alij
dicunt quod invitatio omnium creaturarum ad laudandum deum facta ab ali
quo viro sancto cuius nomen ignoratur qui prophetavit de Xpi ad
ventu. Et dividitur in duo. Primo invitantur creature superiores ad
dei laudem. 2o inferiores ibi laudate dnm de terra. Primo di
cit invitando creaturas superiores generaliter laudate dnm de celis. 2o magis
specialiter laudate eum omnes angeli eius qui sunt in tribus ierarchijs et novem
ordinibus. Aliter legitur sic. In isto psalmo invitat genericam creaturam ad laudandum
deum cuius invitatio est quedam declaratio quod omnis creatura est dive laudis
ma. Titulus aggei et zacharie alla et exponitur sicut psalmo. Lxxxi psalmus est enim
creaturarum que sunt dive laudis ma. Intentio est monere homines pre
cipue ad laudes dei promta. Et dividitur. Primo invitat creaturas spiri
tuales ad laudem dei. 2o corporales ibi confessio eius. Circa primum nota quedam
